PROMPTUARIUM
HIPPOCRATIS
IN LOCOS COMMUNES
ordine Alphabetico, nec ſine compendio digeſtum;

Notis etiam ad marginem illuſtratum.

In Tyronum, totiúſque Artis Medicæ peritiſſimorum gratiam.

Labore & induſtria Nob. Viri CAROLI ARTURI PLESSEI, Abrincenſis, Doctoris Medici.

Opus poſthumum.

ECOLE DE SANTÉ DE PARIS. 14 PRIMAIRE AN III.
HIPPOCRATE.



ROTOMAGI.
Sumptibus VIDUÆ IACOBI LUCAS Bibliopolæ, juxta Templum Sancti Laudi, ſub Inſigne Globorum.

ANNO M. DC. LXXXIII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

AMPLISSIMO CELEBERRIMOQUE

PARISIENSIUM

MEDICORUM ORDINI,

Salutem perpetuam dicit CAROLUS PLESSEUS.

HIPPOCRATIS opera novo qualicunque apparatu digesta sanctissimo vestro Tribunali sistenti mihi (Hippocrateæ doctrinæ Conservatores religiosissimi) minimè consilium est, hîc Præfationis jure tanti viri Panegyricum suscipere, cum tot summi viri hanc Spartam exornarint. Sat mihi fuerit unicum & tam feraci laudum campo Argumentum adhuc intactum hîc afferre, in vestramque tandem gloriam referre. Nimirùm quod de famosis illis orbis Domitoribus Alexandro magno, priscisque Romanis protulit locupletissimus Auctor Plutarchus, Fortunam fuisse Virtutis comitem; *Idipsum de Hippocrate, Hippocrateâque Arte, quod vigens vivensque ad nostrum usque ævum pervenerit meritò affirmari posse; adeò verum est quod divinus ipse senex nos hisce edocuit verbis,*
„ *Quisquis fortunam ex Arte Medica penitus rejicit, negatque eos*
„ *qui probè aliquid egerunt fortunâ uti, is contra quàm debet sentire*
„ *videtur. Singulari itaque fortunæ beneficio acceptum fero numerari inter proavos Æsculapium & Herculem, natum illum in Græcia scientiarum Alumna, in ipsius Æsculapii templo avitæ Artis mysteria edoctum,*

Athenis Græciæ ocello divinis honoribus cumulatum, seque vivum videntemque tot adoreis auctum sensisse. Quæ omnia non vulgaria fuerunt sanè fortunæ Medecinæ incunabula foventis faventisque præsidia. Verùm cum post Hippocratis obitum ea incidissent tempora; quibus tanto Parente orbata, factionibus potius quam sectis scissa, feréque inculta jaceret, tunc ad primam illam felicitatem perennandam præstò adfuit, altera nec minor felicitas. Prodierunt siquidem clarissima duo Artis lumina vix seculi intervallo separata, Aurelius Celsus & Claudius Galenus, qui sacra Hippocratis Cimelia situ & pulvere obsoleta ex Orco & tenebris in lucem (ut in Hippocratis causa ipsissima ejus verba usurpem) tanto successu restituerunt, ut non minus existimationis ac gloriæ Romæ obtinuerint quàm olim Athenis assecutus fuisset divinus Auctor. Quò usque vastato ab externis nationibus Romano imperio, rursum, res medica varia ex variis in fata vocata fuit, seque in Arabum manus receperit veluti exulem & profugam, apud quos per plura secula duram potius servivisse servitutem visa est quàm in libera statione degisse. At sic oppressæ sacræ Arti aspiravit iterum annuentis & arridentis fortunæ dulcis aura, Avorum nostrorum ineunte aureo verè seculo; quo in Galliis præsertim faustis avibus renata & quasi (vox significantissima sed parum Romana) resuscitata acerrimos habuit libertatis assertores & vindices Parisienses Medicos, atque post tot jactationes, lætioris Cæli mutatione illustre tandem obtinuit Theatrum, Lutetiam Parisiorum urbem orbis epitomen, celebritate Athenas æquantem, triumphantis Romæ æmulam, Academiarum Reginam: ut non minus verè quàm audacter affirmaverim Hippocratis doctrinam in Græciâ Athenisque faustissimum habuisse exordium, Romæ illustria obtinuisse incrementa, Parisiis summum vigorem, ætatisque virilis veluti robur, plenius semper indulgente fortunâ assecutam fuisse. Quandoquidem ex hoc regio Musarum solio redivivus Hippocrates, ceu post quingentos annos Phœnix alter purioris doctrinæ radios in omnem Europam diffundere cœpit, & derelictis ab eo tempore cœnosis Arabum lacubus, ex salientibus vivisque primi parentis laticibus promi cœperunt puriora Medicinæ præcepta, unumque demum Hippocratem resonuerunt Parisiensia pulpita,

nec ſanè plures unquam in Trojæ excidium ab Equi illius famoſi antro prodierunt belli Duces, quàm ad inſtaurandam Hippocratis doctrinam & profligandos Barbarorum errores prodierunt ex Pariſienſi Scholâ ſtrenui Medicinæ Proceres; inter quos (ut lectiſſimos tot viros qui nobile hoc ſtadium ſummâ eruditionis laude, quâ medendo, quâ docendo, quâ ſcribendo nunc decurrunt, ſilentio tranſmittam) numerare poſſim Anteſignanum Briſſotum, Ruellium, Tagautium, Guinterium, Ankakiam, Sylvium, Fernelium, Hollerium, Gorreos, Duretos, Riolanos, Petreos, Cordeum, Palmarium, Perdulcem, Ballonium, Martinum, Renodeum, Seguinum, iiſque adjungere exteros plures, Heurnium, Fæſium, Piſones. Hi etenim omnes non modò è ſuggeſto Hippocratem ſunt publicè interpretati, ſed ſuis ad æternitatem lucubrationibus tantæ gloriæ acceſſione illuſtrarunt, ut ſi poſt primum illum Artis Conditorem præcipuumque Reſtauratorem Galenum, tertius aliquis ſtatuendus ſit Auctor communiori doctiorum calculo hoc elegio inſigniendus Fernelius; aut ſi de hac prærogativa lis Fernelio moveatur, non aliunde quàm ex eadem Schola aſſurgat æmulus, fremant Itali licet Hiſpanique; quos ſi quid aſſentatione hic Jactatum expoſtulent, ad doctiſſimos Germanos aut Belgas Cratonem, Schenkhium, Heurnium cauſam obtinere, certus provoco, nec non ad Zacutum Luſitanum, qui noviſſimè in Præfatione operis Fernelium Neotericorum facilè Principem agnoſcit. Quæ Lycæi Pariſienſis præcellentia, ut longiorem velificationem contraham tandem, cum ſint mihi Nota, temerarius ſim, veniáque indignus, (clariſſimi Artis Antiſtes) niſi hoc ejuſdem Promptuarium ſub veſtris auſpiciis in lucem prodire non modò exoptem, ſed ambiam maximè. Accedit & alia magni momenti ratio quæ hanc obſervantiæ teſſeram gratique animi ſignificationem debiti nomine exigat. Quod nimirum nobiliſſimæ omnium Scholæ ſi non Alumnum, me ſaltem Diſcipulum venditare poſſim, ſiquidem per plures annos magni nominis Anteceſſorum, Seguini, Riolani, Gorrei, Caroli, Carterii Auditorem me fuiſſe non poſtremo divini Numinis favore contigerit; nec præterea (quod ingenui pudoris Symbolum fuerit) inficiari aut poſſim, aut velim, Notarum margini additarum optimam maximamque partem ex Majorum

vestrorum cedro dignis Commentariis fuisse desumptam. Vester itaque hic quantuluscunque labor, vestrûm etiam fuerit (summi Dictatores) statuere, an ex eo aliquid utilitatis cessurum versurumque sit in Artis Tyrones studiososque quibus maximè dicatum intelligo, quo divino Auctori diurna nocturnaque manu versando, & in sinu fovendo facilius se addicant hac compendiosiore via invitati, illumque tanquam certissimam studiorum, tum ipsius Praxeos Cynosuram perpetuò sibi adhibeant. Quod si ita vobis visum fuerit nil morabor æmulorum tetricorumque hominum quibus sua solùm placet industria, aliena Cordoglium movet, susurros & murmura, sed vestra approbatione tanquam Ajacis Clypeo munitus, abundè mihi de labore satisfactum arbitrabor, hac præterea gravissimi Poetæ sententia solatus,

Principibus placuisse viris, non ultima laus est.

FINIS.

BENEVOLO LECTORI SALUTEM.

QUO tempore Promptuarium Hippocrateæ doctrinæ primis adumbravi lineamentis, non aliud consilium fuit quàm fluenti labantique memoriæ consulere. Etenim cum toto ferè triennio adversùs sævissimam quartanam inclinante jam ætate luctatus fuissem, non prius discessit pessima noverca, ut Favorini dicterio utar, quin omni ferè memoria cassum me malè mulctasset, damno sanè leviori quàm in Attici famulo qui ex Historiarum Epidemicarum fide ab ejusmodi febre non nisi stupidus evasit, gravi tamen & iniquè ferendo mihi succinctæ vestis Medico, longè à magnis urbibus, intra Normaniæ Armoricæque confinia subsultoriam vitam agenti, dum selectiores summi Præceptoris locos quondam memoriæ fideliter commissos è re nata repeterem frustra. Itaque de hac ruina resarcienda seriò cogitanti non alia se obtulit ratio quàm si integra illius opera manibus resumens in antiqua redirem studia, quod jucundum esse tradit Seneca. Verùm quo graviores Sententiæ datâ occasione promptius & quasi ad nutum comparerent, operæ pretium duxi has in locos communes digerere, brevique complecti Commentario quem circumferrem commodè. Cum verò subinde jam sunt aliquot anni elapsi, apud nobilissimum quendam Marchionem rei medicæ darem operam, & in consilium advocatus fuisset Dominus Sacherius magni admodum nominis Rhedonensis Medicus. Is conjectis forte in Libellum oculis, ejus ordinem tanti se facere testatus est, ut quò publici juris facerem plura adhibuerit incitamenta. Quod doctissimi viri consilium quâ debui modestiâ rejeci.

Attamen ut nil dissimulem expertus sum id verissimum quod observavit idem Seneca, blanditias etiam dum rejiciuntur placere; etenim quam primum Deus fecit otia, rudiora paulóque negligentius collecta adversaria illa acriore animi contentione, & veluti tertiatione quadam retrectavi, varia repumicatione, repetitisque lituris coercui, additisque ad marginem summariis animadversionibus explanavi. Quantùm me Hercle concessit vitæ concatenatis ægritudinibus lacessitæ, innumerisque negotiis distractæ iniqua prorsùs conditio. Sic itaque auctum castigatumque opus aliis quibusdam amicis utriusque Provinciæ celeberrimis Medicis communicari, quorum concors consilium fuit, non esse quid vererer, id publicum facere, quod non modò in Artis Candidatorum subsidium, sed ad Veteranorum etiam sublevandam, refricandamque memoriam non mediocri usui fore existimabant. Quibus antequam acquiescerem, omnino venit mihi in mentem clarissimi longè viri Renati Morei Medici regii solo nominis splendore editorumque librorum fama mihi noti sententiam exquirere, rogareque virum omniscium, scrupulum eximeret, num aliquis susceptam à me Provinciam occupasset, ne dum aliquid novæ industriæ me daturum spero, nil tamen nisi ab aliis actum egisse, & veluti recoctam Crambem ad Lectoris fastidium obtrusisse obtulisseque puderet me tandem; cumque humanissimo Viro folia nonnulla communicassem, quibus de integro Codice judicaret. Is in Amicorum sententiam quam gratiæ obnoxiam suspicabar, non ivit modò, sed me nutantem hærentemque adhuc, rumpere moras jussit; monuit tamen Marinellum Venetum Medicum, antea ut fatear mihi ignotum, in eodem propè Argumento versatum, sed ratione adeò dissimili, ut non existimaret ab eo mihi præreptam occasionem edendi in publicum commodum hujusce Promptuarii; is siquidem in Hippocrate versatissimus magno satis Volumine majoribus typis cuso integra illius opera è Græco in Latinum de

novo

novo reddidit. Altera verò ejuſdem Voluminis parte ſubjunxit Commentarios Alphabetico etiam ordine digeſtos. De quo ſanè labore in ſolis Bibliothecis ſervando, viderint Doctiores quibus non minus quàm Tyronibus ſe conſuluiſſe exiſtimavit. At ego tenuitatis virium conſcius tutus nimiùm timiduſque procellæ vitavi grandiorem Commentatoris titulum, & ſatis habui textui per ſectiones commodè diſpoſito aliquam addere lucem appoſitis ad marginem Notis, libri modulum nec onerantibus, nec augentibus, quas moroſiori delicatulóque Lectori tranſmittere liberum fuerit. Dum verò compendii ſtudium ſumma mihi ſæpe lex fuit, quædam pluribus Libris repetita, plura ab Aphoriſtica phraſi nimis aliena, quæque in Locos communes minus commodè reduci potuiſſent, innumeras etiam obſoletorum nunc remediorum formulas, fateor de induſtria à me prætermiſſa, ut ſic ſuccinctius contractiuſque Volumen etiam manticulæ committi, manibus verſari, & uſque ad ægrorum triclinia deduci poſſit. Quod tantopere Anutium Fœſium de ipſo Hippocrate egregiè meritum exoptaſſe, ex ejus Epiſtola ad clariſſimos Medicos Pariſienſes conſtat. At ne mihi Novatori vitio vertatur temerarium in alieno labore ingenium, objiciaturque crimen tam pretioſæ materiæ vilioris operæ acceſſione imminutæ aut fœdatæ, ea fuit inſtituti ratio ut dum res ſingulas ad quædam veluti capita confero, eas minimè acervatim & temerè ceu lignorum ſtruem, aut inconditum lapidum cumulum aggregaverim; ſed diviti huic arenæ convenientem quantùm potui addidi calcem ceu auro Chryſocolam, ut cuncta arte commiſſa ſcitéque ferruminata cohæreant. Itaque receptam in Scholis jamdudum methodum ſecutus, quoties morborum lemmata ſe obtulerunt eorum in primis naturam, cauſas, differentiaſque præmiſi; deinde prænotionem, curandique rationem appoſui, tandemque pro eximia Coronide generalibus definita Theoremata utiliſſima circa ſingulares caſus exercitatione, facta videlicet

Historiarum Epidemicarum applicatione confirmavi. Quo sanè labore ut doctioribus nil me contulisse agnosco lubens; sic non modò à Tyronibus, sed à Provincialibus quibusdam, Castrensibusque Medicis, maximè verò à Campestribus, de quorum grege sum, me non postremam initurum gratiam spero. Etenim cum præstantiora Artis præcepta ad unum sæpe idemque argumentum attinentia variis Hippocratis Libris sparsim distracta, nunc in unum narrationis contextum, apertis hisce veluti Pandectis collocata statim pateant. In spem adducor prædictos omnes Medicos hac facilitate deinceps adduci allicique ad divina hæc Oracula in quantumvis subitis rei gerendæ occasionibus consulenda. Superest itaque, Lector, quò faciliùs ad ipsos Auctoris fontes largiori haustu ebibendos te deducant hice Euripi rivulique, monuerim Versionem Fœsianam minoribus typis apud Claudium Marinum & Joannem Aubrium Francofurti cusam me perpetuò ferè secutum, ut Gallis vulgatiorem. Sic enim tibi promptum fuerit, meam in transcribendis indigitandisque locis experiri fidelitatem, tum siquæ irrepserint errata ea ex Autographo emendare. Addiderimque tandem varia tum Galeni tum recentiorum Interpretum testimonia in Notarum confirmationem adducta minimè indicato loco, ferè semper à me desumpta ex eorum Commentariis in ipsum quem affero Hippocratis textum. Vale itaque & fruere.

Die quinta Martii, anno Domini 1651. Pontorsone in agro Abrincensi.

APPROBATIO DOCTORUM MEDICORUM Collegii Rotomagensis.

LITERATORUM ferme omnium est in ore viros φιλοπόνους, qui Grammaticis Institutionibus & Dictionariis componendis, ἀχάριστον παραδέχεσθαι ἔργον eosque nimis anxiè non tam sibi, quam aliis, ut aiunt, mellificare: ejusmodi sortis ingratissimæ genus non timebit Plessæus noster, Hippocratici Promptuarii diligentissimus Scriptor; si quidem laboriosum istud opus cum ad umbilicum perduxit, haud sine oleo & lampade, non solum dedit utilissimum in Oracula summi Dictatoris Elenchum, sed Divini senis ipsam mentem, brevibus, eruditis tamen Annotationibus aperuit, illustravit, quæ Neophytis esse possint pro declinandis in oceano illo medico Syrtibus, veluti Cynosura ἀναμάρτητος; Itaque bonis avibus prodeat in lucem doctissimus iste Liber ac verè aureus, nec non manibus indefessis diù noctuque terant Hygeæ Filii, præsens Coæ Medicinæ Lexicon, seu potius alteram in Præceptorem nostrum œconomiam Fœsianæ minimè cessuram, neque minorem Authori suo laudem concessuram, Tyronibus enim, (hic faustè ominari liceat) sternet solidissimum genuinæ ἰατρικῆς fundamentum, Veteranis autem veniet in memoriæ subsidium. Hanc veritatem asseruisse non erubesco, emeritus Artis Apollineæ Mystes, & rude donatus, postquam cedro dignum hoc volumen curiosè perlegi, nec sincero huic testimonio nomen affixisse meum, ullatenus pœnitebit. Rotomagi pridie idus mensis Maii, anno epochæ Christianæ 1680.

J. B. PORRÆUS, M. R.

ALIA APPROBATIO.

QUI Magni Hippocratis Doctrinam apprime calleat, illum apta quibuslibet morbis remedia prudenter adhibere posse inficias ibit nemo, nisi qui neglecta rationis luce adversus illos humanæ vitæ hostes Andabatarum more pugnare voluerit. Quapropter præsens Hippocraticæ Medicinæ Promptuarium lucutentissimis Notis illustratum, non tantum quod publici juris fiat dignissimum censemus, verùm etiam omnibus Artis Medicæ studiosis qui seriâ & attentâ lectione familiare illud sibi reddiderint, utilissimum fore confidimus. Certè nobilissimus illius Autor qui olim clarissimis Scholæ Parisiensis luminibus Joanni Riolano filio omnium sui temporis Anatomicorum facile Principi, Durallio, Merletto, Guenaltio, & aliis plurimis non solum notus, sed & charus extitit, factita per annos quinque & amplius supra quadraginta in duarum Galliæ Provinciarum scilicet Britanniæ minoris, & Neustriæ confinio, summa cum laude Medicinâ id semper in votis habuit, ut & vivens ætatis suæ hominibus, & posteris mortuus prodesset, unde non abs re asserere possumus memoriam ipsius quandiu stabit hic orbis, nunquam in proborum animis intermorituram. Hoc veritati testimonium nos infra scripti nominis Doctor Medicus Collegio Rotomagensi ascriptus perhibere debuimus, ne & in meritissimum virum ingrati & in Medicum præstantissimum minus æqui videremur. Datum Rotomagi VI Kalendas Aprilis A. R. S. H. D. C. LXXX. supra millesimum.

N. GILBERT.




NOBILIS VIR CAROLUS ARTURUS DU PLESSIS · DOCT · MED · ABRINC · AET · 63 · 1660

ELENCHUS AUTHORUM, quorum operâ uſus eſt ſuo in Promptuario D. Car. Pleſſeus.

Actuarius.
Adrianus.
Paul. Ægineta.
Ælianus.
Albertus Magnus.
Alchmæon.
Amatus Luſitanus.
Anaxagoras.
Andreas Medicus.
Apuleius.
Arculanus.
Aretæus.
Aſclepiades.
Atheneus.
Avenrhoes.
Avenzoar.
Auſonius.
Aurelianus.
Alex. Benedictus.
Benivenius.
Braſavolus.
Bruierius.
Callianactes.
Cardanus.
Cato.
Celſus.
Cicero.
Columbus.
Columella.
Cordæus.
Cornarius.
Cratena uterque.
Crato.
Mart. Delrio.
Democritus.
Diocles.
Diocletianus.
Dioſcorides.
Dodonæus.
Marcel. Donatus.
Doringeus.
Duretus.
Empedocles.
Epicurus.
Eraſiſtratus.
Eraſtus.
Fabritius ab Aqua pendente.
Fabritius Hildanus.
Fallopius.
Favorinus.
Fernelius.
Fœſius.
Foreſtus.
Fuchius.
Galenus.
Corn. Gemma.
Glaucus.
Gorreus.
Guido.
Guillemeus.
Heraclitus.
Herodicus.
Herophylus.
Heſiodus.
Heſychius.

Heurnius.
Hieronymus ab Aqua pendente.
Hipathelius.
Hippocrates.
Hollerius.
Homerus.
Horſtius.
Horatius.
Jacchinus.
Joubertus.
Juvenalis.
Laertius.
Langius.
Laurentius.
Marinellus.
Martialis.
Martianus.
Martinus.
Mathiolus.
Meliſſus.
Menardus.
Mercurialis.
Meſuæus.
Montanus.
Moſes.
Nonius.
Oribaſius.
Orpheus.
Palmarius.
Paracelſus.
Pareus.
Parmenides.
Paſcalius.
Paulus.
Sim. Petreus.
Pigræus.
Car. Piſo.
Plantius.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Polybius.
Polio.
Pythagoras.
Pytocles.
Renodeus.
Rhaſis.
Riolanus uterque.
Rivierius.
Rondeletius.
Ruellius.
Salius.
Scaliger.
Schenkhius.
Seneca.
Senertus.
Quint. Serenus.
Serenus Poëta.
Sineſius.
Socrates.
Strabo.
Sylvius.
Car. Stephanus.
Thucydides.
Trallianus.
Theophraſtus.
Valeriola.
Valeſcus.
Valetius.
Varandeus.
Varro.
Veſalius.
Virgilius.
Vegetius.
Zacutus Luſitanus.
Zarabella.
Zeno.
Zenodotus.

PROMPTUARIUM HIPPOCRATIS.

A.

ABDERA[a] *ABDERITÆ.*

Occurrunt inter Hippocratis opera Senatus, populique Abderitani Epistola, Hippocrati scripta, ejus responsum, variæque Epistolæ ex occasione Democriti ad amicos missæ, quibus constat de illius peregrinatione in Abderam. Ubi cum mente, & corpore sanum Democritum invenisset, non defuit tamen tanto Medico artis exercendæ materia. Cuncti si quidem Abderitæ, qui tunc ægrotarent, ejus auxilium implorarunt, ut ex innumeris Epidemiorum morborum Historijs constat.

NOTÆ.

a Urbs Thraciæ non longè à Thaso dissita; eâ solum ratione commendabilis quod fuerit Democriti, omnium propè Philosophorum parentis patria: si quidem de Abderitis peculiariter relatum fuerit, eos fuisse omnium Thracum ineptissimos, in proverbiumque abierit eorum stupiditas, & certè magnam dementiã ostenderunt dum Hippocratem vocarunt ad curandum Democritum, tanquam insanum, licet sapientissimum, quòd scilicet eorũ ineptias derideret, ut pluribus ostendit *Mercurialis* in *Comment.* Hist. 32. Epidemion.

Abdomen, [a] *Epigastrium*, *venter.*

In quovis morbo partes ad umbilicum & imum ventrem attinentes, crassitudinem habere melius est, multùm verò extenuari ac contabescere [b] malum. *Aph.* 35. *Sect.* 2. In omni morbo ventrem [c] mollem esse, & mediocriter extumescere, convenit. *Lib. Prænotionum. pag.* 7. *Sect.* 2.

Dolores & tumores ventris [d] sublimes leniores: non sublimes, graviores. *Aph.* 7. *Sect.* 6.

a Pars corporis à coxis & pube sursùm ad præcordia tendens *ex Celso.* Hanc subdividit *Gal. ad Aph.* 32. *Sect.* 2. in regionem hypochondriorum, regionem umbilicalem & imum ventrem hypogastrium dictum.

b Malum quidem tum ut signum imbecillitatis viscerum, tum ut causa, quòd eâ ratione minus probè conficiatur cibus in ventriculo, sanguis in he-

A ventris dolore diuturno, [c] suppuratio. *Aph.* 22. *Sect.* 7.

A vi [f] durities cum dolore in febribus horrificis cum cibi fastidio, nisi parum humectatæ alvo purgationem faciat, ad suppurationem tendet. *Coac.* 303.

In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas, [g] malum. *Aph.* 26. *Sect.* 7.

Temararij ventris [h] tumores in morbis longis convulsionem afferunt. L. 1. *Prædictor.*

Quæ contingunt in febre circa ventrem [i] palpitationes, mentis perturbationem afferunt. *ex Coac.* 298.

NOTÆ.

pate. *Gal.*

c Mollem intellige nec durum, nec tensum.

d Sublimes enim afficiunt partes exteriores, salvis visceribus partibusque officialibus.

e Quæ suppuratio pessima, at sæpe hanc præoccupat mors, *Gal. hic.*

f Per aluum *Duretus* intelligit *in Coac.* amplitudinem illam qua continentur viscera.

g Ob suspectam viscerum inflammationem.

h Seu assurgens sine causa alvi moles *ex Dureto*, qui post *Gal.* negat hanc sententiam esse *Hippocratis*. i Hæc sententia explicabitur infra ubi *de Palpitatione*.

Abdominis tumores, Abscessus, vulnera.

Ventris [a] tumores minus abscedere nati sunt, quàm qui in præcordiis [b] nascuntur, Minimè verò qui infra umbilicum in pus vertuntur. Sed ex locis superioribus sanguinis eruptio maximè expectanda est. Longorum verò omnium in his regionibus tumorum suppurationes in considerationem adhibendæ. Suppurationum autem quæ inde proveniunt ea observatio facienda est, Quæ quidem foras vertuntur optimæ sunt, ubi parvæ sunt, & quàm maximè foras [c] vertuntur, & in acutum tendunt. Pessimæ verò quæ magnæ sunt & latæ, miniméque in mucronem attolluntur, at quæ intrò rumpuntur, [d] optimæ ubi nil cum externâ sede communicant, in sese contrahuntur, nulloque dolore afficiunt, totáque regio externa unius coloris apparet. Pus verò optimum est album, [e] æquale & læve, & quam minimè graveolens. Huic contrarium pessimum. *L.* 1. *Prænotionum. p. 6. Sect.* 2. & *Coac.* 281.

Quæ suppurationes intrò vergunt, ut neque tumore, neque calore manifestas foris notas edant, maximè conducit. Quod verò contra fit pessimum. Ha-

a.b. Hæc Similitudo comparatione tumorum pertinet ad œdemata mollia, & indolentia, quæ majorem habent opportunitatem suppurandi in visceribus quàm in abdomine, quod materia suâ naturâ frigidior, in abdomine diffusa non facilè suppurabilis fit à calore febrili, nec etiam à calore nativo, qui in visceribus potentius agit. Non verò pertinet ad phlegmonem epigastricam quæ facilius suppuratur in Epigastrii musculis quàm in præcordiis, quorum suppuratum ferè semper lethale. *Duret. in Coac.* post *Gal. in Comm. Progn.*

c Quod enim docet Hippocrates bonum esse si Erysipelas vertatur foras, locum habet in omnibus tumoribus.

d Tantum abest sint optimæ, ut ne sint quidem bonæ, si propriè loquamur: optimæ tamen hic dicun-

rum verò quædam propter puris crassitudinem [f] nullam de se significationem edunt. , *ex prædictâ Coac.* 281.

Salamine, [g] qui in anchoram delapsus est in ventrem vulnus accepit, & vehementissimis doloribus conflictabatur. Epotum autem medicamentum neque deorsum demisit, neque vomitione rejecit. *L.* 5. *Epid. p.* 1046.

Puer qui in jecur & ventrem à mulo ictus obiit quarto die, [h] spirationem crebram habebat, neque intelligentiâ [i] valebat, & febri detinebatur. *Ibidem pag.* 1047.

NOTÆ.

tur comparatæ ad eas suppurationes quæ cum intus rumpuntur foras etiam ad cutim erumpunt, unde geminatur malum. *Gal.*

e Tum in substantia, tum in colore, ex quo significatur humoris benignitas & obedientia, *ex Dureto.*

f Juvanda ergò natura, ut exitum habeat pus, quod propter crassitudinem non venit in conspectum, & sæpe aperta vomica feliciter prodit.

g Insula urbem habens ejusdem nominis in quâ regnavit Thelamon Ajacis pater. h Ob inflammationem vulneratarum partium intus cuncta retrahentem, unde colligere debemus ægri interitum. i Constat satis spirandi difficultatem, deliriumque successisse inflammato septo.

Abdominis [a] *Empyemata.*

At ventre inferiore suppurati evadunt; præcipuè quidem cum pituita [b] & bilis inter carnem & cutem affatim collecta fuerit. Fiunt etiam ex convulsionibus, cúmque vena disrupta fuerit & sanguis effusus putrescit, & pus intus gignitur: quod si caro divulsa aut contusa fuerit, sanguinem ex venis quæ sunt in ejus ambitu attrahit, isque putrescit, & pus intus gignit. His siquidem de se foras significationem præbuerit, & pus exierit sani evadunt. Si verò sponte intus erumpat, pereunt. [c] Effusum autem pus in inferiore ventre generari haud [d] quaquàm poterit, velut in superiore ventre fieri dictum est, sed in tunicis & tuberculis innascitur. Et si idem internas de se notas præbuerit, non facilè deprehenditur, cum nec concutiendo cognoscere liceat; Ex dolore tamen præcipuè ubi fuerit deprehenditur, & si argillam, aut quid [e] simile illiveris, brevi id resiccat. *L.* 1. *de morb. p.* 439.

In Omilo [f] Cyrenius ubi pus intrò collegisset, triginta diebus, serius quàm oportuit inferiori ventri sectionem adhibuit, & moderatè habebat, resicca-

a Distinguimus Empyema ab abscessu, quod hic obsideat musculos exteriores, empyema intus vergat in capacitatem abdominis effusum

b Intellige sanguinem pituitosum vel biliosum, cum solius sanguinis fiat propriè suppuratio.

c Pereunt nisi raro naturæ beneficio paretur via puri per alvi aut urinarum profluvium, ut infra notabitur in renum morbo secundo & tertio.

d Cum empyematis propriè sumpti vera sedes sit in pectore & in abdomine, rarius tamen contingit in abdomine, feréque ex vulneribus; at passim fit in pectore etiam ex causis internis.

e Et enim admoto cataplasmate super totam regionem dolentem scito pus continere, quâ parte citiùs resiccatur cataplasma.

f Omilus urbs quædam Græciæ quam celebrem fuisse olim conijcere est

tumque pus in ventre fuit. [g] Calidissimo anni tempore, ex pomorum aliorumque inutilium eduliorum esu febris [h] prehendit, alvique [i] profluvium, & mortuus est. Hecason in Omilo perinde atque alter serius inustus est, fere tamen totus venter resiccatus est. Difficultate autem intestinorum correptus, ubi eam evasisset quidvis edebat, donec totus intumuit, eique pus per inferiora erupit, & alij profluvio sublatus est. *L.* 5. *Epid. pag.* 1046.

NOTÆ

ex frequenti ejus mentione *in Historiie Epid.*

g Quo tempore languet maximè calor naturalis, & dissolvitur ab ambientis æstu.

h Ita sanè nulla paratior materia ad ingenerandam febrem quam succus succrescens ex fructuum omnium liberaliore usu: maximè verò cucurbitarum, melonum, malorum ex *Gal. passim*, & ipso *Hipp.* Ut constabit plenius articulo *de Fructibus.* i Diarrhœa biliosa quæ facilè vertitur in dysenteriam.

Abortio [a] *Abortus*, *Effluxio.*

Nonnullæ mulieres facilè concipiunt, fœtus tamen perferre nequeunt, sed sub tertium aut quartum mensem perdunt, nullâ causâ, neque cibo minime idoneo accedente. Idque maximè ubi uteri incrementum fœtui subduxerunt, aut ipsis alvus vehementer conturbatur, eoque tempore quo fœtus perdunt, iis imbecillitas, febris vehemens, nec non cibi fastidium accedit. Ad id hæc quoque causa accedit, si uteri à natura aut [b] ulceribus lubrici fuerint, & cætera. Quæ singula is agnoscat qui sedulò inquirat. De lævore autem constabit, si mulier alia uteros dum vacui fuerint, contrectarit. *L.* 1. *de Morb. mul. p.* 645.

Multa sunt alia ex quibus fœtui corruptionis periculum impendet. Si enim quæ utero gerit [c] ægrotarit, invalida sit, & onus vi sustulerit, aut plagam acceperit, aut [d] saltarit, aut inediâ laborarit, aut animo defecerit. Si copiosiùs [e] aut parciùs alimentum sumpserit, aut metu correpta & consternato animo fuerit, aut vociferetur, & intemperanter vivat. Est enim cibus & potus copiosior corruptionis causa. Quin & ipsi uteri ita sunt à natura comparati, ut abortionem faciant. Si flatulenti, densi, magni, parvi fuerint, aliisque similibus affectionibus laborarint. Si mulier ventris aut lumborum dolore conflictetur, metus est ne ruptis membranis fœtus abortione reijciatur.

a Abortionis tres vulgò statuuntur causæ, quas *Henrnius ad Aph.* 44. *Sect.* 2. continentes appellat, fœtus scilicet imbecillitas nutricatus inopia & vinculorum laxitas.

b At hæc uteri ulcera succedunt ferè laborioso partui aut uterino fluxui, aliquando abscessibus.

c Morbo aliquo acuto scilicet, *ex Aph* 30. *Sect.* 5.

d Ut contigit Psaltriæ illi, cujus historia affertur infra in *Fœtu.*

e Sic soror Caij Duelij inter epulas abortum fecit, *referente Plinio.*

ciatur. Sunt[f] autem quæ si acre quid aut amarum præter consuetudinem ederint aut biberint, fœtus perdunt, aut si venter coarctetur, aut dilatetur (& cætera.) Plerumque enim dum sunt admodum[g] exigui, invalidi existunt. Quin &[h] grandiusculi corrumpuntur etiam, ut proinde mulieres mirari non debeant, si nolentes fœtum corrumpant. Summâ enim curâ, providentiáque opus est, ut in uteris fœtum perferant, & enutriant, eoque in partu liberentur. *Ibidem pag.* 647. 648.

Dies inter alios insignes sunt, maximè primi & septimi, ac multùm quidem in morbis, multùm etiam in fœtibus possunt. Abortiones enim plurimæ his diebus contingunt: tales verò effluxiones[i] nominantur non abortus. *Lib. de Septimestri partu. p.* 218.

Plures primis 40 diebus, quàm aliis omnibus abortiones fiunt, quo tempore præterito, valentiores fœtus existunt. *Ibidem pag.* 219.

Mulieri utero gerenti, si alvus plurimùm[k] profluat, periculum est ne abortiat. *Aph.* 34. *Sect.* 5. Mulieri utero gerenti, si tenesmus superveniat abortum facit. *Aph.* 37. *Sect.* 7.

Mulier utero gerens, sanguine[l] misso ex vena, abortit, & magis si fœtus sit major. *Aph.* 31. *Sect.* 15.

Mulieri utero gerenti si mammæ[m] repente graciles fiant, abortit. Si altera mamma gracilis fiat geminos habenti alterum abortit, & si quidem mamma dextera[n] gracilis fiat marem; Si verò sinistra,[o] fœminam. *Aph.* 37. 38. *Sect.* 5.

Quæcumque utero gerentes corrupturæ sunt fœtus his mammæ extenuantur, &c. *Aph.* 57. *Sect.* 5.

Quæcumque præter naturam tenues existentes utero gerunt, abortionem faciunt,[p] priusquam crassescant. *Ibidem. Aph.* 44.

Quæcunque mediocriter corpora habentes, abortiunt 2° aut 3° mense, sine occasione manifesta, his[q] acetabula uteri plena mucoris sunt, & non possunt præ pondere fœtum continere, sed disrumpuntur. *Ibid. Aph.* 45.

NOTÆ

f Notanda particula *sunt*, quæ designat propensionem harum potius quàm illarum ad abortionem, si saltarint, loco lubrico vestigium fallente ceciderint, si tetrum odorem uti lucernæ extinctæ admiserint, si vestibus compressæ fuerint. Cum ex adverso sint quædam in istis casibus adeò securæ, ut ne etiam data opera possint abortire.

g h. Hoc illustrat *Galenus* exemplo fructuum, qui sui ortus initio tenelli facilè cadunt, tùm vbi propè maturuerint.

i Non adeò exactè hanc distinctionem sequitur Hippocrates, si quidem effluxiones nominat passim *partiones*.

k Nunquid par periculum, à vomitu? Respondet *Martianus* minus metuendum à vomitu vomitoriisque, dum enim sursùm uterum trahunt, ei motum afferunt abortioni contrarium.

l Intellige largiorem vacuationem quâ fraudatur fœtus suo genio, non verò moderatam & parcitam quâ sæpe in gravidis sanguinem cumulantib[9] præcavetur abortio, earum verò inflammatorii plethoricique affectus sanantur. Misso etiam quod magis mirum ex saphena sanguine.

m Nota *repente*, nam si paulatim detumuerint mammæ minus periculosum.

n. o. Censet Hippocrares mares in dextris contineri, mammamque dexteram compati dexteræ uteri parti, & è contra, *Gal. hic.*

NOTÆ.

p Donec crassescant abortiunt, quo modo enim fœtum aluerint cum ita extenuatæ sese alere nequeant. *Gal.*
q Cotyledones etiam dictiora scilicet venarum ex quibus secundinæ pendent. *Gal.*
r Mammarum colliquationem intelligit *Duretus hic.* Quæ scilicet acciderit ratione febris spirationem suspiriosam adducentis.

Spirationes suspiriosæ quæ foras educuntur, aut citra rationem facta [r] colliquatio in gravidis, abortum indicat. *Coac.* 519. Quæ in febribus suspiriosæ spirationes foras educuntur abortionis periculum afferunt. *Coac.* 540.

Quibus prægnantibus ex casu, aut convulsione, aut ictu labores contingunt, ferè intra [f] triduum apparet, nùm abortum facturæ sint. 7. *Epid. pag.* 1105.

f Dies enim tertius est primus eorum, quos provocatorios vocant Medici. Notanda verò particula *ferè*, si quidem de hoc non constet sæpius ante septimum diem.

Abortio popularis.

a. b. Etenim ob hyemem calidam & humidam replentur prægnantium corpora, quæ ubi supervenienre vere densantur frigore, cohibetur intus copiosa humiditas, & in fœtum assumitur, unde putrescens corrumpitur, aut laxus & infirmus redditur. *Mercurialis.*

Si hyems australis pluviosa, & serena fuerit: ver autem siccum & [a] aquilonium, mulieres quibus partus ad ver inest ex quacunque occasione [b] abortiunt, &c. *Aph.* 12. *Sect.* 3.

In quas prægnantes morbus incidit, hæ omnes quod sciam abortionibus periclitatæ sunt. *Statu* 3. 1. *Epid. Sect.* 1.

Abortionum, abortivorumque Pharmacorum periculum, & infamia.

a. b. Meritò post medicamentum lethale fit mentio abortivi medicamenti, cum hoc dum fœtum perimit, non rarò fœtum enecet.
c Est enim non exitio hominum, sed saluti quæsita Medicina. *Apuleius.*

Neque cujusquam precibus adductus, alicui medicamentum [a] lethale propinabo, neque simili ratione mulieri ad [b] corrumpendum fœtum pessum subdititium exhibebo; sed castam & ab omni [c] scelere puram tum vitam, tum autem meam præstabo, *ex jurejurando Hippocratis.*

d Habet iterum hic locum comparatio Galeni desumpta ex fructibus, qui dum naturaliter decidunt, nullam inferunt arbori violentiam; immaturi verò

Eadem sunt puerperii purgamentorum affectiones, tum ei quæ fœtum corrupit, tum ei quæ peperit. Periclitantur magis quæ fœtum corrumpunt. Abortiones enim [d] majorem molestiam pariunt quàm partitiones. Neque enim citra violentiam abortio contingit, &c. Vis autem mala est; periculum quoque est, ne uterus exulceretur, aut inflammationem con-

trahat, quod est periculo plenissimum. *L. 1. de Morb. mul. pag.* 675.

Ex iis quæ circa panthimidem erant, mulier quædam ex infantuli[e] abortione, primo die igne, febre scilicet vehementissima correpta est, lingua resiccata, siticulosa erat, æstuabunda cum insomnia. Alvus conturbata ex multis, tenuibus & crudis, postridie novo oborto rigore, febris acuta prehendit, venter multa reddidit, non dormivit. Tertio die acuti dolores, quarto deliravit. 7° obiit. Alvus toto morbo recrementis multis tenuibus, crudis, fluxit: urina tenuis & pauca. Alteram ex abortivo[f] fœtu circiter quintum mensem febris vehementissima prehendit. Per exordia verò sopore, rursusque insomnia detinebatur cum lumborum dolore & capitis gravitate; Secundo die alvus turbata est, primumque pauca, tenuia, syncera dejecit. Tertio plura & pejora, nocte nil dormivit. Quarto mens emota fuit, cum metu animique ægritudine, dextri oculi perversione, sudore pauco & frigido circa caput, extremitates frigidæ. Quinto exasperata omnia, multum deliravit, confestimque rursus ad intelligentiam rediit, siticulosa erat, insomnis. Alvus per totum morbum multis & intempestivis[g] fluxit; urinæ paucæ, tenues nigrescentes; extrema frigida, sublivida. Sexto eadem perseverarunt. Septimo phrenetide extincta est. *Historia decima & undecima lib. 3. Epid.*

Tesimi conjugi post epotum trigesimo die medicamentum abortivum dolor contigit; vomitus multorum biliosorum, pallidorum, porraceorum, nigrorum. Ubi bibisset, convulsio 3° die prehendit. Linguam[h] manducabat: quarto die ad eam ingressus sum. Lingua erat magna, nigra, oculorum album nigrum, sub finem mortua est. *L. 5. & 7. Epid. pag.* 1049. 1105.

Abscessus, [a] *vomica*, *Apostema*.

Ventris tumores minus abscedere nati sunt quàm

NOTÆ.

& quassatione violentâ avulsi aliquid de substantia arboris distrahunt.

e *Galenus* vult hic elisum fœtum menstruum, aut bimestrem, aut trimestrem effluxu potius quàm abortu.

f *Idem Galenus notat hic* tam prioris mulieris effluvium quàm hujus abortum, contigisse non quidem ex causa externa aliqua, sed ex vitio humorum vitiosorum crudorumque jamdudum in corpore acervatorum.

g At nil magis exitiosum esse puerperis constat passim ex Hippocrate & experientiâ ipsâ quàm alvi profluvium.

h Dum scilicet violentius convelleretur ob vim effrænem abortivi medicamenti: intercipiebatur lingua dentibus, sicque videbatur commanducari.

a Plura videnda in Crisi per abscessum, pauci siquidem prostant textus

NOTÆ.

apud Hippocratem de abſceſſu, quatenus uſurpatur ſtrictius hîc, pro tumore qui digeri non potuit, ſed in ſuppuratum abiit; ſic autem dicitur quod partes prius cohærentes à ſe ipſis diſcedant. Cujus ſunt duo genera; aut enim inflammatorios affectus ſequitur, quod frequentius, aut nulla prægreſſa inflammatione humor aliquis in certo loco colligitur, qui temporis ſpatio putreſcens viamque ſibi moliens vicina corpora dirimit, aut copia diſtendens membranis concluditur, ibique pro materiæ varietate proprietatem non modo humorum, ſed ſolidorum etiam corporum plures differentias exprimit *ex Gal.* b. c. d. Tria de abſceſſu pronunciata attribuuntur à Galeno tum naturæ humoris frigidioris, tum ambientis aëris. e Prædominantibus in juventute tenuioribus humoribus, ſurſùm tendentibus.

qui in præcordiis oriuntur, *& cætera ſupra in abdomine adducta.*

Scire convenit abſceſſus hyeme magis [b] contingere, & tardiùs [c] deſinere, & minus intrò [d] recurrere. *ex L. Prænotionum pag.* 56.

Abſceſſus ad infernas partes tendentes per juventutem non admodum [e] contingunt. *ex* 2° *Prædictorum pag.* 109.

Quibus rigores fiunt, nil ferè abſcedere ſolet. *6. Epid. Sect.* 1. *Text.* 10. [*plura in Criſi per abſceſſum.*]

[a] *Abſinthium.*

a *Gal. Lib.* 11. *Meth.* Ponticum præfert adſtringendi roborandique facultate, cum præterea biliòſos ventriculi humores per alvum & urinas ducat.
At non differre ſpecie à Romano vulgarique docet *Mathiolus*, licet ratione climatis ſit odoratius, habeatque folia anguſtiora.

Utitur paſſim Hippocrates radice & foliis præfertim pro fotibus & ſubdititiis medicamentis mulierum.

[a] *Acceßio, Exacerbatio, Paroxyſmus.*

a Paroxyſmum, acceſſionem vertit *Celſus*: alii exacerbationem. *Galenus* verò hic definit circuitus ſeu periodi partem deteriorem, quæ à prima invaſione ad vigorem extenditur: reliqua verò inde inclinatio, periodi pars melior dicitur.

b Nam quæ firmata ſunt & impacta, non excutiuntur facilè. *Galen. hîc.*
c Nativo calore ſe tunc colligente circa viſcera.
d Sive acceſſiones illæ exacerbationes ſint univerſalis morbi, ſive ſint particulares & periodicæ febrium intermittentium, *ex Martiano hîc.*

Morbi ipſi, & anni tempora, & circuituum ſucceſſiva incrementa, ſive quotidie, ſive diebus alternis fiant, acceſſiones & morborum conſtitutiones indicarunt, &c. *ex Aph.* 12. *Sect.* 1.

Quibuſcunque fiunt acceſſiones, quacunque hora febris dimiſerit, ſi cras eadem occupaverit, judicium habent [b] difficile. *Aph.* 30. *Sect.* 4.

Acceſſionis febrilis ſignum eſt [c] pedum frigiditas; *& cætera plenius afferenda articulo de Vict. ratione in acutis.*

In [d] acceſſionibus abſtinere oportet, nam & cibum dare nocivum: *& cætera afferenda in dicto articulo.*

Qui circa paroxyſmum tuſſiunt & leviter exudant, malignè [e] habent, *Coac.* 112.

Acerba,

Acerba, infra alimentorum differentiis, de Sapore.

[a] *Acetabulum, mensura Species.*

[Occurrit passim apud Hippocratem, in designandis Græcis liquidorum medicamentorum mensuris.]

Acetabula Articulorum.

In coxendicibus duo sunt articuli acetabula appellata, & iis femora articulo connexa. *L. de locis in homine. pag.* 403.

Acetabula uteri [a] *Cotyledones.*

Si acetabula uteri pituita referta fuerint, menses quidem probè eunt, & utero gerit mulier, fœtum autem ubi validior fuerit, corrumpit. *L. de Nat. Pueri, & Aph.* 45. *Sect.* 5.

Acetum, [a] *Acida.*

Acetum refrigerat, quod corporis humidum colliquando absumat, magis autem alvum sistit quàm dejiciat, quia minimè alit, & [b] acre est. *L. 1. de Vict. rat. pag.* 328.

Aceti aciditas biliosis naturis magis confert quàm [c] melancholicis. Amara enim dissolvuntur, & in [d] pituitam transeunt, dum ab ipso in sublime attolluntur. Nigra verò fermentantur, in sublime attolluntur, & multis partibus [e] augentur. Acetum namque nigra sursum educit. Mulieribus autem magis est adversum quàm viris, nempe cum uterum [f] dolore afficiat. *L. de Vict. in acutis. pag.* 379.

Acetum cuti & articulis admotum eandem [g] habet cum aquâ [h] marinâ facultatem, potentiorem tamen fotu [i] & perfusione obtinet. Valet etiam ad viscera recens vulneratis, & ad sanguinis grumos, ubi nigre-

NOTÆ.

c Explicat *Duretus* de concursu febris & catarrhi ferini, in hemitritæo de quo agitur. *L. 1. Epid. Statu primo.*

a Sic ab aceto Romani denominarunt vasculum aceto continendo dicatum, eadem ratione oxybaphon dictum.

a *Galenus* interpretatur ora venarum in uterum desinentium, mammarum papillis similia; ex quibus fœtus involucra pendent, quæ juniores Anatomici post Soranum in solis pecudibus agnoscunt.

a Acetum vinum est frigidius, acre, & tenuius ex putredine redditum, variis contrariisque partibus constans, quarum ratione quidam cauterii instar calidum, alii frigidissimum statuerunt.

b Est adeò acre, ut ex Plinio saxa frangat; qua ratione Hannibal Alpium rupes fregit, Cleopatra unionem ingentis pretii.

c Iis præsertim qui atræ bilis dominatu detinentur. Vide *Mercur. hic.*

d Seu diluuntur & pituitescunt veluti ab aceto subacta. *Duretus hic.*

e *Senetus, capite de Quartana & de Scorbuto*, infert ex hoc loco acetum humori melancholico ingenerando aptissimum esse;

f Senertus vertit *namque acetum melancholicùm exaltat.*
g Uti ventriculo, intestinis, & nervis, teste experientiâ.
h. i. Discutiendo & roborando, dum utrumque pro fotu adhibetur.
k Versio *Marinelli* videtur magis perspicua sic. *Eliquat velut sal, & ut alia quæ impetigini, lepris, ac vitiliginibus conducunt.*
l Acida ea sunt quæ absque caliditate linguam mordent, si quidem acida omnia frigida sunt tam ea quæ ex crudis matura fiunt, quàm quæ ex maturis perfectisque in alienam naturam degenerant; *ut notat Gorreus, ex Galeno & Aetio.*

dines sunt in pudendis, & dentium ac aurium dolor adest. Calidum autem hæc & alia præstat, sed ex anni tempore conjectura facienda est. Ex [k] eliquatione salis etiam ad alia quæcunque impetiginibus, lepris & vitiliginibus conducunt, & in sole calido inspissatum, præcipuè verò unguibus scabris confert, verrucas formicarias attenuat, aurium sordibus medetur, cutem emollit: multis quoque aliis modis valeret, nisi odore, præcipuéque mulieribus noceret. Valeret etiam ad pedum dolorem, nisi cutem vulneraret. Eadem aceti fæx præstat. *L. de liquidorum usu. pag.* 426.

Acida [l] extenuant & morsum faciunt. *L. de affect. pag.* 426.

Acida pituitosa sunt. *L. de loc. in homine. pag.* 420.

ACVTI MORBI, *infra in morborum differentiis.*

ADEPS, PINGUEDO, *infra.*

Adianthum, [a] Calliphylum.

a Adianthum in caliditate & frigiditate Symmetrum est *Galeno.* Epotum lapides frangit, infartos pulmones liberat, & alvi profluvia sistit. *L. 6. Simplicium.*

Urinam movet & alvum solvit. L. *de Intern. affect. pag.* 501. & L. 2. *de Vict. ratione. pag.* 330.

Chariti qui urina detinebatur, decoctum adianthi, quod Calliphylum vacant profuit. L. 7. *Epid. p.* 1102.

A E R. Iunge quæ de Flatu & de Spiritu infra.

Spiritus qui corporibus insunt flatus nominantur; qui verò extra corpora, [a] aer. L*ibr. de Flatibus p.* 274.

Quod cælum & terram interjacet, id omne [b] spiritu plenum est, idque hyemis & æstatis causa existit, per hyemem quidem condensatum, & frigidum; per æstatem verò, leve & tranquillum, & cætera. *Ibidem.*

Huic quoque orationi sujiciendum morbos unquam vix aliunde quàm [c] ab aere exoriri posse. Cum is aut

a. b. Hæc distinctio non ita strictè observatur, ut patet ex textu sequenti, ubi spiritus pro aere usurpatur.

c *Hippocrates* loquitur hic ex veterum Medico-

copiosior, aut parcior, aut morbidis inquinamentis infectus in corpus subierit, &c. Cum igitur aer inquinamẽtis hujusmodi quæ naturæ hominis adversantur, plenus fuerit, tum homines ægrotant. Quando verò alteri cuidam animantium generi aer incommodus fuerit, tunc eo modo corripitur. *Dicto* L. *de flat.* ubi plura.

rum illorum mente, qui flatuosi & pneumatici vocabantur, quòd omnes morbos à flatibus cieri censerent. *Vt notat Galen. Comment.* 2. *in Lib. de natura hominis* Nisi velis cum *Martiano* his intelligere flatuum nomine, etiam spiritus propriè dictos, ita ut nullus detur morbus, cui generando non concurrant flatus ita generaliter sumpti.

Ætas, Ætatis ratio, tum ad Sanitatem, tum ad Morbos.

In ætatibus [a] talia contingunt, parvis & nuper natis puerulis oris ulcera, quæ [b] aphtæ vocantur, vomitus, tusses, vigiliæ, [c] pavores, umbilici [d] inflammationes, [e] aurium humiditates. In progressu verò cum jam dentire incipiunt [f] gingivarum prurigines, febres, convulsiones, alvi profluvia, maximè cùm caninos edunt dentes, & his præsertim pueris qui crassissimi sunt, & alvos [g] duras habent. Cum verò magis adoleverint, tonsillæ [h] & vertebræ quæ in occipitio est ad interiora luxationes: crebri anhelitus seu asthmata, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ, quas Græci Acrochordonas vocant, Satyriæ, [i] Strumæ, & alia tubercula, sed præcipuè antedicta. Grandioribus autem & ad [k] pubertatem accedentibus plurima ex his, & febres diuturnæ magis & ex naribus [l] profluvia sanguinis. Plurimæ autem passiones pueris judicantur, nonnullæ quidem in 40 [m] diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullæ verò in annis septem; quædam verò ad pubertatem accedentibus. Quæ verò permanserint, nec in pubertate finiverint pueris, aut fœminis dum menstrua erumpunt consenescere consueverunt. [n] Adolescentibus autem sanguinis spuitiones, tales febres acutæ, morbus comitialis, & alii, sed præcipuè antedicti. Ultra hanc ætatem [o] asthma, morbi laterales, pulmonum inflammationes, lethargi, phrenitides, [p] ardores, diuturna [q] profluvia,

[a] Ætates sunt annorum decursus temperamentum immutantes, quas per septenarium numerum quidam distinguunt, quod singulis septem annis natura magnas mutationes suscipere consueverit. *Vide Gorreum.*

b. c. d. e. Apthæ pueris familiares ob cutis mollitiem, lactis acrimoniam, carnisque humiditatem. Pavores ex cibi corruptione, in ventriculo sublatis inde ad cerebrum fumis. Umbilici inflammationes ob præcisionem recentem, aurium humiditates ob cerebri humiditatem. *Gal. hic.*

f Dum sua acutie acriùs vellicant gingivas. *Gal.*

g Magis enim oppletur cerebrum, dum astringitur alvus. *Gal.*

h Oris affectiones hîc notatæ, spinæ luxationes, asthmata, calculi, lumbrici, ascarides, verrucæ fiunt ob puerorum voracitatem. *Gal.*

i Satyriæ, (seu Satyriasmi) accipiuntur ab interpretibus de parotidibus.

k. l. Tunc vox mutari incipit & sanguis sursùm ferri effulgescente tum

choleræ, difficultates inteſtinorum, hæmorrhoides. Senibus ſpirandi difficultates, diſtillationes cùm tuſſi, [r] urinæ ſtillicidia, & art culorum dolores, renum paſſiones, [s] vertigines, apoplexiæ, [t] mali habitus, pruritus [v] totius corporis, [x] vigiliæ, alvi, oculorum & narium [y] humiditates, viſus [z] obtuſus, [aa] glaucedines, auditus [bb] graves. *Ex* L. 3. *Aphoriſm.*

Sed neque ante pubertatem [cc] occupant hi morbi, pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagræ, renum vitia, varix in tibia, fluor ſanguinis, cancer non innatus, albicans vitiligo non cognata, defluxio in ſpinalem medullam. Sanguinis per ora venarum profluvium, tenuioris inteſtini morbus (quem chordapſon vocant) non à natura inſitus, horum morborum nullus ante pubertatem metuendus eſt. Ab anno verò 14 uſque ad 42 natura omnis generis morborum ferax eſt. Contra verò ab hac ætate ad annum 63 neque ſtrumæ fiunt, neque veſicæ calculus, niſi antea occupet, neque in ſpinalem medullam defluxio, neque renum morbus, niſi ex alia ætate ſequantur, neque ſanguinis per ora venarum defluvium, neque fluor ſanguineus, niſi prius adfuerit: Atque hi morbi ad ſenectutem uſque abſunt. *Coac.* 512.

In ætatis vigore omnia [dd] gratiora ſunt, in deſinente ætate contra. *Lib. de Prænotionibus.*

Quibus quidem junioribus, quæ ex laboribus affectiones fieri dicuntur, contingunt, ſi [ee] magis & vehementius afficiuntur, pluſque cæteris dolent, & confeſtim jis manifeſtæ fiunt, ita ut ſanguinem ſputo aut vomitione rejiciant. Quædam etiam propter bonam corporis habitudinem fieri non ſentiant. [ff] Seniores verò raro quidem & debilius afficiuntur, cum debiliores exiſtant, iiſque leniores ſunt affectiones, earumque majorem curam [gg] habent. Seniori igitur hæc per initia minus contingunt quam juniori, cùmque fiunt ſeniori quidem debiliores, juniori verò vehementiores exiſtunt, & juniori quidem ob intentas corporis vires, & ſiccitatem, carnemque validam & denſam

NOTÆ.

magis ſanguine

m Quadrageſim⁹ dies diuturnorũ morborum primus circuitus, & acutorum degenerum ultimus decretorius. Qui hunc excedunt judicantur per ſeptenaria, non connumeratis jam diebus, ſed primum quidem menſibus, deinde annis: Morbos verò qui hoc tempus excedunt ad decimum quartum annum pervenire manifeſtum eſt. *Gal.*

n Maximè à 18 anno ad trigeſimum quintum ex ruptione craſſarum venarum. *Ex doctrina Coac.*

o In conſtante ætate ab anno 35. ad quinquageſimum *Henrnius hic.*

p Per ardores intellige febres ardentes.

q Ex humoris affluxu in ventrem vitio coctionis in ventriculo, aut ex vitio obſtructionis viarum, per quas diſtribuitur alimentum.

r Ab infirma veſica. ſ. Dũ in gyrum volvitur ſpiritus animalis à remixtis vaporibus. t. Alteratricis functionis depravationes.

v A pituita putri cui denegatur exitus in habitu denſo ſenili. x. Suavis anathymiaſeos inopia & cerebri ſiccitate. y. Ob recrementorum copiam. z. Spiritus animalis inopia & impuritate. aa. Inopia & areſactione Chryſtallini humoris bb. Facultatis & inſtrumenti vitio. *Hactenus ex Henrnio.*

cc. Veram exiſtimat *Duretus* ſententiam de diſpoſitione & apparatu corporum, quæ in pueritia non habent aptitudinem ad hujuſmodi morbos ſuſcipiendos. At vis aliquando

ſam ad oſſa adhæreſcentem, & cutem ei undique obtentam, ſi quid plus ſolito laborarit, vehementes convulſiones magis & de repente contingunt, multæque & variæ carnium ruptiones, *& cætera.* Senibus autem valida corporis firmitas non [hh] ineſt, carneſque circum oſſa diffluunt, cutiſque carnes ambiens rara eſt & debilis, & neque ſenior ſimiliter ut junior afficitur, [ii] ſtatimque manifeſtum redditur, adeò quidem per affectionum exordia difficilius juniores quàm ſeniores liberantur. *L.* 1. *de Morb. p.* 444. ubi plura.

Senes junioribus ægrotant minùs; qui verò morbi ipſis accidunt longi, magna ex parte ad mortem uſque comitantur. *Aph.* 39. *Sect.* 2.

Raucedines & [kk] gravedines in valde ſenibus coctionem non admittunt. *Aph.* 40. *Sect.* 2. Renum & veſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanantur. *Aph.* 6. *Sect.* 6.

tanta externarum cauſarum tum ab aere, tum à victus ratione, ut ſuperata contraria ſubjecti diſpoſitione non ratò ingenerentur. Quod ex frequenti puerorum pleuritide nec ita rara arthritide conſtat.

dd. ee. Etenim ex Poëta, *gratior eſt pulcro veniens è corpore virtus.*

ff. Sunt enim minus cauti in obeundis laboribus, habentque ſanguinem ſubtiliorem & promptiùs confluxilem.

gg. Sunt magis cauti in moderando labore, & ſi forſan intemperantius ſe exercuerint, majorem curam habent adhibendi maturè remedii.

hh. Itaque non reſiſtunt tamdiu ac reſiſtunt juvenes, verùm cum ferè ſtatim poſt laborem intemperantius ſuſceptum afficiantur, iis levior noxa hinc contingit. ii Non omnes quidem, ſed ii ſoli qui temperanter vivunt, atqui intemperanter, ii ſunt magis obnoxii morbis, ſi quidem juvenibus ſunt imbecilliores ratione ætatis. *Gal.* kk. *Galenus* addit nephritidem, podagram, arthritidem, iſchiadem, coli & ſplenis frigidos affectus, tuſſes, aſthmata, luxationes, quæ ſenibus commoriuntur.

ÆTHER infra Calidum Cæleſte.

Agninæ & Ovillæ Carnes.

Agninæ ſunt [a] Ovillis leviores, & hœdinæ caprillis, quia exangues & humidæ. Sicca enim & valida animalia cùm quidem tenera ſunt per alvum [b] ſecedunt; Cum verò adoleverint, non item. L. 2. *de Vict. rat. p.* 325.

a Medium tenent inter agninas & ovillas carnes, vervecum qui ubi annículi ſunt multum nutriunt & probè. *Cardanus: L. de Sanit. tuenda.*

Alati πτερυγώδεις, *infra in tabida conformatione.*

Alica, [a] χόνδρος, *granum Plinio.*

Similago, & alica cocta validum & multum alimentum exhibent, non tamen per alvum ſecedunt. *L.* 2. *de*

a Alica ſic dicta quod multum alat. Chondros verò, ſeu granũ quod in grumos ſeu grana cogātur

Vict. rat. p. 324. Si quid dare volueris virium reficiendarum gratiâ, alicam & ptisanam triticeam exhibeto. *L. de Affect. pag.* 543.

Alimentum, [a] Cibus, Cibaria.

Alimentum & alimenti species, unum & multæ: Unum quidem quatenus genus unum; Species verò humiditate & siccitate circumscribitur, & cætera. Auget autem & robur infert, carnem gignit, similitudinem & dissimilitudinem in singulis pro cujusque natura inducit, & ea facultate quam habet ab initio, *& cætera.* Alimenti verò vis ad os & ad omnes illius pàrtes pertingit & ad nervum, ad venam, ad arteriam, ad musculum, ad membranam, ad carnem, ad pinguedinem, sanguinem, pituitam, medullam, cerebrum, spinalem medullam, & interanea, & omnes illorum partes. Quin etiam ad [b] caliditatem, ad spiritum, ad humiditatem. In alimentorum genere id quod alit, [c] alimentum est, & quod [d] alimento est proximum, & quod alimentum [e] futurum est. Carptim *ex L. de Alimento. pag.* 359. 360.

Hominum & cæterorum animalium corpora triplici alimento nutriuntur, cibo, potu & spiritu. *L. de Flat. pag.* 274.

Quæ eduntur & bibuntur, alia aliorum sunt [f] medicamenta. L. 4. *de Morb. p.* 505. Alterum alteri alimentum est, [g] alteri verò pernicies. L. *de Morb. Sacro,* circa finem. Singula edulia, quid quo juvent, & quo noceant [h] habent. *L. de Affection. p.* 543.

Ex cibis, opsoniis, & potibus levissimi sunt, qui modicè aut paulò supra modum in corpore ingesti, neque plenitudinem, neque tormina, nec horum quicquam excitant, & quam celerrimè concoquuntur, & cocti per alvum demittuntur, & qui tota die quo alvum subierint, nullam molestiam exhibent, cumque longè ante ingesti sunt. [i] Graves verò qui modicè aut infra modum sumpti plenitudinem & la-

diffusa

NOTÆ.

ex ea tritici specie quam zeã vocant. Sic autem coacta & asservata leguminis instar jusculis incoquebatur in ægrorum diæta. Inde etiam panis conficiebatur choudritis dictus. *Gorreus.*

a Alimentum est quicquid corporis substantiã augere potest, ejusque jugem effluxum reparat, unde cum triplex in nobis substantia quotidie dissipetur solida, carnosa & spiritalis, convenit esse etiam triplicem alimenti differentiam. *Gorreus.*

b Quæ hic fusius numerantur partes corporis alimento reficiendæ, possunt *ex eodem Hippocrate* compendiosius reduci ad continentia, contenta, & impetum facientia.

c Alimentum scilicet tam in nostram substantiam conversum. d. Alimentũ in sanguinem & rorem, immutatum.

e Cibus quippe recenter sumptus, & chylus ex eo in ventriculo genitus. *Gorreus.*

f Dum contrariis qualitatibus sese mutuò contemperant.

g Pro varia singulatum individuarumque naturarum proprietate seu Idiosyncrasia.

h At quod juvat trahitur à natura per se sine magistro edocta, quod noxium expellitur.

i Graves levibus è Diametro oppositi quod in-

borem exhibent, & quos neque quis perficere, neque edere, aut bibere poteſt, ſed laborem faciunt. Perdiu verò ſi quis eos biberit, aut ederit, laborem excitant, neque pro ratione per alvum ſecedunt. Ad [k] ſanitatem optimi ſunt, qui pauciſſimi ingeſti ſatis ſunt ut fami & ſiti medeantur, & longo tempore in corpore recepti, pro ratione per alvum ſecedunt. Ad [l] robur autem comparandum ſunt optimi qui plurimam & denſiſſimam carnem gignunt, ſanguinem craſſiorem reddunt, & pro ratione per alvum ſecedunt, & plurimo tempore in corpore continentur. *Ibid. pag.* 543. 544.

Cibi, [m] opſonia, aut potus, quos corpus [n] recipit ex iis ferè, neque tormina, neque ructus acidus contingit, ubi enim ventrem ſubierint, ex eo quod ſibi accommodatum eſt trahit, & quod relictum eſt jam imbecillius eſſe neceſſe eſt; ita ut tormina, aut flatum, aut aliud quid hujuſmodi in ventrem excitare non poſſit.

Ex cibis ac potibus qui corpori maximè [o] conveniunt, & maximè ſufficiunt & ad nutritionem & ad neceſſitatem, ex his ipſis cum quis non [p] opportunè aut juſto pluribus utitur, tum morbi, tum ex morbis mortes contingunt, & cætera. Imbecilles [q] cibi & leves, neque ventriculum quidem, neque corpus moleſtiâ afficiunt; quia calefacti non intumeſcunt, neque implent, ſed citò emolliuntur, & cocti per alvum ſecedunt: Humor autem ab ipſis corpori debilis provenit, neque auget neque vires effatu dignas exhibet. Cibi autem valentiores cum ventrem ſubierint, tum intumeſcunt, tum putredinem excitant, & tardius concoquuntur, neque per alvum ſecedunt. Humor autem ab ipſis valentior & incorruptus proveniens robur multum corpori & incrementum præbet. *L. de Affect.* Carptim *ex pag.* 584. 585.

Ex cibis, potibus ac opſoniis, pane excepto, & maza & carnibus & piſcibus, & vino, & aqua, reliqua omnia ad incrementum & robur, & ad ſanita-

NOTÆ.

geſtis iis ſuccedat ſenſus ponderis cujuſdam in ventriculo.

k. l. Videtur Hippocrates diſtinguere ea quæ ſunt ſalubria ab iis quæ robur afferunt, quò pertinet differentia illa quam adfert *Cardanus* inter auxilia ſanitatis ſeu ſalubria, & ea quæ ad longam vitam conferunt, quæ hic robur afferre dicit Hippocrates. *Vide Card. c. 7. L. 1. de Sanitate tuenda.*

m Quid ſit opſonium explicabitur articulo proprio.

n Seu concoquit & in corpus tranſmittit.

o. p. Siquidem ſingulæ res non naturales dictæ, ſint adiaphoræ, ratione boni vel mali uſus proficuæ vel noxiæ.

q Imbecillus cibus, is eſt intelligendus qui parum alimenti exhibet ut olera & fructus. *Ex Gal. Comment. 6. in Sextum Epid.* is tamen *Comment.* 4. interpretatus fuerat imbecilles cibos eos qui neque odorem validum ſpirant, neque vehementem aliquam qualitatem acoris, dulcedinis, ſalſuginis, amaritiei, aſtrictionis aut acrimoniæ guſtui repræſentant, ſed mediocri dulcedine, aſtrictione veguſtatum afficiunt; valentes verò ſupradictis contrarios.

tem parva auxilia conferunt; parva etiam & imbecilla ab his mala contingunt. *Ibid. ex fine* Lib.

Ad id referuntur omnes doloris causæ, quod [r] valentissima edulia maximè & evidentissimè homini tam sano quàm ægro sunt noxia. L. *De prisca Medicina. pag.* 15.

Imbecilla victus ratio [s] frigida, valida verò [t] calida. L. *6. Epid. Sect.* 4. *Text.* 16.

Imbecilles [u] cibi vitam brevem præstant, *Ibid. Sect.* 5. *Text.* 20. Valentes [x] cibi & potus eos qui calido sunt ventriculo perturbant: *Ibid. Text.* 23. ex cibis hi quidem celeriter [y] suppurantur idest concoquuntur, illi verò contra, *Ibid. Text.* ultimo.

Quæ ex locis minimè aquosis, siccis, & æstuosis proveniunt, ea omnia ficciora & calidiora sunt, & [z] robur plurimum corpori exhibent, quod pari mole & copia graviora sint, & densiora, uberioremque fœtum ferant quàm quæ humidis, riguis, & frigidis locis nascuntur. Ea autem humidiora, leviora, & frigidiora. Neque igitur solùm ipsius cibi & potus & animantium ipsorum, sed & patriæ ex quâ oriuntur vim nosse oportet. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 331.

Cibi de se maxima indicia exhibent, *ex Lib. de Victu in acutis. pag.* 394.

NOTÆ.

r Notandus superlativus hic gradus valentissimorum eduliorum, quæ ideò non possunt superari à ventriculo, quæ si sint paulò tantum valentiora, ita ut confici possint, robur afferunt corpori *ex textu supra adducto.*

s. t. Effectivè dum refrigerat, aut calefacit.

u. x. Imbecilles cibos interpretatur *Galenus* fructus horæos & olera. Valentes verò non eos qui nutriunt multum, ut accipere solet Hippocrates, sed qui vim habent acrem, ut cæpe, allium.

y Hac ratione Hippocrates monet Cratevam herbarum epistola ad eum scripta, ut herbas montanas seligat. *Infra in herbarum ratione.*

z. Seu inquit *Gal.* eduliorum vis non ratione sed sola experientia dignoscenda.

Alimentorum differentia à Sapore.

Omnium humorum qui assumuntur Acidus [a] minimè accommodatus. Dulcis maximè accommodatus. *Ex Fine* L. *de Prisca Medicina.*

Dulcia, acria, salsa, amara, austera, & carnosa calefacere solent, tum quæ sicca sunt, tum quæ humida. Quæ igitur plus sicci habent, ea siccant quidem & calefaciunt. Quæ verò plus humidi, hæc omnia calefaciendo humectant, & magis quàm sicca per alvum secedunt, & cætera.

Dulcia, pinguia, oleosa idcircò [b] implent, quia ex modica mole multùm diffundunt. Calefacta verò &

a Ob noxas in aceto notatas nuper nisi moderatè sumatur pro jucundissimo ciborum condimento, si quidem ex *Martiali.*

Nec cibus ipse juvat, morsu fraudatus aceti.

b Seu quod ob dulcedinem avidiùs attrahantur à visceribus. Unde *Gal.* L. 13.

diffusa calore corpus replent, & tranquillum reddunt. Acida autem acria, austera, [c] & acerba, & ex toto collata, & sicca non implent, ideò quod venarum ora aperiunt, tum expurgant, partim quidem siccando, partim verò astringendo horrorem inferunt, & carnis humidum in parvam molem contrahunt, atque ita vacuum multum in corpore oritur. Cum igitur paucis implere vel multum vacuare voles his utitor. L. 2. *de Vict. rat. p.* 352.

Acerba corpus siccant & cogunt, vimque sistendi habent. Acida extenuant & morsum faciunt. Salsa alvum & urinam cient. Pinguia, unguinosa, ac dulcia humiditatem quidem ac pituitam excitant. *L. de Affect. pag.* 546.

Alimenta [a] *Mollia.*

Cibis utatur mollibus, neque salsis, neque acribus. L. 2. *de Morb. mul. pag.* 709. Cibis utatur mollibus & alvum dejicientibus. *Ibid. pag.* 714.

Alimentorum præparatio, condimentum.

Carnes pingues æstuosæ, sed alvum dejiciunt. Carnes vino conditæ siccant & nutriunt. Siccant quidem propter vinum, nutriunt verò propter carnem. Aceto autem conditæ calefaciunt certè, minus tamen propter acetum, sed abundè nutriunt. At sale conditæ minus quidem nutriunt, humido [a] à sale spoliatæ, extenuant tamen & siccant, abundéque alvum [b] dejiciunt. Singulorum autem vires ad hunc modum detrahere, & adjicere convenit. Cùm ex aquâ & igne constent cuncta tum animantia tum è terra nascentia, & ex his concrescant, & in eadem resolvantur. Valentium quidem cibariorum vim coquendo & refrigerando sæpe detrahere, contraque adjicere ad hunc modum oportet. Humidis quidem torrendo &

NOTÆ.

Meth. Docet jecur & lienem ex dulcium usu intumescere.

c Austera & acerba in eo differunt quod acerba potentius astringunt, cum alioquin conveniant in substantia frigida, crassa & terrea. Sunt autem in austerorum genere alumen, malicorium, cytini, galla matura, plurimique fructus. Acerba verò rhus, hypocisthis, balaustium, castaneæ immaturæ, glandes. *ex Gorreo.* Acida verò ex frigore provenire docet, *Gal. L.* 4. *Simpl.*

a *Gal. Comment. in L. de Fract.* Vocat mollia opsonia, ptisanam, betam, malvam, atriplicem, blitum, cucurbitam, sic dicta verò quod alvum emolliant, unde sic ludit *Martialis.*

Utere lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem duram, Phœbe, cacantis habes.

a Primùm quidem humidum aqueum, deinde humidum pingue & oleosum absumitur à sale.

b Ob vim dejectoriam, quam Hippocrates attribuit sali, ut articulo superiori positum. *Ex. L. de Affect. pag.* 546.

assando humiditatem detrahito, ficca verò macerato, & irrigato. Salſa macerato & coquito. Amara & acria dulcium, acerba verò pinguium mixtura temperato. Idemque de reliquis omnibus æſtimandum. *L. 2. de Vict. rat. pag.* 331.

Recentia [c] omnia plus cæteris roborant, quòd vitæ ſint propinquiora. At vetuſtate marcida quod ad putredinem magis accedant, recentibus magis. Cruda verò alimentum præbent & ructus excitant, quod quæ igne coqui oporteat, ea ventriculus, his, quæ ingeruntur, cum debilior exiſtat, conficere cogatur. At verò opſonia ex intritis præparata ideò ſunt æſtuoſa & humida, quod pinguia ignea & calida, & inæquales inter ſe vires ſortita in eodem reſident. Quæ verò muria condiuntur meliora & minus æſtuoſa ſunt. *Ibidem. pag.* 332.

c Opponuntur carnes recenter jugulatæ mactatæve, hic ab Hippocrate iis quæ diu aſſervatæ fuerint poſt lanienam.

Pinguia, unguinoſa, caſeoſa, melle & ſeſamo condita ructum acidum ferè [d] cient, & bilis ſurſum & deorſum refuſionem & tormina & flatum ac repletionem. *Lib. De Affect. pag.* 544.

Carnes excoctæ & aſſatæ [e] imbecilles quidem, utræque ad robur formandum. Ad alvi ſeceſſum excoctæ quidem accommodatæ, aſſæ verò tardiores; quæ verò moderationem & coctionem & aſſationem habent, eæ ad robur, & alvi ſeceſſionem moderatè ſe habent. Crudiores verò ad robur quidem accommodatæ, ad ſeceſſum verò minimè. *Ibidem.* Carnes coctæ, percoctæ quidem imbecilliores ſunt & leviores, aſſæ verò ſi exoſſatæ fuerint, & veteres ſale & aceto conditæ recentibus imbecilliores ſunt & leviores. *Ibidem pag.* 545.

d Particula *fere*, non otioſè hic, & enim pinguia & unguinoſa cum ſint æſtuoſa videntur ructum nidorulentũ potius quàm acidum afferre.

e Etenim ulteriore excoctione deponunt ſuccum nutritium, quod etiam exaſſatis commune.

Allium.

Allium [a] alvum & urinam movet; Oculis noxium. Cum enim multam corporis turbationẽ faciat, aciem hebetat, alvum autem & urinam ciet propter vim purgantem. Coctum imbecillius crudo; flatum autem parit propter ſuam vehementiam. *L. 2. de Vict. rat. p.*

a Quod allium hic dicitur flatus parere, eget diſquiſitione, ſi quidem *Galenus cap. ult. L. 12. Meth.* Doceat allium eſſe ex eorum genere quæ flatum diſcutiunt & minimè ſitim inferant, & agreſtiũ Theriacam vocet.

328. Ad menstrua confert. L. *de Affect. p.* 548. Allium flatum & caliditatem circa thoracem facit, capitis gravitatem & anxietudinem parit, & si quis alius dolor fieri consueverit, eum graviorem reddit. Urinam ciet. Optimè autem medetur ei qui se ad [b] compotationem comparare volet, aut jam ebrius est. *L. de Victu in Acut. pag.* 304.

b Quod *ex Dioscoride* stomachum exciccet, & sitim faciat, in quo adversatur *Galenus* minimè sitiferum affirmans.

Alumen.

Cui in capite depascebatur [a] tumor, alumen combustum utile fuit. L. *6. Epid. Sect.* 4. *Text.* 5.

a Per tumorem *Galenus* intelligit ulcus exedens.

Alvus [a] *venter*, supra in *Abdomine.*

Alvus benè morata.

a Alvus ubi simpliciter ponitur ab Hippocrate, intelligitur de ventre inferiore in quem ciborum excrementa demittuntur, licet generalius omnem capacitatem significet, *ut notat Fœsius ex Galeno.*

Qui sanus [b] futurus est, hesternum stercus quotidie per alvum demittat. *L.* 4. *de Morb. p.* 520. Pro ingestorum ciborum copia bis aut ter interdiu & noctu semel dejici debet. Plus tamen primâ luce pro hominis consuetudine. *L. Prænotionum.* (ubi plura in dejectionibus afferenda.)

b Maximum sanitatis momentum in alvi libertate positum ostendunt hi versus *Horatii.*

Si ventri bene est, si lateri, si pedibus tuis; Nil Divitiæ poterunt regales addere majus.

Alvi Adstrictio.

Cutis [a] raritas alvi densitatem efficit, cutis coarctatio carnium auctionem, ventris [b] torpor omnium turbationem, & vasorum impuritatem. L. *6. Epid. Sect.* 3. *Text.* 1.

a *Galenus* interpretatur alvi densitatem, adstrictionem; ventris autem torporem in coquendis cibis ignaviam.

b Validiore in imbecilliorem superiore in inferiorem, humoris quo premitur sarcinam deponente.

Nisi venter moderatè subducatur, & si cibus in eum immittatur ingestu ciborum humiditate corpus irrigat. Ipsa verò humiditate à ventre intercepta, magna copia ad ventrem viam affectat, quò cum pervenerit, à capitis vasis minimè contenta, quocumque datur effluit, & in capitis ambitum, & in cerebrum per os tenue fertur. Quod si ad ventrem rursus pervenerit, ventris morsum inducit. Si verò in aliam quampiam partem inciderit, & ipsi morbum facit. Ad eundem modum aliæ etiam partes, altera alteri mor-

bum inducit. *L. de locis in homine. pag.* 399.

Mictio noctu plurima facta parvam [c] significat dejectionem. *Aph. ult. Sect.* 4.

Morbos laterales pulmonis inflammationes, febres ardentes & alios morbos acutos passim [d] vagari necesse est, ubi alvi duræ extiterint. *L. de aere, loc. & aquis pag.* 254.

Quibus juvenibus alvus humecta est, iis senescentibus [e] exsiccatur. Ubi verò juvenibus sicca est, his senescentibus humectatur. *Aph.* 20. *Sect.* 2.

Quicunque alvos humidas habent, si quidem juvenes fuerint, melius degunt his qui siccas habent, nam senescentibus magna ex parte exsiccantur. *Ibid. Aphor.* 53.

Alvi secessus [f] necesse est iis qui defatigantur, dum parvo cibo aut potu contenti sunt, exiguos & duros procedere, sive quotidie, sive tertio quoque die, aut longiore procedant intervallo. Tuncque metus est ne [g] febris aut alvi profluvium ipsos prehendat. *L. 2. Prædictor. pag.* 94.

Refrigeratio quæ in ventre sunt [h] indurat, ut & coitus. L. *6. Epid. Sec.* 5. *Text.* 26. Minimè alvum subducunt, sed sistunt quæcumque flatum exhibent. *L. de locis in homine. pag.* 420.

Alvum coactam vomitio [i] solvit, & plus æquo humidam [k] sistit, illam quidem humectando, hanc verò siccando. Cum igitur quis alvum celerrimè sistere volet, devoratum cibum, priusquam humescat, & deorsum detrahatur evomere oportet, & austeris & acerbis utitor. Ubi autem alvum solvere, diutius immorari cibos confert, & acribus, salsis, pinguibus dulcibusque tum cibis tum potibus utendum. L. 2. *de Vict. rat.* Paulo ante finem.

Alvi profluvium, Diarrhœa vulgo.

Liquidiores dejectiones quæ citra febrem & die septimo aut citius indicio terminantur utiles [a] sunt, si semel

c Derivatione materiæ, & denegato fæcibus vehiculo. *Inquit Henrnius* colligens ex hoc *Aph.* maximam vim derivationis per urinas in profluviis alvi, tum uteri, tum sudorum exundarium nimis.

d Ob corporis impuritatem ex alvi astrictione. At dum hæc liberè fluit, rari adsunt morbi *ex Avenzoar initio sua Medicinæ.*

e Docet *Gal.* hic mutari alvi purgamentorum rationem pro æstatis mutatione, cui succedit temperamenti immutatio quâ alvus modò humidior, modò siccior redditur.

f Transmissis ex vehementiore exercitatione excrementis à centro corporis ad circumferentiam.

g Acrioribus redditis humoribus.

h Quo tempore extima corporis refrigerantur, obduratur dejectio, calidiore reddito ventre. Coitu verò omne corpus siccatur, dum aucto intus calore major fit citatiorque chyli in partes nutriendas distributio, unde fæces sicciores redduntur. *Gal. hic.*

i Dum irritata semel facultas expultrix, eodem propè conatu deturbat excrementa per alvum.

k Revellendo & derivando.

a Utiles quidem quòd fiat

ſemel univerſæ effluant, neque repetant. Quod ſi febris acceſſerit, alvique profluvia repetant, ſi diu perſeverent omnino [b] vitioſa ſeu bilioſa fuerint, ſeu pituitoſa, ſeu cruda, egentque ſingula [c] cum propria victus ratione tum medicatione. *Ex* L. 2. *Prædictorum pag.* 95. Alvi profluvia quæ ſine [d] febre & parvo tempore durare & initia eſſe ſolent: aut enim [e] elota, aut ſua ſponte deſinent, ceſſaturum autem alvi profluvium denunciaveris, ubi contrectato manu ventre [f] nullus motus ſubierit, & ad extremam dejectionem [g] flatus prodierit. *Ibidem pag.* 105.

Morbi laterales, pulmonum inflammationes, febres ardentes, & quicunque morbi acuti cenſentur, rarò [h] contingunt, neque invaleſcere poſſunt, ubi alvi liquidæ fuerint. *L. de aere, loc. & Aqu. p.* 354.

In morbo laterali peripneumonia, aut empyemate alvus perturbata [i] malum. L. 1. *de Morb. pag.* 433.

A pleuritide aut peripneumonia habito alvi profluvium ſuperveniens malum. *Aph.* 16. *Sect.* 6.

In iis qui longo tempore conſumpti ſunt, temerariæ & præter rationem alvi exolutiones unà cum vocis defectione tremulâ perniciem [k] minantur. *Coac.* 634.

In longo morbo alvi profluvium malum, *ex Aph. Spuriis.*

Alvus in febre ardente affatim erumpens mortis periculum adfert. *Coac.* 129.

In alvi profluviis mutationes excrementorum juvant, niſi [l] ad mala mutatio fiat. *Aph.* 14. *Sect.* 2.

Adoleſcentem in Mendacium [m] foro decumbentem febris vehementiſſima corripuit ex laſſitudinibus, laboribus & curſibus inſolitis. Primo die alvus bilioſa, tenuia, mordacia reddidit. Urinæ tenues & nigriores cum inſomnia. Sitibundus fuit. Poſtridie exacerbata omnia, dejectiones plures intempeſtiviores, non dormivit, mens turbata, aliquantulùm ſudavit. Tertio inquietè ſe habuit, ſitibundus, nauſeabundus, delirus, extrema frigida, livida, præcordiorum conten-

NOTÆ.

naturæ robore quæ in quibuſdam corporibus ſe humorum redundantiis exonerat, autumnóque præſertim.

b Vitioſa tunc ſanè quòd prodeant ex viſcerum infirmitate & inſigni cacochymia.

c Pro ratione variantis cacochymiæ.

d Etenim juncta profluvio febris ſæpius putrida eſt; niſi ſimplex fuerit & ephemera in ſolis ſpiritibus accenſa, quæ citò ſedatur.

e Detergentibus medicamentis præſertim Clyſmis.

f Sedata humorum ſeditione quòd vacuata fuerit ferocior cacochymia.

g Flatus enim hujuſmodi arguit redintegrationem caloris nativi facultatiſque ſecretricis.

h Eadem ratione quaacidum eructantem rarò pleuritici fiunt. *Ex Gal. hic.* Quod hujuſmodi pituita alvum laxam reddat.

i Quando & quomodo pleuriticis ſit infeſtum alvi profluvium. *Vide in pleuritide.*

k Etenim fatiſcentis naturæ hæc ſunt argumenta, ſiquidem diarrhœa facultatis naturalis, aphonia vitalis tremor animalis exolutionem ſignificet. *Duretus.*

l Quaſi dicat eam demùm excretionem experendam eſſe, quæ non ſit ſyncera, hoc eſt ſui ſeri expers.

m Intellige forum quoddam in urbe ſic dictum, quòd forſan illuc convenirent mercatores ferè ubique locutulei & mendaces. At in Græcia præſertim quod confirmat pro-

tio submollis utrinque. Quarto insomnis fuit. Septimo [n] obiit. *Historia octava. Sect.* 1. *L.* 3. *Epid.*

Serapis ex liquida & humente alvo [o] intumuit: pruritus autem nescio quoto die non ulterius progressi sunt. Ex abscessu verò in lateris inanitate oito & nigrefacto obiit. Stymargi uxor ubi ventris perturbatio quæ per paucos dies duraverat, constitisset, & ex abortione quatrimestris fœtus fœminei, convaluisset, [p] intumuit. L. 2. *Epid. Sect.* 2. *pag.* 981.

Alvi profluvium læve, [a] *Lienteria.*

Intestinorum lævitas cibos demittit minimè [b] putrefactos, [c] liquidos, dolor non adest; corpus autem non extenuatur, & cætera. Contingit cum ex capite & superiore ventre in inferiorem [d] pituita defluxerit: ideóque cum fit cibi ab eo refrigerantur & humectantur. Eorumque non putrefactorum velox fit per alvum demissio, & corpus colliquescit. L. *de Affect. pag.* 536.

Lienteriæ assiduæ quidem & diu perseverantes ac omnibus horis & cum strepitu & sine hoc exturbatæ, noctu similiter & interdiu affligentes. Si quod excernitur valde crudum est, aut [e] nigrum, aut læve, aut mali [f] odoris, eæ quidem omnes malæ sunt, nam & sitim [g] exhibent, neque potionem per urinam reddunt, os [h] exulcerant, & elatum faciei colorem ejusque cutis vitia omni colorum genere distincta (ephelidas vocant) [i] excitant, simulque ventrem quasi [k] fermentatum, sordidum, ac [l] rugosum efficiunt, & cætera. Morbus hic seniores gravissimè infestat: quin & viros vehementer affligit, cæteras ætates minus. Curationem autem postulat quoad urinæ pro potionis [m] modulo ferantur, corpusque ingestos cibos [n] sentiat, & vitiosum [o] cutis colorem deponat. *Ex* L. 2. *Prædictorum. pag.* 105.

Longis intestinorum lævitatibus laborantes unà cum sævissimis [p] ulceribus, intestinorum cruciatu & dolo-

NOTÆ.

verbium de Græca fide, ut pluribus explicat *Mercurialis.*

n Confirmatur hoc morbi exitu *Avicennæ* observatio, nullum quippe affectum esse periculi expertem qui incœperit ab alvi fluxu.

o, p. Adducta hæc sequensque historia, ut constet longo alvi profluvio labefactatis visceribus cachexiam & tandem hydropem suscitari.

a Quando cibi celeriter demittuntur tales quales assumpti, eum affectum lienteriam Græci, Latini intestinorum lævitatem appellant. *Gal. ad Aph.* 12. *Sect.* 4.

b Sepsim pro pepsi, putrefactionem pro coctione usurpat *Hippocrates.*

c Liquidos vocat, nondum coctione inspissatos.

d Ex pluribus lienteriæ causis unicam attingit, fit enim præterea ab infirmitate ventriculi post frigidos diuturnosque affectus. Item à frigida hecticaque intemperie, tum ab aphthis ejusdem partis.

e. f. Ex nigredine & fœtore dejectionis infert *Martianus* lienteriæ essentiam non consistere in absoluta impermutatione cruditate-ve alimenti.

g Malæ quidem quod nunquam adferant crisim, sed ex infirmitate naturæ ortæ ipsam reddant infirmiorem. Itaque omnis lienteria ut causa, sic & spatio periculosa interdum ægros trahit, interdum præcipitat, *ex Celso*

h. i. Sitis & exulceratio designant lienteriam à frigido catarrho.

re. Jis ſolutis [q] intumeſcunt. His inſuper exortus rigor malo eſt. *Coac.* 468.

Inteſtinorum lævitates cum ſpirandi difficultate & pectoris morſu ad [r] tabem tendunt. *Coac.* 469.

Diuturnis & trahentibus inteſtinorum lævitatibus ructus acidus ſuperveniens [s] bonus eſt, qui prius non adfuit, qualis Demegetæ contigit. Quin & arte fortè parare licet; nam hujuſmodi perturbationes prioris ſtatus immutationem afferunt, fortè etiam inteſtinorum lævitatem ructus acidi ſolvunt. L. 2. *Epid. Sect.* 2. *pag.* 983. & *Aphor.* 1. *Sect.* 6.

Hoc profluvii genus torporum habitus [b] denſiore carne præditos potiſſimum exercet, quando ita à natura comparatum eſt, ut quis ad uſum carnium [t] compellatur. Venæ ſiquidem condenſatæ cibos non recipiunt. L. *de Sal. vict. ratione. pag.* 300.

Quorum alvi inteſtinorum lævitate laborant hyberno tempore ſupra [v] purgari malum. *Aph.* 12. *Sect.* 4.

NOTÆ.

k Ob ſerum bilioſum & acre eadem ratione, qua naſi rubor fluentis alvi index. *ex Coac.*

l Ita ut ſqualor & extenuatio maximè appareant in cute abdominis.

m Mictio enim plurima imminutæ dejectionis index. *ex Aph. ult. Sect.* 4.

n. o. Dum enim tenuitati incipit corpus, probè inde comparatur citò vividus color.

p *Duretus* legit cum feris & torminibus, per feras intelligens *Aſcarides.*

q Verâ cacochymiâ in cachexiam. *Duretus.*

r Invadit enim ferinus catarrhus tum pulmones, tum nutritias partes. *Duretus.*

ſ Nota *ſuperveniens*, aliquando enim ab initio adeſt hujuſmodi ructus, ut in lienteria à pituita, quod pluribus explicat *Galeni Commentarius*

t Quemadmodum compellebantur veteres gymnaſtæ, de quibus hîc loquitur Hippocrates. Hi verò citò acervabant plenitudinem venas condenſantem *Gal.*

v Vomitio univerſalis hic noxia quod pituita per inferiora tendat, cujus vitio hyberna lienteria ferè accidit, quam tunc ſupra revocare ſit difficile. *Senertus de Lienteria æſtiva. Heurnius hic.*

Alvi profluvii Curatio in genere.

A longo alvi profluvio habito [a] vomitus ſuperveniens ſolvit. *Aph.* 15. *Sect.* 6. Cum evacuatum & vomentem curandum ſuſceperis, vomitum ne ſedato. Vomitus ſiquidem evacuationem ſedat. Facilius autem poſtea vomitus ſedabitur. Quòd ſi ita affectus debilis fuerit, à vomitu medicamentum ſomnum concilians exhibeto. L. *de loc. in homine. pag.* 416.

Qui cum exercentur * alvi profluviis corripiuntur, & alvi excrementa cibos referentia & inconcocta demittunt, ii de exercitationibus tertiam partem ut minimùm & de cibis dimidium ſubtrahant. Conſtat enim ventriculum ciborum copiam ut concoquat calefacere non poſſe. Cibus eſto panis quam maximè toſtus in vino intritus, & potus quàm pauciſſimi & meraciſſimi, ne-

a Hujus vomitus utilitas revulſionis ratione æſtimatur, inquit *Galenus hic*; At naturæ imitatione procuratur ab Hippocrate per veratrum; in *Hiſtoria Meneſianactis*, & *Textu. L. de Acutis hic appoſitis.*

* Nota hunc textum deſinere in ea verba quæ articulo ſuperiori attulimus pari aſteriſmo notata, ibique agi de gymnaſtis, quorum plenitudo ſolvenda erat detractione ciborum & exercitii. *Inquit Galenus.*

que deambulationibus à cibo utatur. Sub hoc verò tempus semel dumtaxat eos cibum sumere convenit. Sic enim maximè concalefiat ventriculus, & ingestos cibos superaverit. L. *de Sal. Victus ratione. pag.* 299.

Quibusdam (agit de Plethoricis) cibus per alvum secedit liquidus, inconcoctus, qualis in lienteria nullumque [b] dolorem affert. Hæc autem præcipuè sentiunt alvi humidæ & frigidæ, quæ propter frigiditatem minimè concoquunt ac propter humiditatem dejiciunt, & cætera. His quidem confert ciborum tertiam partem subhere. Carptim *ex* L. 3. *de Vict. rat. pag.* 348.

Qui ventres [c] inferiores calidos habent & acres, inæqualesque dejectiones prodeunt, id iis ex colliquatione contingit. Quibus quidem si validæ vires fuerint, veratrum album ad revulsionem exhibendum. Alioqui succus [d] Sitanii tritici crassus & frigidus exhibendus, & lentis fresum panesque subcineritii, ac pisces: febricitanti quidem elixi, sine febre [e] assi. Vinum etiam nigrum non [f] febricitanti dandum, alioqui aqua ex mespilis, aut myrti baccis, aut malis, aut sorbis, aut palmulis, aut vitium [g] œnanthe. Quod si febris non detineat, adsintque tormina lac [h] asininũ modicum primùm, deinde sensim progressu facto, ampliùs, & lini semen, ac triticeam polentam ammixtã hordeaceâ, vel fabam Ægyptiam detracto cortice amaro inspergens potui exhibeto, aut ova edat semiconcócta assa, & similam, milium & alicam coctam, eaque frigida edenda. L. *de Victu in Acut. pag.* 395.

Milium [i] solidum oleo incoctum liquidas & crudas dejectiones sistit. L. 2. *Epid. Sect.* 1. in fine. In alvi perturbatione fabas coctas apponito, nisi partes [k] superiores admodum [l] biliosæ fuerint, aut cuminum cum fabis. *Ibid. Sect. 6. Text.* 2.

Quibus per febres alvus est perpetuò liquida, ubi pedes eximiè calefeceris, ceratis contexeris, fasciisque obvolveris, attendere oportet ut ne sint reliquo corpore [m] frigidiores, quòd si caleant, nil calidi exhibendum, sed videndum ne refrigerentur. Potus sit quàm minimus, aqua

b Ideò lienteria doloris expers, quod materia sit minimè acris, sed ferè fatua & insipida; aut si acris & nitrosa ut in ferino catarrho tam celeriter defeiatur, un non possit longum dolorem inferre.

c An ventriculus, an intestina hîc sint intelligenda sciscitatur *Galenus*, nec dignatur definire quod dubium, ob contemptum assertionis quã existimat adtitiiam.

d Sitanium triticum explicabitur ubi de tritico.

e. f. Notabis tum assa, tum etiam vinum prohiberi in alvi profluviis febri conjunctis.

g Viris sylvestris fructus cum flore *ex Dioscoride*.

h Veretur in febris concursu cùm alvi profluvio propinare lac asinæ quod in ipso causo libenter tantum administrat, quod scilicet multum adsit profluvium, quo præsente non audet fluxum fluxui addere.

i Milium solidum aut glumâ castratum Diarrhœam sanat ab humore seroso. *Duretus*.

k. l. Forsan Hippocratis mens est ut noxias fabas existimet, non tam simpliciter biliosis, quam atrabilarijs naturis; quâ cum jam malè afficiantur à fumis sursum ex hypochondriis in cerebrum ascendentibus pessimè se

aqua frigida, aut mulsa, & cætera. *L. de Acut. pag.* 386.

Menesiacti contigit alvi dejectio ante febrem, posteáque multo tempore comitabatur, multis albis, mucosis prodeuntibus: quandoque etiam sanguinem paucum citra dolorem demittebat; ventris autem strepitus aderant & cætera.

Alvi dejectio multa fuit & sæpe, & similis hyeme contigit. Venæ sectio [n] facta est. [o] Veratrum exhibitum; lactis vaccini potione usus est, ac primùm [p] asinini quod contulit, & alvi egestiones sedavit. [q] Aquæ potio ab initio fuit, deambulationesque & capitis purgationes. Carptim *ex* L. 7. *Epid. pag.* 1008.

NOTÆ.

habebunt, si præterea à flatulentis fabis iis turbetur eadem pars.

m Ob nimiam sympathiam pedum cum cerebro, pectore & visceribus; Unde tussis & alvi profluvium ab eorum refrigeratione, nec possibile sit somnum posse nos capere frigentibus pedibus. Inquit *Mercurialis.*

n Hinc patrocinium sumimus veræ sectionis, in alvi profluviis administrandæ adversus Galenū.

o Ad revellendum per vomitum.

p Ad detersionem.

q Quam notabis ab Hippocrate propinatam in profluviis, à nobisque quotidie feliciter in biliosis naturis, æstate præsertim.

Ambulatio, infra in *exercitatione.*

Ambusta.

Ambusta omnia tegi [a] debent, quo & moderatam curationem recipiant ac minus ora diducant, minorque tum hæmorrhagiæ tum convulsionis metus impendet. L. *de Articul. p.* 825. Ambusta illine [b] portulaca cum farinæ massa subacta ex aqua, & lactuca rubra ad dragmam unam. *L.* 1. *de Morb. p.* 698.

a Ideò tegenda ambusta quod omnibus ulceribus frigus sit mordax. *ex Aph.* 20. *Sect.* 5.

b Caveat tyro ne hac autoritate motus ambustis admoveat actu frigida, quibus cohibito empyemate creatur majus periculum doloris, inflammationis, ipsiusque gangrenæ, *ex communi Neotericorum observatione.*

Amomum, Cardamomum.

[Meminit utriusque Hippocrates inter aromata utero convenientia. *Lib. de nat. Muliebri.*]

Amygdalæ.

Æstuosæ sunt [a] & nutriunt. Æstuosæ quidem quod pingues; nutriunt autem quia carnosæ. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 331.

a Intelligendus Hippocrates de amygdalis dulcibus: at amaræ extenuant, ephelidas expurgant, excreationibus crassorum humorum conferunt, & hepatis obstructiones liberant. *Gal. 6. simplicium.*

Anas.

Anatis carnes, & reliquarum avium quæ in paludi-

NOTÆ.

a Tota quidem ponatur anas; sed pectore tantum, Et cervice sapit, cætera redde coco. Martialis.

bus aut aquis degunt, omnes [a] humidæ existunt. L. 2. de Vict. rat. pag. 331.

Analepsis, infra *victus ratio analeptica.*

Androgyni, infra *in sexus distinctione.*

Anethum.

a Mirum sanè alvum & vomitiones sistere, *ex Dioscoride*: à nobis verò inter vomitoria usurpari.

Calidum est & [a] alvum sistit, odoratumque sternutamentum facit. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 329.

*Angina * in genere.*

* Anginæ ab angendo dictæ: quatuor differentias Juniores Hippocrate Medici statuerunt. Synanchem, ubi interni faucium musculi, parasynanchem ubi externi inflammantur. Cynanchem dum inflammatio interiores laryngis musculos, parasynanchem dum externos obsidet. Quas differentias neglexit *Galenus, Comm. lib. de acutis.*

Angina à Sanguine.

a Dum scilicet sanguis propriè sumptus prædominatur integræ massæ. quo sensu ea pleuritis dicitur sanguinea, quæ à puro sanguine fit, licet omnis alia vera pleuritis omnisque inflammatio fiat à sanguine.

Angina à sanguine [a] oritur, cum sanguis in venis colli increscit. Sic affectis à venis brachij sanguinem detrahito, simulque alvum subducito, ut id quod morbum facit avellatur. L. *de Loc. in homine p.* 415.

Angina à Pituita.

a Intellige pituitam è capite per vasa in fauces & laryngem influentem cum sanguine qui ea ratione putrescit.

Oritur cum [a] pituita in capite agitata deorsum confestim fluxerit & in maxillis ac circa cervicem constiterit, & cætera. *ex* L. 2. *de Morb. pag.* 453.

Ex angina homo suffocatur, & fauces magis occupare videtur, ut neque salivam, neque aliud quippiam deorsum trahat, oculi affecti sunt, ac velut iis qui strangulantur prominent & per eos contentè intuetur, neque eos convertere potest, crebrò se jactat & exilit, facies ac fauces [b] incenduntur, collumque, & cætera. Hæc cum facit quinto, septimo aut nono die moritur. Cum verò ex iis signis aliquod defuerit, leniorem morbum indicat, eúmque paracynanchem vocant. Huic vena præsertim quidem sub [c] mamma se-

b Incenduntur primùm fauces, in quibus hæret inflammatio, deinde etiã facies videtur incendi tum ob viciniam faucium tum maximè ab expirationibus calidis pulmonum etiam

canda eſt. Hâc enim ſpiritus de pulmone calidus ſequitur. Quin & per medicamentum aut infuſum deorſum purgare oportet, fiſtulæque in fauces ad maxillas intrudendæ, quò ſpiritus in pulmonem trahatur, efficiendúmque ut quàm citiſſimè ſpuat, pulmóque extenuandus, ſuffitus quoque ex hyſſopo Cilicio, ſulphure & bitumine parandus, & per fiſtulas attrahendus, perque nares ut pituita exeat. Fauces & lingua his quæ pituitam ducant infricanda; [d] venæque ſub lingua ſecandæ. Sanguis verò ex [e] cubitis mittendus, ſi vires valeant, vino abſtinendum, & ptiſanæ ſuccus liquidus ſorbendus, & cætera. L. 3. *de Morb. pag.* 490. 491.

Angina fit cum ſub hyemem, aut vernum tempus multa & lenta fluxio ex capite ad jugulares venas defluxerit, eæque propter amplitudinem copioſiorem fluxionem attraxerint. Frigida autem & viſcida exiſtens obſtruit, & ſpiritus ſanguiniſque vias occludens proximum quemque ſanguinem condenſat, eumque immobilem & ſtabilem reddit, cum natura ſit frigidus & obſtruere natus: ob id ſuffocatur linguâ livente & [f] rotundâ redditâ ac reflexâ propter eas venas quæ linguæ ſubſunt, ex quo ſuffocari contingit, niſi quis [g] brevi ſuccurrat venis in brachio & ſub lingua ſectis, & medicamentis ad delingendum exhibitis, & calidis oris collutionibus, capite etiam abraſo ceratum collo & capiti apponi debet, & obvolutis lanis molli ſpongia ex aqua calida expreſſa fotus adhiberi. Aqua autem & mulſa minimè frigida potui exhibeatur, & ptiſanæ cremorem ſumat, ubi jam ex judicatione in tuto verſabitur. L. *de Acutis. pag.* 384.

Angina à Catarrho [a] *Calido.*

Cum æſtate vel autumno ex capite calida vel nitroſa fluxio defluxerit, utpote tempore acris & [b] calida reddita mordet, exulcerat, & ſpiritu implet, erectæ cervicis ſpiratio cum ſiccitate multa accedit, & quæ

NOTÆ

in hac anginæ ſpecie inflammatorum.

c Ut promptiùs refrigeretur pulmo, hic etiam inflammatione obſeſſus *ex Martiano hic.* At *Salius* hanc ſectionem impoſſibilem cenſens interpretatur hanc vacuationem de ſola cutis ſcarificatione ad mendoſas coſtas.

d. e. Ordo poſtulat ſanguinem primùm educi è brachio, deinde ex venis inferioribus, ſi ſuppreſſæ fuerint hæmorrhoides, aut reſiſtant menſes. Tandem ex iis quæ ſunt ſub linguâ.

f Etenim dum inflammatione contrahitur, videtur quodammodo rotunda

g Ideò quacunque hora acceſſeris venam ſeca è cubito, injice clyſterem, purga, ranulas divide; topica admove tum repellentia, tum diſcutientia, inquit *Galenus hic.* Quæ omnia etiam eodem die feliciter adminiſtravit *Tralianus*, manè ſecuit venam, diluculo iteravit remedium ſub lingua, veſperi exhibuit Scammonium.

a Hanc ſi ſimpliciter picrocholam bilioſamve vocaveris non errabis. *Gal. hic.*

b Unde conſtat non omnem catarrhum eſſe frigidum, quod vult *Fernelius.*

NOTÆ.

[e] Meatus scilicet seu viæ laryngis pharyngis-ve.

[d] Oppressis & ferè strangulatis vocis & respirationis organis.

[e] Decumbente materia acri in subjectos pulmones.

in ore [c] conspiciuntur gracilia apparent, & cervicis tendones posteriores intenduntur, videnturque velut nervorum distentione corripi: Vox est [d] abrupta, respiratio parva, & spiritus retractio violenta & crebra. His arteria exulceratur, pulmo [e] incenditur, neque aerem externum admittere queunt. Quibus nisi sponte ad exteriores cervicis partes deferantur, gravior fit & inevitabilior affectio ob anni [f] tempus tum quod ab acribus & calidis humoribus fit. ***Dicto L. de Victu in acutis. pag.*** 384. 385.

* Supersunt plura *ex Græcis* præsertim requirenda.

*Anginæ prognostica * Selectiora.*

[a] Ut in caupone illo apud *Zacutum L.* 1. *Praxis mirandæ*, qui circa meridiem conqueri cœpit de gutturis inflammatione nullo apparente tumore, sed cum dyspnœa summa, potu per nares remeante, & intra 4. horarum spatiũ obiit.

[b] Quare ea admovebimus quibus materia foris alliciatur uti cataplasma ex nido hirundinum, *ex vulgata praxi*.

[c] Fraudulenta tergiversatione naturæ non valentis materiam coquere.

[d] Anginæ succedit primùm pulmonis inflammatio, deinde pulmoni inflammato delirium. *ex Aph.* 12. *Sect.* 7.

[e] Infida & fallaci solutione.

[f] In angina, non ex angi-

Angina gravissima [a] & celerrimè interficit, quæ neque in faucibus, neque in cervice quippiam conspicuum facit, plurimum verò dolorem exhibet & difficultatem quæ recta cervice oritur, inducit. Hæc enim eodem die & secundo & tertio, & quarto strangulat. At quæ in reliquis dolorem quidem similiter exhibet in faucibus tumorem ac dolorem excitat, admodum quidem exitialis est, priore tamen longè diuturnior, si ingens rubor fuerit. Hæc verò diuturnior cum non solum fauces sed cervicem quoque rubor occupat, ex eaque præcipuè evadunt, si cervicem & pectus rubor detineat, neque ad [b] interna erysipelas convertatur. Quod si neque diebus criticis dispareat erysipelas, neque tuberculum ad exteriorem sedem se convertat, neque pus per tussim rejiciat, facileque [c] ac sine dolore habere videatur, mortem indicat aut ruboris reversionem. At securiùs est tumorem ac ruborem ad exteriora converti. Quod si ad pulmonem sese vertat, [d] dementiam excitat, & ex his quidam suppurati evadunt plerumque. ***ex L. Prænotionum. pag.*** 55. ***& Coac.*** *363. 364. 365. 366.*

Quicunque ab angina [e] liberantur his ad pulmonem vertitur, & in septem diebus pereunt, quos si effugerint, suppurantur. ***Aph.*** 10. ***Sect.*** 5. ***& Coac.*** *367.*

In [f] angina absque ulla significatione delati ad cru-

ra tumores cum febre perniciosi. *Coac.* 373.

In angina quæcunque conspicuũ dolorem non producunt periculo proxima sunt. Quinetiam diuturni sunt, qui ad crura progrediuntur dolores, ægréque [g] suppurant. *Coac.* 376.

Ab angina habito si tumor appareat in collo, bonum: foras enim deducitur morbus. *Aph.* 37. *Sect.* 6. & 49. *Sect.* 7.

Angina laborantibus citra judicationem [h] præcordii dolor cum impotentiâ & torpore obveniens latenter [i] necat, & si moderatè habere videantur. *Coac.* 374.

Sputa ex angina viscida, crassa, exalbida, vi educta malum denunciant. Omnis ejusmodi [k] maturatio mala est. In his multa deorsum purgatio, lenis syderationis modo necat. *Coac.* 377.

Anginam [l] & lippitudinem venæ sectio solvit. *L.* 2. *Epid. Sect.* 6.

Quæ apud Aristonem anginâ conflictabatur, primùm ex lingua laborare cœpit. Vox obscurè se prodebat, lingua rubens & resiccata erat. Primo die horruit, incaluit. Tertio rigor, febris acuta prehendit, colli tumor subruber, durus, & in pectus utraque parte imminebat, extrema frigida, livida, [m] spiratio sublimis, potus per nares [n] refluebat, neque devorare quicquam poterat, dejectiones & urinæ [o] restiterunt. Quarto exasperata omnia. Quinto angina periit. *Hist.* 7. *Sect.* 2. L. 3. *Epid.*

Anginosæ manus dextra [p] & crus doluit, levis febris detinebat, suffocatio tertio die remisit; quarto convulsione tentata & voce capta fuit, dentes conterebat, malarum rubor aderat. Quinto, aut sexto die mortua est. Signum ad manum [q] lividum apparuit. Alia quædam ex palato: stertorem [r] emittebat, lingua resiccabatur, pulmonis inflammatio aderat, mente constans mortua est. Ex fine L. 5. *Epid.*

Polemarchi uxorem hyeme angina vexavit, guttur intumuit cum febre, vena secta est, suffocatio cessa-

NOTÆ.

na, ut nulla sit opinio metaptoseos supernè deorsùm, sed per epigenesim superstiteque angina, quod qua ratione fiat, fatetur se nescire *Duretus.*

g Tam necessaria ex Hippocrate conversio materiæ foras, ut licet longè ad crura decurrat, quod in bonis ducendum, non tamen id tutò fiat semper, nec cónferat, nisi ægrè & cum temporis diuturnitate. *Duretus.*

h Ob translationem materiæ è faucibus in jecur.

i Extinctione caloris vitalis, & stupore animalitatis, unde nulla sensio causæ mortiferæ ægro morienti. *Duretus hic.*

k Usurpatur hîc, maturatio per Antiphrasim, cum sit cruditas & corruptio potius quàm coctio. *Duretus.*

l Conjungit anginam lippitudini, siquidem nulla contingat inflammatio, quæ tam miro celerique eventu cedat venæ sectioni, uti in utroque illo affectu, ut constat ex *Galeno in historia œconomi.*

m In qua summus thorax ad scoptula operta usque deducitur. *Gal.*

n Ob gulæ restrictionem, vel facultatis resolutionem. *Gal.*

o Collapsis omnibus facultatibus. *Gal.*

p Cum pulmonis inflammatio fuerit conjuncta anginæ per propagationem effetæ venarum cacochymiæ, minus mirum manus & crus indoluisse eadem ratione qua in pulmonis inflãmatione contingunt non rarò manuum resolutiones *ex Coacis.*

q Credere par est signum istud lividum apparuisse

e In manu dextra, ubi dolor primùm apparuit.
r Quo sterrore significatur non modò fatalis apothesis in pulmonem, sed irrita etiam in eo exagitatio, unde & spuma uti in strangulatis generatur non tantum in palato & faucibus, sed & in gutture ac pulmone. *Ex Oribasio.*
f Apolline scilicet, qui Pytho & Pythius dicitur.

vit, febris perseveravit; ad quintum diem genu dolor & tumor occupavit, sibique quiddam circa cor coacervari dixit, & respirabat qualiter in aquam demersi respirant, strepitus in pectore edebatur. Similiter ac in mulieribus fatidicis, quæ à [f] Pythone afflatæ (quod ex ventre oracula fundunt) Engastrimythæ dicuntur. Octavo aut nono die noctu alvus affatim erupit, liquida multa conferta & graveolentia demisit, vocis defectio tenuit, obiit. Carptim *ex* L. 7. *Epid. p.* 1093.

Angina Epidemica [a] *à vertebræ luxatione.*

a Hæc dignoscitur ex eo quod cervix propè excavatur, ægrè & cum dolore inflectitur, casus ictusve præcessit, vel humor præter naturam vertebrarum vincula laxavit, vel eas sua copia de sede dejecit inquit *Fernelius, Hipathel.* Unica hic indicatio est, vertebram in suam sedem restituere admota cucurbitula ubi fovea apparet, vel quod tutius id manu tentare. *Ex Senerto.*
b Minimè affecto pulmone.

Erant anginosæ affectiones ejusmodi. Cervicis vertebræ modò plurimùm, modò propè erant ut intrò vergerent, collúmque ipsum quâ parte cavitatis internæ significationem præbet, contactu dolorem sentiebat, & cætera. Partes quæ sub malis intumescebant non erant inflammatis affines, nullique glandularum inflammatio adfuit. Quæ sub lingua sunt venæ conspicuæ erant, nil devorare poterant, nisi ægrè: quod si vi cogerentur in nares erumpebat. Sermo per nares efferebatur, respiratio nec [b] elata, nec sublimis. Quibusdam temporum capitis & cervicis venæ intumescebant, atque horum quibusdam paululùm dolores exasperabantur quibus tempora incalescebant. Cum aliàs [c] non febricitarent; iique omnes quos videre licuit superstites fuere. Carptim, *ex* L. 2. *Epid. Sect.* 2.

c Quod fuit magnum securitatis indicium ob inflammationis absentiam, attamen incalescentia tēpora febriculam quamdam arguebant.

Angina Epidemica [a] *à Catarrho.*

a Sic *Forestus* narrat in observationibus anno 1517. grassatam fuisse febrem quandam degenerari solitam in anginam intra 16 aut vignti horarum spatium lethalem, nisi intra sex primas horas sanguis traheretur.

Circa brumam ex crebra ventorum australium ac borealium, nivosorumque temporum mutatione tusses cœperunt, deinde peripneumoniæ crebræ. Rursus ante æquinoctium quibusdam faucium inflammationes, aliis anginæ. Quibusdam partium syderationes. Qui igitur plus voce laborabant, aut rigore corripie-

bantur, iis tuſſes in anginas potiſſimum deſinebant. Qui verò manu laborabant, manuum tantum reſolutiones habuerunt, & cætera. In ſumma iis qui deglutire ſolùm non poterant, mites admodum ac toleratu faciles erant. Qui verò præter hæc obſcuriùs loquebantur, iis tum moleſtiores, tum diuturniores fuerunt, & cætera. His neque per medicamenta [b] quæ humores ſuis [c] ſedibus ſubmovent compreſſis, ullum effatu dignum auxilium allatum eſt, neque alvi perturbatio, neque venæ ſectio juvit; quæ ipſe tentavi: Incidi etiam venam ſub lingua, & quoſdam ex ſuperioribus partibus purgavi. *Ex Sect. 7. L. 6. Epid. Text. 1. & 2.*

b Refert *Hollerius lib. de Morb. intern.* in epidemica angina Romæ regnante unicum inventum remedium, ut poſt frugalem cœnam ſcrupuli duo hieræ picræ in pillulis exhiberentur.

c Inde Mochlica dicta.

Angor, infra *Anxietas.*
Anguilla.

Ex piſcibus Mulus, Melanurus, Mugil, & Anguilla [a] præcipuè vitandi ſunt. *L. de Morbo Sacro. p.* 282.

Graviores ſunt anguillæ, quod aquâ & luto & his quæ illic producuntur [b] nutriuntur, ex quibus ſpiritus hauſtus etiam hominem lædit & aggravat. *L.* 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

Ex Capitonum & Anguillarum ingluvie ob pinguedinem homini infeſtam oritur pulmonum inflammatio. L. *de Intern. affect. pag.* 553.

a Nunquam anguillæ ſunt boni ſucci, etiam quæ in puriore aqua verſantur. Peſſimæ quæ urbium purgamenta & ſordes recipiunt. *Gal. L. de cibis boni & mali ſucci.* At minus vitioſæ quæ in mari & in aquis puris naſcuntur.

b Sic refert *Rondeletius* projecto equi cadavere in ſtagnum innumeras anguillas inde procreatas.

Anguis, *infra Serpens.*
Anima [a] *Mens.*

Mens humana in [b] ſiniſtro cordis ventriculo inſita eſt à natura, & reliquæ animæ imperat. L. *de Corde. pag.* 236.

Irrepit in hominem animus ignis & aquæ temperationem ſortitus, corporis humani portionem. L. 1. *de Victus rat. pag.* 305.

Coire inter ſe poſſunt mas & fœmina, quando quidem animus noſter in omnibus [c] animatis idem

a Sola mens extrinſecus accedit, ſola energiam habet inſeparabilem, ſola metaphyſicam. *Ex Ioanne Riolano, diſputatione de anima immortali.*

b Hanc veterum tum Medicorum tum Philoſophorum ſententiam deſeruerunt juniores.

c Doctiſſimus *Scaliger Exercitationibus in Carda-*

num, hoc vocat nefandum Hippocratis deliramentum, à quo non absunt *Galeni trepidationes*.

d *Gal* Hic fatetur se ignorare animæ substantiam, sive ea fuerit spiritus in cerebri cavis positus, sive tota cerebri natura ex 4 elementorum ratione procedens, seu vis quædam incorporea à Deo cerebro indita quæ à nobis morientibus recedat.

est, cujusque verò corpus differt, & cætera. *Ibidem pag.* 312.

Si quis animum animo commisceri minimè sibi persuadeat, is ratione caret. *Ibidem. pag.* 313. humanus animus perpetuò ad [d] mortem producitur. Quòd si unà cum morbo incensus fuerit, tum etiam ipse corpus depascitur. L. *6. Epid. Sect.* 5. *Text.* 5.

Animi mores regionis naturam imitari.

[Id fusè demonstrat Hippocrates, *Lib. de aere, loc. & aquis* in fine, unde adducitur locus infra in articulo de locorum varia ratione.]

Animi per Naturales notas [a] *cognitio.*

a Physiognomia vulgò ex vultu maximè desumenda, (unde Juvenalis Satyra 6 scribit frontem vati præbendam,) deinde ex manibus, quæ Chiromantiæ nomen dederunt.

b Rubris scilicet crinibus; quò pertinet lusus *Martialis in Zoilum* hisce versibus.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus,
Magnum quid præstas, Zoile, si bonus es.

Qui fulvo [b] sunt colore, aduncis naribus, & parvos habent oculos, ii maligni sunt. Qui verò fulvi, simi & grandioribus sunt oculis boni, & cætera. Qui magni sunt, calvi, balbi, linguaque hæsitantes, boni. Balbus verò, calvus & qui inter loquendum hæret, aut corpus hispidum habet, morbis conflictatur melancholicis. L. 2. *Epid. Sect.* 2. Quibus caput magnum, oculi parvi, si balbutiunt, ii in iracundiam sunt præcipites. Quibus longa vita promittitur, plures habent dentes, balbutientes & volubilitate linguæ præditi, ii melancholici & plurimùm biliosi sunt. Qui inconniventibus oculis intuentur, iræ sunt admodum præcipites. Quibus caput magnum, oculi grandiores & nigri, nares crassæ & simæ, ji boni sunt. Carptim *ex Diet. Lib.* 2. *Epid. Sect.* 6.

Animi Pathemata, eroumque vis in morbis tum inducendis, tum sanandis.

a Sic ex sacris Paginis, *spiritus tristis exsiccat ossa.*

Ex his quæ cum cura hominibus contingunt, animus incalescit & [a] exsiccatur, humidoque absumpto laborat, & carnes attenuat, hominemque vacuat.

L. 2.

L. 2. de Vict. rat. pag. 334.

Cura ac meditatio hominibus pro [b] exercitatione est. L. *6. Epid. Sect.* 5. *Text.* 10.

Præceps atque acerba iracundia cor & pulmonem in sese, & ad caput calorem & humorem attrahit, animi autem tranquillitas cor relaxat. L. *6. Epid. Sect.* 5. *Text.* 8.

Adhibenda diligentia ut præceps atque acerba iracundia [c] inducatur, tum caloris reficiendi, tum etiam succorum in corporis habitum refundendorum gratiâ. Quod etiam in lætitia & metu similibusque videndum. L. 2. *Epid. Sect.* 4.

b. c. Sunt quædam vitia quæ judicium & memoriam ferè stupefaciunt, quibus utilis est cogitatio tanquam animi exercitium, non secus ac utilis ira ad succos frigidos coquendos, & bonum colorem reficiendum. *Gal. his.*

Anisum.

Anisum [a] & Melanthium vino maceratum bibendum propinato ad uterum expurgandum. L. *de nat. Mul. pag.* 622.

Confert anisum, & quæ urinam movent. L. 1. *de Morb. mul.*

a Anisi semen acre est, suamarum, urinam ciet, digerit, & flatus reprimit. *Gal. 6. Simplic.*

Anser.

Anseris [a] caro maximè humida. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

a Anseris caro excrementitia est, coctu difficilis, alæ cæteris partibus præstant. *Gal.* Anserculorum caro lautioribus mensis expetitur.

Anthrax, infra *Carbunculus.*

Anus, [a] *Sedes*, *Podex*. *Ani Affectus.*

a Anus dictum volunt quasi annulum ob circularem figuram. *Gorreus.*

Si rectum intestinum inflammatione tentetur, dolor ac febris teneat, crebraque adsit desidendi cupiditas, nil tamen dejiciat, præ inflammatione anus videatur procidere, interdumque urinæ stillicidium prehendat, (quod morbi genus oritur, cùm pituita ex corpore in rectum intestinum incubuerit) [b] conferunt calida quæ pituitam extenuare & eliquare valeant, simulque quod acre est & salsum in humorem

b *Fabricius ab aquapendente* addit purgationem per vomitum, avertitque fluxionem admotis infra ge-

solvere, ita ut neque æstus, neque morbus aliquis in intestino sentiatur, & cætera. *Lib. de Fistulis. p.* 910.

Ani fistulæ partim quidem ex collisis, partim ex tuberculis fiunt. Oriuntur etiam ex remigatione, equitatione, collecto juxta sedem sanguine. Putrescens enim quæ mollia sunt depascitur. Cum nimirum anus humidus sit, & caro mollis in qua pabulatur, dum tuberculum rumpatur, infráque ad rectum intestinum computrescat: quod cum fit in fistulam abit, & sanie manat, indéque stercus & flatus, teterque fœtor copiosè effluit, & cætera. Ante omnia igitur cum hujusmodi tuberculũ suboriri senseris ante quam ad rectum intestinum suppuratio perveniat, [c] crudum celerrimè secare oportet. Qui verò sine curatione relinquuntur pereunt. *Ibidem* Carptim.

In diuturnis & perniciosis morbis dolor ani [d] lethalis. *Coac.* 71.

Quæ circa sedem cum dolore suppurant, [e] alvum conturbant. *Coac.* 360.

Si anus [f] humore madeat, & sanie diffluat, aqua ex myrto & fæce vini usta eluitur, & adiantum tritum cribratum inspergitur. *Dicto Lib. de Fistulis. pag.* 911.

Anus procidit viris hæmorrhoidibus tentatis, pueris calculosis, & in diuturnis sincerisque intestinorum difficultatibus. Senibus verò quibus mucosæ [g] quædam concretiones affixæ sunt. 2. *Prædictor.*

Si anus procidat spongia molli sursum est impellendus. At cochlea [h] illinendus, manibus devinctis homo pauco temporis intervallo suspenditur, & intus reponitur. Quòd si amplius prolabatur, ilibus præcinctis, & submissa retrò fascia, ano intra propulso, spongia mollis aqua calida in qua loti scobes incoxerit, madefacta admovetur, spongiaque expressa eadem aqua anus perfunditur. Tum fascia inter media crura subjecta, ad umbilicum religatur. *L. de Fist. pag.* 911.

NOTÆ.

[b] ...nu pyroticis, eamque deficcat salsæ par. decocto.

[c] Crudum secandum, ut scilicet avertatur fistula, de cujus curatione per sectionem fusè docet idem *Fabritius*.

[d] Superveniente dysenteria *ex Dureto*. At *Martianus* hic intelligit abscessum semper lethalem in ægris diuturnitate morbi consumptis.

[e] Superveniente tenesmo. *Duretus*.

[f] g. Hi loci lucem accipient à *Fernelio*. 6. *Pathol. cap.* 10. Ubi monet interdum mucosam quandam sordem subalbidam, veluti limum ac fæcem sanguinis melancholici expui à venis podicis; diuque interdum eructari post diuturnos morbos melancholicos, duramque & laboriosam equitationem, quæ pus non sit, nec ab intestinorum ulcere manet, licet multos fallat puris specie. De quo vide *Senertum tractatu de Dysenteria Quæst* 1.

[h] Per cochleam intellige cochleæ mucum *ex Marinello*.

Annus infra *in Tempore.*

Anxietas, [a] *Angor*, *Dysphoria.*

Corporis jactationes & incontinentiæ cum frigore [b] pessimæ. *Coac.* 21.

Angore & pervigilio vexatis ad aures abscessus maximè obveniunt. *Coac.* 563.

Qui in diebus judicatoriis cum angore aut incontinenti corporis jactatione, absque sudore perfrigerantur. Atque omnino qui absque sudore perfrigerantur, citra judicationem malè habent. *Coac.* 38.

Anxietudo, oscitatio, horror, vinum æquali aquâ potum solvit [c] ægritudinem. *Aph.* 57. *Sect.* 6. anxietudinis, & molestæ corporis jactationis, horroris, & oscitationis, remedium est vinum pari aquâ temperatum & lac. L. 2. *Epid. Sect.* 6.

a Anxietas seu jactatio duplex nauseabunda una, altera sine vomitu, seu Anemethos quæ propriè Alysmus dicitur, quod plenius explicabitur in febre anxiosa. At anxii sunt in sanitate, qui præsentium tædio errabunda sunt mente & incerta, ita ut ad alias subinde aliasque transeant tum res, tum actiones In morbo verò qui decubitum non ferentes, lecto non acquiescunt, sed corporis figuram mutant, *Subinde ex Gal.*

b Hujusmodi frigore malignam viscerum inflammationem significante.

c Dum demulcet succum biliosum & acrem ventriculum infestantem flatus dissolvit, sudores & urinam provocat. *Ex Communiori interpretum consensu.*

Aorta, infra *in Arteria Aspera.*

Aper, *Aprugna*, infra *in Suilla Carne.*

Aphonia, [a] *fandi Impotentia.*

Quibus cerebrum aliqua ex parte concussum fuerit, necesse est statim mutos [b] fieri. *Aph.* 58. *Sect.* 6.

Vocis defectiones cum [c] singultu pessimæ. Cum virium resolutione pessimæ. I. *Prædict. Text.* 23. 24. & *Coac.* 245.

In febre mutum esse [d] malo est. *Coac.* 34.

Quibus vox cum febre absque ulla judicatione deficit, ii [e] tremuli intereunt. *Coac.* 247.

Vocis defectiones in febre quæ convulsionis speciem præ se ferunt, & in mentis emotionem cum silentio desinunt, perniciem [f] minantur. *Coac.* 250.

Vehementes insaniæ cum vocis defectione perniciem intentant. *Coac.* 254.

a Aphoniæ species est apoplexia, nam omnis apoplecticus aphonus, non contra: Omnes aphoni apoplectici.

b Quiescente & feriante in cerebro ob vehementiorem commotionem spirituum animali facultate. *Gal.*

c Delapso humore è vocalibus instrumentis in ventriculum. *Gal.*

d Est enim caloris propè emortui indicium. *Duretus ex Galeno.*

e Hos interire nil mirum, at quod tremuli pereant fatetur se nescire *Duretus hic.*

f Liquet hoc silentium esse symptoma insaniæ.

Vocis defectiones [g] rigore subinde correptis lethales, fereque ii capitis dolore conflictantur. *Coac.* 255.

Vocis defectiones ex dolore tandem cum [h] summo cruciatu vitam adimunt. *Coac.* 249.

Crebræ cum sopore aphoniæ tabem [i] denunciant. *Coac.* 259.

Qui derepente sine febre voce deficiunt, iis vena [k] secanda. L. 2. *Epid. Sect.* 3. *L.* 3. *Epid.*

Cum quis derepente voce defecerit, venarum interceptiones affligunt. [& cætera adducenda mox in Apoplexiæ curatione.]

Pythio cum ex febre acuta, præter gravia alia Symptomata sermone & voce tum secundo, tum octavo die defectus fuisset, decimo obiit cum frigore multo & sudore. *Hist.* 3. *Sect.* 3. *L.* 3. *Epid.*

Hermophyli filius diebus undecim laboravit, febris acuta detinebat, neque ciborum reliquiæ subierant, ac in primis delirio correptus est, quod noctu desiit. Postridie voce captus tacuit cum stertore, distortis oculis febricitans. In os autem immissâ pennâ bilem atram evomuit, & injecto clystere multum stercus prodiit. L. 5. *Epid. pag.* 1047.

Androthali vocis defectio, ignoratio, & delirium aderat, quibus sedatis, multis annis superfuit, & in morbum relabebatur, & cætera. L. 7. *Epid. p.* 1108.

Aphthæ, infra *in Oris Ulceribus.*

Apium, [a] *Petroselinum vulgare.*

Urinam magis quàm alvum movet. Radices etiam magis alvum movent. L. 2. *de Vict. rat. p.* 329.

Apium & crudum & coctum [b] urinam ciet, ac palustre magis quàm sativum, quod etiam facultatem habet majorem. *L. de Affect. pag.* 546.

Apii decoctum commendatur pro potu etiam acute [c] febricitantibus. L. 3. *de Morb. pag.* 500. 501.

NOTÆ.

melancholicæ denotans vehementem altetationem cetebti, quod dum exaruit pro clamore silentium, pto jactatione segnitiem, pro attuum contentione lenem tremorem, pro vigiliis cataphotam inducit. *Duretus.*

g Ideò lethales quod rigor hic nullam promoveat excretionem criticam, sed adferat translationem Symptomaticam ad supetiora. *Duretus.*

h Ob Symptomatum vehementiam.

i Vide *Duretum* qui existimat temporum injuria depravatam sententiam

k Ob rationem desumendam *ex Textu L. de acutis hîc subjuncto.*

a Apium hortense intelligo quod vulgus petroselinum vocat.

b Ciet & menses, unde mulieribus familiare.

c *Sic Gal.* 11. *Meth. cap.* 9. Ejusque decoctum in febribus putridis, quod obstructiones aperiat, in potu præscribit.

Apoplexia

Apoplexia, [a] *Syderatio Universalis.*

Cerebrum noxiam sentit, ipsumque non bene habet, sed si quidem mordeatur, multam turbationem habet, mens desipit, cerebrum convulsionem sentit, totum hominem trahit, neque vocem edit, sed suffocatur. Huic affectioni Apoplexiæ nomen. *L. de Glandul. pag.* 240.

Corporis syderationes Apoplexiæ dictæ à [b] flatibus oriuntur quando scilicet flatus frigidi & copiosi carnem subierint & inflarint. Hæ enim corporis partes stupidæ redduntur, & si quidem multi flatus totum corpus permeant, totus homo attonitus redditur: si verò partem aliquam, pars aliqua: quod continuæ ossitationes indicant. *L. de Flat. pag.* 279.

In morbis melancholicis ad hæc periculosi [c] decubitus, stuporem corporis, convulsionem, furorem vel cæcitatem significant. Apoplexiæ fiunt [d] maximè à quadragesimo anno ad sexagesimum. *Aph.* 56. 57. *Sect.* 6.

Dolor derepente caput prehendit, statimque vox deficit, suique impotens evadit. Hic intra septem dies, nisi febris corripuerit, interit. Quod si corripuerit, sanatur.

Hæc autem affectio contingit, cum bilis atra in capite agitata fuerit: Præcipuéque in partem in qua sunt venæ plurimæ, in cervicem nempe & pectus: deinde postridie resolutione corpus tentatur, & fit ad motionem impotens sanguine scilicet refrigerato. Quod si superior evadat, ita ut sanguis incalescat, sive ex sese, sive ex his quæ offeruntur, elevatur, diffunditur & spumescit, à bile separatur, & convalescit. Si verò minimè superet, magis superatur, cumque omnino refrigeratus fuerit eumque calor defecerit, concrescit, nec moveri potest, sed moritur. Quod si ex ebrietate ut [e] solet, afficiatur, etiam perit. *L.* 2. *de Morb. pag.* 452.

a Apoplexia resolutio est universi corporis, Paralysis dimidiati; Paraplegia quorundam artuum. Quæ tria symptomata complectitur Hippocrates, Apoplexiæ nomine. Nascuntur verò aut in cerebro ut Apoplexia propriè dicta; vel à cerebro Paralysis & Paraplegia. *Durætus Coac. ibi.*

b Seu intus genitis, ut hic ex Hippocratis mente, seu etiam exterius invadentibus ex carbonum fumo, aut speluncarum quarundam præfocante vapore, ex *Schenchii observationibus*.

c *Heurnius* vertit *Metastasin* seu translationem.

d Id præcipuè verùm de Apoplexia ab atra bile quæ omnium frigidissima *Cardani Commentario* vix unam inter centum à pituita fieri existimantis, at fit sæpe à sanguine *ex Fernelio*.

e Vide *Aphor.* 5. *Sect.* 5. de ebrio obmutescente infra *in Ebrietate*.

Quicumque ſani dolore capitis derepente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, &[f] ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris[g] apprehenderit. *Aph.* 51. *Sect.* 6.

Torpores & ſtupores ſi fortè inciderint futuram denunciant[h] Apoplexiam. *Coac.* 476.

Syderatis ſuccedentes hæmorrhoides[i] utiles, refrigerationes verò & torpores[k] malum denunciant. *Coac.* 478.

In ſyderatis ex magna ſpirandi moleſtia ſubortus ſudor mortem[l] adfert. His rurſus[m] accedente febre ſolutio contingit. *Coac.* 479.

Syderationes quæ repente fiunt, ſi inſuper febris exolutionis in[n] modum contingat, quæ diu trahat, perniciem minatur, ut Numenii filio. *Coac.* 480.

Solvere Apoplexiam fortem[o] quidem impoſſibile, debilem verò non facile. *Aph.* 42. *Sect.* 2.

Quicunque ſtrangulantur ac diſſolvuntur, nondum verè mortui ſunt, non referuntur, quibus ſpuma[p] circa os apparuerit. *Ibidem Aph.* 43.

f Notam appoſuit Apoplexiæ fortis, ſtertorem, unde intereunt 3°. aut 4°. interdum 5°. & 6°: ſed ſemper intra ſeptimum diem. *Gal. hic.*

g Quam fortem & vehementem hic deſiderat *Martianus*, quod obſervarit plurimos apoplecticos ſuperveniente febre mediocri citius interiiſſe, ad exemplum filii Numenii.

h Seu propriè dictam, ſeu Paraplegiam, *Duretus.*

i Seu expurgando cacochymiam, ſeu minuendo plenitudinem *Duretus.*

k Significant enim caloris nativi extinctionem. *Duretus.*

l Propter oppreſſionem naturæ. Hanc Coacæ partem falſam exiſtimat *Duretus.*

m Idcirco *Martiano* ſuſpecta febris apoplecticis ſuperveniens, niſi fuerit validа, ſeu ut loquitur *Duretus ad Coac.* 59. *cap. de Pleurit.* n Cauſæ apoplecticæ potens. Quam denotant ſtertor in pectore, & ſpuma in ore. o. p. Spuma eliditur à pulmone dum ſtrangulatur æger. *Gal. hic*, qui tamen vidit quoſdam reſtitutos eventu raro.

Apoplexiæ ſummaria Curatio.

Si quis repente voce defecerit, venarum interceptiones affligunt. Venam igitur incidere[a] oportet brachii dextri internam, & ſanguinem detrahere, habitâ ſecundum habitum & ætatem pluris aut minoris ratione, & cætera. His ſanè, adhibitis prius fomentis, ſtatim per initia venam ſecare convenit, cum adhuc ſublati ſunt qui affligunt tum ſpiritus, tum humores; facilius enim remedia adhibentur: & recreatis viribus ad[b] judicationemque adhibita conſideratione, ſi non relevetur, ventrem ſuperiorem medicamento purgare oportet. Ad inferiorem verò alvum, niſi per infuſum ſubducatur, lac aſininum coctum exhibeto, nec

a Seu oriatur Apoplexia à ſanguine uti cauſa præcipua, vel ſanguis ſit cauſa adjuvans tantùm, ſecanda eſt ſtatim vena, etiam non expectato clyſtere. Hoc autem remedium aut ſanat, aut jugulat; *ex Celſo.* At quibus non convenit venæ ſectio ſupplebunt cucurbitæ etiam capiti admotæ *communi Medicorum calculo.*

b Nota Hippocratem non adhibere vomitoria niſi poſt alia remedia ſupera-

NOTÆ.

... minus quam duodecim heminas bibat, & virium si robur adsit plusquam sexdecim. *L. de Acut. p.* 383.384.

ta, licet ab iis auspicentur chymici quibus favent *Paulus, Aetius & Avicenna.* At timendum ne in caput humores commoveant, *ex Mercuriali* sola benigniora approbante. c Nisi enim exhibeatur copiosius non movebit alvum inquit *Mercurialis* hîc, ubi observat, quò lac magis redderetur purgatorium, veteres seu capram seu asinam aluisse subducentibus herbis esula, tithymalide, cucumere.

Appetentia, Inappetentia.

In omni morbo mente [a] constare, & benè se habere ad ea [b] quæ offeruntur, bonum. Contra se habere, malum. *Aph.* 31. *Sect.* 1.

In morbo diuturno fastidium cibi & dejectiones syncerae [c] malum. *Aph. 6. Sect.* 7.

a. b. Mentis constantiæ cerebrum & à cerebro pendentes partes benè se habere ostendit. Idem de visceribus suadet Appetentia. At utrumque simul concurrere necesse inquit, *Martianus hic.*

c Evasuris enim à longo morbo contrarium solet accidere. *Gal.*

Inappetentia à [a] Bile.

Si febris non detineat, os tantùm amarum habeat, corporis gravitas adsit, cibumque minimè admittat, medicamentum exhibeto. Hæc autem à [b] bile contingunt. *L. de Affect. pag.* 532.

a. b. Dum scilicet bilis è visceribus effunditur in stomachum appetentiæ sedem.

Inappetentia à Malignitate.

Cum multa & varia esset in morbis judicationis cessatio, maximum & [a] pessimum signum plerosque ad mortem usque prosecutum est, quòd cibos omnes aversarentur, maximè qui exitialiter se haberent. L. 1. *Epid. Stat.* 2.

Longè verò maximumtum hos, tum cæteros comitabatur cibi fastidium. L. 3. *Epid. in Statu pestilenti.*

a Ob demortuæ facultatis naturalis significationem. *ex Gal.* Porro observarunt Medici qui suam operam commodarunt ægris peste vexatis, eos ferè evadere qui ad cibos benè se habent.

Apua, [a] Apuæ color.

Apuæ colorem refert vultus. (in Typho morbo secundo, & alibi passim.)

a Piscis ex asellorum genere Gallis dictus *Merlan*, cujus albicanti colori similis est ægrorum in cachexiam, hydropemve tendentium vultus.

Aquarum facultates & differentiæ.

Quemadmodum gustu & [a] pondere, ita & faculta-

a Addit subinde colorem & odorem.

te singulæ aquæ multùm differunt. L. *de aere loc. & aqu. pag.* 252.

Quæ igitur sunt palustres, & stabiles, & lacustres, eas per æstatem quidem calidas, crassas & [b] olidas esse necesse est; cum enim non profluant, sed semper novo imbre accedente augeantur & à Sole exurantur eas [c] decolores esse & pravas & biliosas necesse est. Per hyemem verò glaciatas & frigidas, & tum à nive, tum à glacie returbidas, adeóque maximè pituitam gignere, & [d] raucedinem excitare. Bibentibus autem lienes semper magnos [e] esse & * compressos, ventres verò [f] duros, & [g] tenues & calidos; humeros verò & jugula, & faciem [h] extenuari. In lienem enim carnes [i] colliquescunt, ideoque graciles sunt. Tales [k] verò edaces & siticulosos esse necesse est, ventresque tum superiores tum inferiores siccissimos humore, proindéque medicamentis valentibus [l] indigere, & cætera. Ad hæc etiam aquæ [m] intercutem tum frequentem tum maximè lethales contingunt, & cætera. Pueris verò herniæ [n] potissimum superveniunt, & [o] varices viris [p] tibiarumque ulcera; ut proinde hujusmodi naturæ longævæ esse nequeant. Præterea mulieres sibi prægnantes videntur, & cum pariendi tempus instat ventris moles disparet: quod contingit ob aquam intercutem cum ea uteri laborarint. At hujusmodi aquas ad quidvis pravas esse censeo. Secundo loco eas quarum fontes in saxosis locis sunt (quas duras esse necesse est) aut si ubi calidæ aquæ existunt, aut ferrum nascitur, aut æs, aut argentum, aut aurum; aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum (& cætera in Aquis Mineralibus brevi afferenda.) At verò optimæ aquæ ex locis sublimibus & terræ tumulis proveniunt. Maximè autem commendantur quarum fontes ad [q] Solis exortus præsertim æstivos decurrunt, quod sint limpidiores, boni odoris & lenes, & cætera. Secundùm has quæ sunt inter æstivos Solis exortus & occasus, sed præsertim exortus: Tertio quæ sunt inter æstivos Solis occasus & hybernos. At deterrimæ quæ ad Austrum spectant

b Malè olent quod corrumpantur & putrescant ex motionis defectu; biliosæ verò evadunt gustus judicio quo amaræ deprehenduntur: *Martianus hic.*

c Ideo decolores inquit *Martianus in Commentar.* quia subcandidæ fiūt propter crassitiem & immobilitatem.

d Adde & gutturis herniam bronchocelemve, Alpium incolis ob glaciatæ aquæ usum familiarem.

* *Marinellus & Martinus* vertunt *plenos.*

e Quod lien natura sua præcalidus hujusmodi aquam trahat & eam ob substantiæ laxitatem retineat, nec expellat. *Martinus.*

f Exustis fæcibus ab æstuante liene.

g Eædem fæces subinde tenues redduntur ab intermixta bile. *ex eod. Martino.*

h Dum aquæ vitio generatur ichorosus sanguis quo malè nutriuntur carnes.

i Etenim lien aquositates trahere natus delapsum è corpore toto in ventriculum ichorem in se suscipit.

k Ac si laborent canina appetentia.

l Ob siccitatem partium alienarum.

m Intumescunt ex aquæ vitio viscera primùm, deinde dissolvitur eorum robur, unde hydrops tandem.

n Relaxato præ nimia aquæ frigiditate & crassitie peritoneo.

o. p. Varices & ulcera fiunt

ſpectant, quæque ſunt inter æſtivum ortum & occaſum. Carptim *ex Eod. L. pag.* 256. 257.

Aquæ [r] ex imbribus collectæ, leviſſimæ & dulciſſimæ, Sol enim quod in aqua eſt tenuiſſimum & leviſſimum ſurſum educit & rapit, & cætera. At inter aquas hæc citiſſimè putreſcit, odoremque habet pravum aqua pluvia, & quòd ex pluribus collecta eſt, & permixta, proindeque celerrimè putreſcat: Hæcque quantumvis optima ſit, ut tamen excoquatur [s] & excoletur opus habet; ſin minus odorem pravum obtinet & bibentibus raucitatem & vocis gravitatem adeſſe æquum eſt. *Ibid. pag.* 258. 259.

Pravæ omnes quæ ex nive [t] & glacie fiunt; ubi enim ſemel concreverint, non amplius ad priſtinam naturam redeunt: ſed [u] quod in his ſplendidum & lene & dulce eſt, excernitur & evaneſcit. Remanet verò quod turbidiſſimum & ponderoſiſſimum. *Ibidem.*

Calculo [x] maximè tentantur, & renum morbis, ac urinæ ſtillicidio, & coxendicum affectionibus, herniiſque qui hujuſmodi aquas bibunt, aut de magnis fluminibus in quæ alia decurrunt, & de ſtagno in quod multarum & cujuſvis generis aquarum rivuli decurrunt, quique adventitiis aquis utuntur, quæ ex longo intervallo deducuntur. Neque enim fieri poteſt ut inter ſe ſimiles ſint. Verùm aliæ dulces ſunt, & aliæ ſalſæ, & aluminoſæ, & cætera. Ex his igitur limum & arenam in vaſis ſubſidere neceſſe eſt. *Ibidem. p.* 260.

Aqua quæ citò calet, & citò refrigeratur leviſſima eſt. *Aph.* 20. *Sect.* 5. *&* L. 2. *Epid. Sect.* 2.

in tibiis ab humore melancholico à liene decumbente. *Hactenus ex Martino.*

p Fontem orientalem interpretantur illum, cujus rivus fluit verſus orientem Solem; quidam illuſtrat fontem diſſipat aerem matutinis horis craſſeſcere ſolitum, inquit *Proſper Martianus hic.*

q *Martinus* hîc obſervat *ex Hippocrate. 6. Epid. Sect. 6. Text.* 17. quatuor differentias aquæ pluviæ, æthereeam ſcilicet puro & ſereno cælo cadentem, tonitrualem, procelloſam, & horæam quæ fit ex ea parte æſtatis quæ appellatur ὥρα.

r Coctione & excolatione aquæ vitium emendatur; unde infert *Martianus* aquam pluvialem ciſternarum, quòd pravo odore careat & pura ſit æque ſalubrem eſſe, ac ſi decocta & defæcata fuerit.

ſ. t. Aqua nivalis & glacialis opponitur aquæ pluviæ, eo quod in pluvia quicquid eſt tenuius ac dulcius retinetur: contra in glaciata quicquid gravius & craſſius eſt retinetur; omnis autem tenuitas concoctione perit. *Martinus.*

u Ideò frequentiſſimus Romæ calculus tum ob turbidam Tiberis aquam, tum ob adventitias è longinquo fontanas aquas. x. Levitas hæc dijudicanda non pondere, ſed facili diſtributione, gravis ea quæ moratur in ventriculo & in inteſtinis *ex Gal.* hîc. Is etiam *Comment. 6. Epid.* alterum addit indicium, ſi in ea citò decoquantur carnes, fructus & legumina.

Aquæ Minerales.

Qui ſanus eſt ac valet, is nullo [a] habito diſcrimine ſemper eam aquam quæ adeſt, bibat. Qui verò morbi cauſâ, eam quæ maximè conveniat bibere volet,

a Non vult Hippocrates, inquit *Martinus*, ut aquam quamtumvis pravam homo ſanus bibat, ſed non vult ea religione teneri,

is ſanitatem conſequetur. Quorum quidem ventres duri ſunt, & qui promptè [b] ſuccenduntur, iis certè dulciſſimæ, leviſſimæ & limpidiſſimæ conferunt. Quibus verò ventres inferiores molles ſunt, humidi & pituitoſi, iis duriſſimæ & coctu difficiles & [c] aliquantùm ſalſæ accommodatæ ſunt, & cætera. At verò de aquis ſalſis propter imperitiam falluntur [d] quidam, quod alvum ſolvere exiſtiment, cum maximè dejectioni repugnent, indomitæ enim ſunt & coqui nequeunt, proinde venter iis potiùs adſtringitur, quàm eliquitur. *Dict. L. de aere loc. & aqu. pag.* 258.

Aquas paluſtres ad quidvis pravas eſſe cenſeo. Secundo loco eas quarum fontes in ſaxoſis locis ſunt, aut ſi ubi calidæ aquæ exiſtunt, aut ferrum naſcitur, aut æs, aut argentum, aut [e] bitumen, aut [f] nitrum; ex hujuſmodi enim terra aquæ naſcuntur duræ & indomitæ, quæ per urinas non facilè feruntur, & alvi [g] egeſtioni adverſantur, & cætera. Salſæ, indomitæ & duræ; in totum quidem ut bibantur improbandæ. Sunt tamen naturæ quædam & morbi quibus tales aquæ potu ſunt commodæ. Carptim, *Ibidem. pag.* 257.

Aquæ Thermales, infra *in Balneis.*

Aquæ admotæ facultas : Iunge quæ de balneo infra.

Calida [a] copioſior uſque hæc parit incommoda, carnium effœminationem, [b] nervorum incontinentiam, mentis torporem, ſanguinis profluvium, animi deliquia, ex quibus mors contingit. Frigida verò convulſiones [c] diſtenſiones, rigores febriles adfert. *Aph.* 16. & 17. *Sect.* 5. & *L. de Liquid. uſu. pag.* 424.

Cerebrum quæque ex eo oriuntur [d] frigida offenduntur, calida verò delectantur, etiam ſi [e] natura ſit frigidius & ſolidius. Eam ob cauſam oſſibus, dentibus, nervis, frigida adverſa eſt, calida verò grata, quoniam convulſiones, diſtenſiones, rigores febriles,

NOTÆ

ut unius tantum aquæ potui ſe aſtringat.

b Ob viſcerum calorem & ſiccam intemperiem, cui medetur aqua dulcis refrigerando & humectando.

c Quæ moderatam habeant ſalis admixtionem.

d Conſule *Falopium Tractatu de Aquis Medicatis*, diſceſque has aliquando utiles, quæ non habent puram ſalis, ſulphuris, aluminis, vitrioli materiam, ſed ita commixtam, ut hæc illius noxam corrigat.

e Præſertim liquidum Naphtam dictum.

f Adde & plumbum.

g Si experientiam conſulas invenies has aquas ferreas, præſertim contrarios effectus ſæpe præſtare, alvum & viſcera expurgando, ſiccando, roborando pro mixtionis ratione, & ſuſcipientium corporum varia diſpoſitione.

a Aphoriſmus habet *calidum* quo potentiſſimum deſignatur balneum aquæ calidæ, *ex Mercuriali poſt Celſum.* Deinde fotus ex aqua calida partibus quibuſdam admotus *ex Henrnio.*

b Si redduntur infirmi, eorum ſubſtantia à calore balnei ſoluta, *Gal.*

c Propter cutis denſationem & pororum arctationem cohibito effluvio fiunt Spaſmi, Tetani, &

Quos frigida creat, calida sedat. Propterea etiam calida voluptates,[f] & illecebras facit, frigida verò dolores, & aversiones. Ob id lumbi, pectus, dorsum, præcordia magis offenduntur frigida. Calida verò gaudent, *Ibidem. pag.* 425.

Frigidum inimicum [g] ossibus, dentibus, nervis, cerebro, spinali medullæ. Calidum verò utile. *Aph.* 18. *Sect.* 5.

In animi deliquiis frigida summis partibus [h] affusa prodest. *Ibidem. pag.* 425.

Ulceribus frigidum mordax,[i] cutem obdurat, dolorem insuperabilem facit, nigrorem producit, rigores febriles, convulsiones & distensiones. *Aphor.* 20. *Sect.* 5.

Ulcera calida delectari constat, quod tegi sint solita. *L. de Liquid. usu. pag.* 425. Ipse etiam thorax, ipseque ventriculus à frigida superatus vehementer ægrè fert, & lethaliter [k] afficitur ob insolentiam. *Ibid.*

Frigida qualis nix & glacies pectori [l] inimica, tusses movent, sanguinem & distillationes. *Aph.* 24. *Sect.* 5.

Calidum etsi non [m] in omni ulcere suppuratorium, magnum ad securitatem [n] indicium adfert, cutem emollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, convulsiones, & distensiones mitigat, & ex his quæ ad caput attinent, ejus gravitatem solvit. Plurimùm autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipuè, eorumque maximè qui in capite ulcera habent, & quæcumque à frigore moriuntur, vel ulcerantur, & herpetibus exedentibus, sedi, pudendis, utero, vesicæ. His calidum amicum & judicans, frigidum inimicum & perimens. *Aph.* 22. *Sect.* 5. *& L. de Liq. usu*, ubi plura.

Est autem ubi in distensione sine ulceratione [o] juvene bene [p] carnoso, æstate media, frigidæ aquæ perfusio calorem revocat. Calor autem hæc solvit. *Aph.* 21. *Sect.* 5.

Tumores articulorum, atque dolores absque ulcere, podagricos quoque, atque convulsa, horum plurima, frigida aqua largè effusa levat, [q] & extenuat,

NOTÆ.

& cætera. *Gal.*

d Per frigidam intelligerem, communem frigidiorem occursantem, aquam, ventum, medicamentum.

e Ejus constitutio frigida & solida non impedit noxam frigoris externi immoderatioris.

f Calidum enim vitæ consociale.

g Iure quidem iis partibus inimicum frigidum, quod eæ sint suâ naturâ frigidiores.

h Dum spiritus dissolventes adstrictis poris intus retinet.

i Dum nativum calorem ulcerum suppurationem promoventem refrigerat, eaque perspirare vetat. *Gal.*

k Ideo thorax & ventriculus affliguntur lethaliter ab occursante frigida superata, quod sint tegi solita, & sint etiam nervosa, *ut pluribus explicat Martianus.*

l Frigiditas enim aquæ in causa est cur pulmonum vasa rumpantur.

m Sunt enim ulcera quædam ut putrida & catarrhosa quibus nocent suppurantia. *Gal. hic.*

n Secura quippe ulcera quæ bellè suppurant: côtra phagedænæ, cancrosa, Thelephia, Chironia sunt insuppurabilia. *Gal.*

o. p. At in alia tum ætate, tum habitu, tum anni tempestate metuendũ esset ne vinceretur calor nativus ab occursu frigidæ.

q Levat dolorem, tum reprimendo humorem

NOTÆ

influentem, sicque doloris causam exscindendo, tum afferendo torporem qui alia ratione solvit dolorem, sensu scilicet reddito hebetiori. *Gal.*

r Humectando cerebrum, & sedando dolorem vigiliarum parentem.

s Deturbata bile ex ventriculo, ubi anxietatem afferebat summam suo morsu, ad intestina.

solvitque dolorem. *Ibid. Aph.* 25. & L. *de Liquidorum usu. pag.* 427.

Somnium [r] conciliat calida capiti affusa, & aliis partibus convulsiones, distensiones lenit, auris, oculorum dolores obtundit, & quæ sunt ejuscemodi. *Ibidem. pag.* 424.

Mulieri sanæ & obesæ torminibus vexatæ (cujus Historia afferetur infra in Colico Affectu) quinquies emortuæ, ut expirasse videretur, aquæ frigidæ amphoræ 20. affusæ [s] unicam opem attulerunt, copiosius demissa bile. *Ex* L. 5. *Epid. pag.* 1047.

Aquæ Marinæ Facultas Vsusque.

a Sic Erysipelati ubi jam livor occuparit, scarificata cute fotus ex aqua marina convenit. *Gal. cap.* 3. *Lib.* 15. *Meth.*

b Ob salsuginem partibus ambustis & abrasis molestiam.

c Simplicibus ulceribus quibus nulla adjuncta intemperies phlogosis-ve.

Aqua marina his qui pruritum [a] sentiunt, & ab acribus humoribus mordentur, tum lotione, tum fotu, calida prodest. Non assuetis tamen molestiam quandam exhibet: ulceribus autem ex ambustione & abrasione, & reliquis similibus [b] adversatur. Puris [c] verò est accommodata & valet ad probè extenuandum, & ad piscatorum ulcera, ut quæ neque suppurent, nisi attigeris, & ad prima fracturarum subligamina. Quin etiam depascentia ulcera sedat ac sistit, non secus ac sal, salsugo, & nitrum. Hæc autem omnia parciore usu adhibita irritant. Liberariore verò prosunt. Præstat autem ad plurima calida. L. *de Liquid. usu. pag.* 426.

Aquæ ratio pro potu Sanorum.

a Notatu dignum est tam præclarè commendari à quam ab Hippocrate. In sanis licet ab ipso improbetur, in iis morbis quibus pulmo afficitur. Qui verò ejus encomia pro sanis voluerit legere, consulat Plutarchi opuscula in Sympofiis.

b Et si aqua propriè non

Qui sanus [a] est ac valet, is nullo adhibito discrimine eam bibat quæ adest, [& cætera adducta initio *Articuli de Aquis Mineralibus.*]

Ex cibis, potibus & opsoniis, pane excepto, & maza, & carnibus & aqua [b], reliqua omnia ad incrementum & robur parum conferunt, (& cætera adducta *Art. de Alimentis.*)

Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, & quietem

agere convenit. L. *6. Epid. Sect.* 4.*Text.*13. Si aqua ab igne superetur, hoc insaniæ proximum. Hunc [c] aquam bibere optimum. L. 1. *de Vict. rat. pag.* 319. Tum [d] aqua, tum [e] vigilia voraces homines efficiunt. L. *6. Epid. Sect. 6. Text.* 18.

nutriat, incrementum & robur tamen confert ex accidenti dum tenet locum vehiculi ad deferendum cibum, *inquit Marcianus hic.*

c *Galenus* addit ejusdem aquæ balneum.

d Dum scilicet aqua suo frigore corrugat ventriculum *ex Gal.* huic *Celsus* tribuit inter pleraque bona ut juvet coctionem. e Voracitatem inducit vigilia dum humores dirigit citius.

Aquæ ratio pro potu Ægrorum.

Ad aquam præter quam quod in morbis [a] acutis bibitur, nullum aliud munus habeo quod conferam, neque enim tussim lenit in [b] pulmonum inflammationibus, neque sputum educit. Imò cæteris minus si quis perpetuò aquæ potione utatur. Verùm si inter acetum mulsum & aquam mulsam exigua aqua sorbeatur, sputum [c] educit propter potuum qualitatis transmutationem, quandam enim intus [d] inundationem facit. Alioqui neque sitim [e] sedat, sed irritat. Siquidem biliosæ [f] naturæ biliosa est, & [g] præcordiis mala, seipsamque malitia superat, [h] biliosissimaque est, viresque maximè labefactat, ubi in [i] vacuitatem descenderit. Lienem enim & hepar ubi succensum fuerit, auget. Intus fluctuat & innatat, quod frigida fit, & non cocta tardè permeat, & nec [k] dejectiones, nec urinas movet. Nonnihil etiam lædit ob id quod stercoris [l] expers. Quod si pedibus etiam dùm frigentibus ebibatur, multò magis has noxas faciet. In ejusmodi autem morbis ubi vehementem capitis gravitatem vel mentis læsionem afferre suspicatus fueris vino abstinendum: aqua verò utendum. *Lib. de Acutis. pag.* 379. 380.

In febribus ex bile ptisanæ succum bis die frigidum sorbendum [m] dato, & postea vinum aquosum propinato; reliquo tempore aquam frigidissimam. *L. 2. de Morbis. pag.* 467.

In febre ardente primis quidem diebus per inferiora purgandum, & aqua potui exhibenda. Aqua enim

a In febribus scilicet ardentibus, angina, phrenitide.

b Per pulmonum inflammationem intellige cum *Dureto* omnes pulmonis affectus cum tussi, quæ semper ab iis arcenda, *inquit Mercurialis hic.*

c Dum excessum temperat mulsæ & oxymelitis. *Duretus hic.*

d Textus Hippocratis habet πλημμυρίδα, hoc est humiditatis cujusdam redundantiam; at significat propriè maris æstum, cui opponitur ἄμπωτις, maris scilicet recessus & reciprocatio quæ duo nomina usurpat Hippocrates ad exprimendum humoris in corporis ambitum affluxum, & ad interiora recessum.

e Permeat enim lentè nimis.

f. g. Quod hic docet Hippocrates aquam bilescere, nec proinde biliosis conferre; quodque præmisit non sedare sitim, habet tantum difficultatis, ut quidam interpretes audeant id omnino rejicere. *Consule itaque Mercurialem hic.*

h Lieni præsertim.

i Per vacuitatem intellige ventriculum vacuum cibis.

ut plurimùm [n] vomitum inducere solet. L. 3. *de Morb.* *pag.* 489.

Lippienti præscribitur aquæ potio, infra *in Ophtalmia populari.*

Metonem febris vehemens prehendit cum lumborum gravitate & dolore. Postridie ex [o] liberaliore aquæ potu alvus rectè demisit, & cætera *ex Historia* 7. *Sect.* 3. *L.* 1. *Epid.*

k Non caret difficultate etiam hic locus, sæpe enim relaxatis fibris diarrhœam excitat, quam & compescit iisdem roboratis à frigiditate mediocri.

l Dixit enim non moveri dejectiones ab aqua epota.

m Intellige & ptisanæ succum concedi, & paucum vinum aquosum superbibi in sola declinatione vel febris remissione. n Maximè si tepida, majorique quantitate exhibeatur. Licet *Martianus* existimet exhibitam ab Hippocrate frigidam ad potentius extinguendam febrem. o Nota solam liberariorem aquæ potionem alvum movere ut hic in Metone, parcius exhibitam minimè movere, *Ex Text. de Acutis, supra posito.*

[a] *Arcturus.*

(Frequens mentio Hippocrati; sed insignis locus est, L. 3. *de Vict. rat.* apponendus infra *Articulo de temporibus anni.*)

a Stella seu astrum lucidissimum in Bootæ zona situm, dictum etiam Arctophylax & Ursæ custos, quia in Ursæ majoris cauda positum. Hujus ortus ad Æstatis finem, & Autumni exortum.

[a] *Aristolochia.*

(Usurpatur passim etiam inter aromata utero expurgando, ciendisque mensibus idonea. *In Libr. de morbis Mul.*)

a Cum triplex sit Dioscoridi, longa, rotunda, clematitis. Præfertur rotunda. Sic dicitur quod puerperarum lochia purget. Uti etiam menses potenter.

Aromata.

Suffitus aromatum muliebria [a] ducit, ad plurima verò alia utilis esset, nisi capitis faceret [b] gravitatem. *Aph.* 28. *Sect.* 5.

a Vasorum ora recludendo, humoresque extenuando.

b At dum impensius calefaciunt, caput tentant, *Gal.*

Arteria, [a] *Arteria aspera*, *Aorta.*

Tabes fit cum ad locum eundem, ut in purulento fluxio fertur per guttur, & asperas arterias Aortas appellatas, quæ pulmonem & guttur contingunt, & cætera. L. *de loc. in homine. pag.* 409.

a Arteriæ vocem usurpatam primùm de fistula descendente ab ore in pulmones, deinde ad pulsatiles venas traductã etiam ante *Gal.* ævũ, docet *Gellius* illam definiens cõceptaculum spiritus cum sanguine mixti, ea ratione ut plus sit spiritus quàm sanguinis.

Arteriæ asperæ affectus, infra *in Pulmonis Affectibus.*

Arteriæ, seu Venæ [a] *pulsatiles.*

Arteriæ quidem à corde purum sanguinem & spiritum recipiunt, & cætera, *ex L. de hominis structura Hipp. operibus à Marinello aggregato.*

Duæ sunt à corde venæ cavæ, & hæc quidem arteria, illa verò vena cava nominatur, juxta quã cor situ habet. Arteria verò plus [b] calidi continet quàm vena cava, & spiritus penus est, & cætera. A vena cava & Arteria reliquæ venæ in corpus dispersæ sunt. Sunt autem maximè cavæ quæ ad cor, cervicem, caputque tendunt & infra cor, ad coxendices usque: calidumque plurimum in venis & in corde inest, & cætera. Cor & venæ cavæ semper moventur, calidique plurimum inest in venis. Carptim *ex Lib. de Carnibus. pag.* 208.

Cor Arteriæ fons cognatus. L. *de Ossium natura. pag.* 243.

Venula [c] sanguinis multitudine calidior effecta, æstuosum quiddam confestimque excernit. L. *Epid. Sect. 6. Text.* 2.

a *Avicenna* vocat venas audaces. *Plinius* spiritus semitam. *Cicero* venas micantes. *Celsus* venas spiritui accommodatas. *Ex Laurentio.*

b Quod ut melius conservet, duplici tunica vestitur, cum vena simplicem habeat, estque ex *Herophilo* quintuplo crassior quàm vena.

c Arteriam intelligit *Gal.* Ut pleniùs constabit infra, *Art. de Spiratione.*

[a] *Articulus. Articulorum ratio.*

Mucus [b] Articulis omnibus à natura inest, & cum purus fuerit valent Articuli; ideóque moventur facilè cum sint inter se lubrici. Oboritur autem labor & dolor, ubi vexaverit quæ à carne fluit humiditas. In primis quidem rigidus fit articulus: neque enim lubrica est quæ ex carne affluxit humiditas. Deinde sua copia dispersa valde neque irrigata à carne semper resiccatur, cumque eam ob multitudinem Articulus capere non possit effluit, maléque concrescens, nervos quibus Articulus connectitur, attollit, elaxat & dis-

a Articuli vox aliquando sumitur pro pudendo muliebri. *Vt L. de Sterilibus; pag* 767.

b Hunc Articulorũ mucum existimat. *Senertus cap.* 15. de Chymicorum cum Galenicis consensu, esse famosam illam Chymicorum Synomiam. Quã non modò in Articulis generari, sed ossium omniũ membranis adhærere statuunt, censentque causam esse multorum graviorum morborum.

ſolvit, eamque ob cauſam magis vel minus claudi fiunt. L. *de loc. in homine. pag.* 404.

In Articulis humor omnibus ineſt, ob nervorum compagem qui natura laxi ſunt & facile intenduntur. Complures namque ita humidos videas, ut cum velint, iis Articuli ſua ſede citra dolorem moveantur, rurſúſque abſque dolore reſtituantur. Quin & habitus quidam corporis diſtinctionem habent. Jis enim qui bene habiti ſunt membris, & carnoſis, Articulus minus elabitur, & ægrius reconditur. Ubi verò ſolito tenuiores & macilentiores evaſerunt, tunc magis excidit & facilius reſtituitur. Cujus rei argumento ſunt boves quibus tunc femur ſua cavitate magis excidit, cum macilenti evaſerint ſub hyemis finem, quo tempore potiſſimum luxantur. L. *de Articul. p.* 821.

Magna ulcera quæ in Articulis fiunt, ſi abſciſſi penetus fuerint nervi qui continebant, abſque dubio claudos reddent, & cætera. *Ex* L. 2. *Prædictor.* afferenda infra in *Nervorum ratione.*

Quos febris detinet, ſi tremor abſque judicatione conquieſcit, iis temporis ſucceſſu abſceſſus cum dolore purulenti ad [c] Articulos decumbunt & veſica dolet. *Coac.* 141.

Quibus febres longæ his [d] tubercula vel in Articulis labores fiunt. *Aph.* 44. *Sect.* 4. *&* *Coac.* 118. Quibus ſperantur abſceſſus ad Articulos liberat urina multa, craſſa, & alba, & cætera afferenda *in Criſi per abſceſſum.*

[c] Aliter legit *Duretus* textum Hippocratis, mutans ἐς ἄρθρα in ἐς ἕδρην Sicque vertit. Jis dolorifici & purulenti abſceſſus naſcuntur in ſede. Vnde reddit rationem Sympathiæ veſicæ cum ſede adducta Hiſtoria Pithonis. *Sect.* 1. *L.* 3. *Epid.* cui ſupervenit in febre tremoribus comitata abſceſſus in ſede cum urina ſtranguriosâ. [d] *Duretus* explicat *de Morb. cutaneis* cacochymia in cutem propulſa, tum in Articulos ob eorum laxitatem.

Articulorum Morbus; Arthritis.

Articularis morbus cum detinet, corporis [a] Articulos ignis & dolor invadit. Prehendit etiam acutus, & ad alium atque alium Articulum vehementiores & leniores dolores decumbunt. Hinc qua parte dolor detinet, refrigerantia admovere confert, quæ in ventre ſunt

[a] Febrem intellige conſiſtentem in ſolius Articuli deflagratione, quæ antequàm communicetur cordi, & à corde toti corpori, vocari poteſt febris particularis. De qua vi-

ſunt per infuſa & glandulam ſubducere, & quicquid tibi profuturum videbitur, ſorbendum & bibendum exhibere: Cum verò dolor [b] adfuerit, medicamentum deorſum [c] purgans propinato, & poſt hæc ſerum coctum & lac aſininum potui exhibeto. Hic morbus ex bile & pituita oritur cum agitata ad Articulos decubuerint, & brevis quidem & [d] acutus evadit, ſed minimè lethalis, [e] junioribuſque magis quàm [f] ſenioribus contingere ſolet. Pedum dolor his omnibus quæ circa Articulos contingũt [g] violentior quidem exiſtit, & maximè diuturnus, quique ægerrimè ſolvitur, eſtque hic morbus ſanguinis à bile & [h] pituita corrupti. Qui quò magis tenues venulas corporique plurimùm neceſſarias, nervoſque & oſſa multa ac crebra ſubierit, eò ſanè tum ſtabilior morbus eſt, tum ægerrimè profligatur. Huic eadem quæ articulari morbo conferunt. Longus [i] quidem morbus, & gravis, minimè tamen lethalis. Quod [k] ſi in digitis dolor remaneat, venas in digito paulò ſuprà articuli nodum inurito. *L. de Affect. pag.* 538. 539.

Eunuchi [l] neque podagra laborant, neque calvi fiunt. Mulier [m] podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. Puer podagra [n] non laborat ante uſum venereorum. Quicunque podagrici fiunt, hi ſedata in 40 diebus inflammatione [o] finiunt. Dolores podagrici vere & Autumno magna ex parte moventur. *Aph.* 28. 29. 30. 49. 55. *Sect. 6.*

In pedum laboribus tumores nitro [p] tenuiter trito aqua ſubacto, velut cataplaſmate obducito, tribus diebus ne lavato: cum verò laveris, rurſus nitro crudo rubro cum pauco melle trito, eo velut ſemper utendum: *ex additis ad Calc. L.* 1. *de Morb. mul. p.* 698.

Quibus ad Articulos dolores oriuntur & tumores, deſinuntque ſine podagra, iis magna [q] viſcera eſſe comperies, & in [r] urina quod ſubſidet album. At ſi cui tempora etiam [s] attollentur, ea ſæpe dolere fatebitur, & ſibi nocturnos dolores contingere; quod ſi neque tale quicquam in urina ſubſidet, neque contin-

NOTÆ.

dendus Articulus infra in Febribus.

b Non expectata ſcilicet morbi remiſſione.

c Potentius purgans medicamentum intellige, cũ enim ſubinde lactis ſerum & lac aſinæ exhibeat, quæ clementer purgant probabilius eſt non fuiſſe præmiſſum imbecillius catarthicum; quod magis exagitaret quam vacuaret: à quo abſtinendum cenſet *Fernelius*. Vide *Senertum*.

d Vt qui judicetur 40 diebus. *Aph. 49. Sect 6.*

e f. Iuniores intellige in ætate conſtanti poſitos, ſeniores in ætate decrepita.

g Ob partis ſitum fluxioni magis expoſitum

h Vt non ſit mirum adeſſe febrem putridam.

i Vt qui dies 40 ſæpius excedat ex ægrorum incuria potius quàm ex morbi natura Habita ratione *dicti Aphoriſ. 49. Sect 6.*

k Niſi ex articulis temerè repulſi humores, aut naturæ imbecillitate retenti, in partes principes irruant Quo caſu ſpes unica ſalutis eſt, ipſos rurſus ad articulos revocare. *Gal. Comment. in L. de natura hominis:*

l. m. n. Vera de his omnibus ſententia tempore Hippocratis, quo temperatè vivebant. At dudum conqueſti *Seneca & Gal.* iis omnibus familiarem evaſiſſe podagram ob luxum & libidinem

o Modo Medicus & æger officium faciant. *Henrnius.*

p Idem præſtat Sal cum oleo in linimenti conſiſtentia tritum, *Ex Gal. & Aëtio.*

gunt sudores, metus est ne articuli claudicent; aut in his abscessus fiat, quem [t] Melicerida vocant. Iis autem morbus iste contingit quibus pueris, aut juvenibus ex navibus sanguinis fluor consuetus desiit. Ex quibus percontari oportet num in juventute sanguinis fluxus contigerit, & num pungentes prurigines ipsis in pectore aut dorso insint. Aut eadem contingunt quibus vehementes alvi dolores absque perturbatione adsunt, aut quibus per ora venarum quæ sunt in ano sanguis effunditur. Hinc namque istorum morborum origo petenda est. L. 2. *Prædictorum. pag.* 111.

q. r. s. t. Explicatio hujus textus modulum excedit notarum nostrarum. Hoc quidem forsan prædictum censendum est ex iis quæ conquetitur *Galenus*, tam sæpe adducta ab Auctore ex observationibus fortuitis, casibusque singularibus in regulas parum firmas quæ sint magis empiricæ quàm methodicæ.

Qui articulari morbo detentus intestinorum dolore dextra parte vexabatur, quietior [u] erat, hoc autem curato magis dolebat. *Ex fine Lib. de humoribus, & 6. Epid. Sect. 4. Text. 30.*

u Vide explicationem in colico Affectu.

Arthritis Nodosa.

Qui in senectute tophos, aut callos in articulis induratos habent, aut laboriosè vitam tolerant cum glue sicca, ii omnes, ut sentio, humana arte [a] servari nequeunt. His succedentes intestinorum difficultates optimè medentur, quin & quæcumque aliæ colliquationes infernæ eos valde juvant. Juvenis verò cui nondum circa articulos calli induruerunt, cuique victus ratio [b] curæ est, ad laborem est impiger, alvumque habet vitæ instituto probè cedentem: Is sanè prudentem nactus Medicum evadet. *Ex Lib. Prædictorum. pag. 97.*

a Huc pertinet vulgatus versiculus.

Solvere nodosam nescit Medicina podogram.

Licet *Galenus* glorietur se aliquos sanasse cataplasmate ex caseo macerato cum jusculo suillæ pernæ ad tabem coctæ, qua exhauriebatur tophus. Idem affirmant *Trallianus, Avicenna, Oribasius*; & ex recentioribus *Scaliger, Pareus*, & alii apud *Zacutum Lusitanum*. b Equidem plures sanavi, qui à tribus quatuorve annis podagra laborassent: iis purgatis veris initio, & servata victus ratione: intemperantes enim, gulosos, vinososque nulla arte juveris. *Gal. L. de curandi rat. per venæ sect.*

Articulorum [a] Κέδματα.

Kedmata sunt diuturni articulorum affectus, & coxendicũ morbi, qui iis qui ab hujusmodi morbis con-

a Hæc interpretatur *Galenus Comment. in Text 6. Epid. Hic subjunctum* fluxiones in crura decumbentes, maximè verò quæ coxendicem occu-

valuerunt, contingunt, quando quod morbum facit, fanum evaſerit; in carne verò quod remanſerit, cui cum neque intrò denuò, neque foras exitus pateat, ſed in cute tuberculum creet, in ipſo exitu confugit ad id quod cedere poteſt, articulos mimirum, & aut articulorum diuturnos affectus, (Κέδματα vocant) aut coxendicum morbum parit. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 406. In his venas in [b] auribus poſterioribus pertundere oportet. L. 6. *Epid. Sect.* 6. *Text.* 21.

pant. *Salius Comment. in Lib. de Morb.* Vult eſſe fluxiones circa articulos quæ tamē differant ob athritide & podagra, de quibus tractat fuſè.

b Ideſt circa aures ex *Gal.* qui videtur hoc remedium parvi facere.

Aſcarides, infra, *in Lumbricis.*

Aſinina Caro.

Aſininæ carnes per alvum ſecedunt, ſed pullorum præſertim: at equinæ ſunt leniores. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

Aſininum Lac, infra, *in Lacte.*

[a] *Aſparagus.*

Siccus eſt & alvum ſiſtit. L. 2. *de Vict. rat. p.* 329. Semen inter remedia uterum aperientia, expurgantiaque, ſi ex vino albo cum Apii ſemine bibatur. L. *de Superfœtatione. pag.* 230.

a Aſparagus commune nomen omnibus olerum germinibus. Ex *Gal. L.* 2. *de Alimentorum facultatibus.* At ſpecialius ſumitur pro herba fœniculo non abſimili, quæ ſua ſponte naſcens *Corruda* dicitur *ex Dioſcor.*

Aſthma, [a] *Suſpirium.*

Interceptis à calloſa duritie ſummi arteriæ capitis tranſitibus, velox & difficilis ſpiratio corripit, cum hi ſpiritum neque per hanc viam mittere, neque facile attrahere queant. Ex quibus ſanè hi morbi oriuntur, quales ſunt crebræ & denſæ [b] ſpirationes, aſthmata dictæ & tabes ſiccæ. Quod ſi collecta in his humoris copia ſuperet, ita ut craſſior redditus cogi nequeat, & putridum pulmonem vicinaſque partes reddit, evaduntque ſuppurati, & tabidi. L. *de Oſſium natura. pag.* 248.

Si mulierem anhelationes invadant, ſulphuris fabæ

a Vocatur à *Seneca* meditatio mortis. Definitur verò pulmonis obſtructio frequentem & difficilem ſine febre reſpirationem inducens, cui ſi accedat ut reſpiratio ducatur erecta cervice, tunc orthopnœa vocatur. *Gorreus.*

b Ferè etiam ſunt ſonoræ unde verſiculus. *Dyſpnœa ſe celat, canit aſthma, ſeque revelat.*

qualitatem nafturtium pari portione, rutam & cuminum Æthiopicum, hæc tenuiter trita, vino macerata, jejunæ potui exhibeto; cibis abftinendum, nec crebrò [c] edendum. L. *de Natura mul. pag.* 621.& L. 1. *de Morb. mul. pag.* 651.

Agafii filiæ afthmaticæ Allio, [d] fuilla, ovilla & bubula interdicere vifum fuit. Difficultate autem fpirandi laborantibus, clamore, atque præcipiti ira abftinendum, nec crebrò edendum. Carptim *ex Text.* 4. *Sect.* 4. *L.* 6. *Epid.*

Qui feptimo die braffıcam comedit cum adhuc difficulter fpiraret circa abdomen emolliebatur, rectè fpirans factus eft, ejufque alvus eft exagitata. *L.* 6. *Epid. Sect.* 2. *Text.* 20.

c Ideft parùm & ex raris intervallis ingerenda alimenta ne diftento ventriculo contumacius reddatur diaphragma refpirationis organum.

d Expedit Afthmaticis abftinere allio ut acri & erodenti, à carnibus hic defignatis, ut ægrè coctilibus, quæ pro exemplo fimilium ciborum funt hic adductæ. A clamore autem & ira pro exemplo omnium quæ fpiritus organa nimia tentione rumdere poffunt. *Gal.*

Aftra, Aftronomia.

Qui mutationes temporum, Aftrorúmque ortus & obitus, ut horum quæque eveniant, tenuerit, is utique futurum anni tempus prævidere [a] poterit. Hac ratione inveftigando, qui temporum occafiones præfenferit, is maximè cujufque naturam cognoverit, & plerumque fanitas illi contingit, minimúmque in arte à recta via aberraverit, & cætera. Intelligetque ad artem medicam Aftronomiam multùm conferre, quippe cùm unà cum anni temporibus hominum ventriculi mutationes accipiant. L. *de aëre. loc. & Aqu. pag.* 253. (Unde plura articulo de temporibus anni & de canicula)

Aftris exterior corporis habitus refpondet. Soli medius, Lunæ verò qui ad cavitates fpectat. L. *de Infomniis. pag.* 354.

Quinetiam Syderum ortus & occafus nofcendi funt, ut mutationes & ciborum ac potionum redundantias, ventorumque & totius mundi, ex quibus fanè morbi hominibus proveniunt, obfervare fciat. L. 1. *de Vict. rat. pag.* 302.

a Qui Aftronomiam ignorant, minimè obfequuntur Hippocrati ad illam ob ufum prædictionum cohortanti, *inquit Gal.* ad *Text.* 1. *L.* 1. *Epid.* At malè ex hoc textu aliifque adductis inferunt Aftrologiæ judiciariæ addicti hanc fuiffe Hippocrati notam approbatamve, ut monet hic *Martianus* cenfens folam Aftronomiam, quâ obfervantur temporum mutationes & aftrorum ortus, occafufque Hippocrati notam folamque Medico neceffariam quam etiam maximè commendat *Fernelius*.

[a] *Astralagus*, infra *Articulo de Calce.*

Astralagus Mensura Species passim.
Athletarum Habitus.

Affectio Athletica non est à [a] natura, præstat in omnibus habitus salubris. *Lib. de Alimento. pag.* 362.

Habitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt periculosi, si in extremo constiterint. Neque enim possunt in eodem statu permanere, neque quiescere. Cum verò non quiescant, neque possint proficere in melius, reliquum est ut decidant in deterius. His de causis bonum habitum statim solvere expedit, ut corpus rursus nutriri incipiat. *Aphor.* 3. *Sect.* 1.

Mirum est quod etiam exuperantia [b] bona morbi sunt. *Ex Epistola Abderitatum ad Hippocratem.*

Atra bilis, * *fax Sanguinis*, *Melancholia vulgò.*

Quibus pingue [a] abundat, bilis flava gignitur. Quibus verò Sanguis, atra. L. 6. *Epid. Sect.* 6. *Text.* 3.

Considerandum est corpus biliosum & sanguine præditum atram bilem plurimam gignere, nisi effluvia habeat. *Ibid. Text.* 27.

Qui natura sunt sanguinei, & aliquantùm biliosi, acidis ructibus conflictantur, atque verendum [b] ne in atræ bilis morsum desinant. L. 2. *Epid. Sect.* 3. *pag.* 990.

Atra bile vexati morbo quoque comitiali corripi consueverunt, & morbo comitiali laborantes atra bile vexari. At horum utrumque magis accidit, prout ad alterutram partem morbus inclinaverit. Etenim si in corpus morbo comitiali laborant, si in mentem verò atra bile [c] vexantur. L. 6. *Epid. Sect.* 3. *Text.* 54.

Quibuscumque inferius cruda dejiciuntur ab atra bile [d] fiunt. Si plura pluri, si pauca pauciori. *Aph.* 70. *Sect.* 7.

a Officulum propè quadratum infra infimos tibiæ & suræ processus comprehensum.

a *Galenus in Comment. Aph.* ponit duplicem euexiam, unam absolutè sic dictam, qualem habent plures agricolæ ruralibus negotiis utilem, quæ nunquam ad extremam repletionem deducat. Alteram Gymnasticam eorum scilicet qui totam vitam in Gymnasticis exercitiis ducunt, qui dum carnis molem augent, periculum incurrunt ne aut vasa rumpantur, aut calor nativus suffocetur cum repentino interitu.

b Itaque si quis plenior & coloratior seipso factus videatur, suspecta sua bona habere debet. Inquit *Celsus.*

* Junge Articulum de Dejectionibus nigris, & de Melancholia.

a Pingue etiam dulce comprehendit uti mel, saccharum, lac, quæ facilè bilescunt, ex *Galeno*, quem ideo carpit *Martianus*, non leve discrimen affignans inter pinguia & dulcia.

b Sanguinei, ætate inclinante melancholici evadunt, quibus si accesserit bilis, sunt duplici nomine in hanc mutationem dispositi, quæ adustione & exficcatione contingit.

c Delirio scilicet melancholico.

d Etenim atra bilis nativo calori prorsus infesta, fa-

cit ut in ventriculo plura excrementa cruda generentur, *ex Comment. Galeni.*

e Quod patet ex diuturnitate & contumacia febris quartanæ, morborumque melancholicorum.

f Est enim magna affinitas inter atram bilem, & sanguinem crassiorem ex hæmorrhoidalibus venis manare solitum.

g Tum quod sanguinis redundantiam vacuent, tum verò ejus fæcem melancholicam expurgent.

Atra bilis cum eorum omnium quæ insunt in corpore, fit glutinosissima, maximè [e] diuturnas stationes facit. *Ex L. de Nat. hominis. pag.* 181.

In profluvio quod fit per hæmorrhoidas velut quidam bili atræ [f] affine effluit. L. *6. Epid. Sect.* 5. *Text.* 24.

Atra bile vexatis & renum passionibus, hæmorrhoides supervenientes, [g] bonum. *Aphor.* 11. & 20.

Atra bile vexatis & phrenetide hæmorrhoides utiles. L. *de Indicationibus.*

Pungentes prurigines & atræ bilis vitia minus sentiunt mulieres, quàm viri, nisi menses defecerint. L. 2. *Prædictorum. pag.* 108.

* Actum superiori Articulo de atra bile, quæ sit fæx sanguinis, nondum sit tamen atra bilis propriè dicenda, sed succus melancholicus, qui tamen nisi vacuetur sit evasurus in atram bilem, *ex Gal ad Aph.* 33. *Sect.* 5. At hic de atra bile propriè dicta quæ excedendi & ulcerandi vim habet, in terramque jacta eam fermentet & excutiat, mordax ut acetum. *Ex eodem Gal. ad Aph.* 21. & 23. *Sect.* 4.

a Hæc Prognosis adeò firma, ut prædicentem nunquam decipiat, inquit *Martianus post Varandeum & Mercurialem.* b Ut quæ non differat à cancro ulcerato. *Gal.*

*Atra bilis * exquisitè dicta.*

Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis supra vel infra exierit, lethale. *Aph.* 24. *Sect.* 4. Febrium initio si atra bilis sursum aut deorsum prodierit, lethale. *Coac.* 68.

Quibuscunque ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, sive quovis alio morbo extenuatis, nigra bilis, sive uti sanguis niger desubter exierit, postridie [a] moriuntur. *Aph.* 23. *Sect.* 4.

Difficultas intestinorum, si ab atra bile incœperit [b] lethalis. *Aph.* 24. *Ibidem.*

a Hæc duo sunt aliis oleribus aquosiora. *ex Gal. L.* 2. *de Alimentorum facultatibus.*

Atriplex, [a] & Blitum.

Atriplex humida est, nec tamen alvum dejicit, Blitum calidum, neque alvum movet. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 329.

Κυαυτή. *Siccatorius morbus*, infra.

Avena, Bromus.

Avena in cibo & [a] sorbitione sumpta refrigerat & humectat. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 324.

a Probabile est innotuisse Hippocrati polentam recentiorum ex avena paratam Gallis *Gruau* dictam, frequentatam non modò in jusculis pro plebecula, sed etiam in lautiorum sorbitionibus pulticulisque.

Aves, Aviculæ, Volucres.

Per exuperantes terræ [a] siccitates volucrum genus probè valet. L. 6. *Epid. Sect.* 4. *Text.* 24.

Volucrum omnia ferè genera quadrupedibus [b] sicciora, nam quæ vesicam non habent, neque urinam reddunt, neque salivam fundunt, prorsus [c] sicca sunt. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

a. b. c. Aves sicciore quã nos sunt temperamento, siccis temporibus rectiùs valent, siccioribus cibis vescuntur, paucoque potu sunt contentæ. *Gal.*

Anatis carnes & reliquarum palustrium avium omnes humidæ existunt. *Ibid.* Carnes corpori levissimæ catulinæ, volucrum [d] & leporinæ. L. *de Affect. pag.* 545.

[Avicularum carnes & juscula passim præscribuntur ab Hippocrate in victu ægrotantium. *De iis in specie, vide suo loco.*]

d Ex avibus præter Gallinaceum genus optimi phasiani, perdices, atagenes, columbæ, merulæ, turtures, turdi, passerculi. *Gal. L. de cibis boni & mali succi.*

Aures. Mira earum Conformatio.

Aurium foramina ad os siccum & durum lapidi [a] simile proveniunt, cui cavitas fistulosa addita est. Soni autem in durum impingunt, & os cavum per ipsum durum insonat. Pellicula verò in ipso meatu auditorio, juxta os durum tenuis adinstar telæ aranei, præ aliis pelliculis siccissima. Quod autem siccissimum est, id ad sonum concipiendum maximè facere pluribus argumentis comprobatur. Cum ergo plurimum resonat tum maximè audimus, & si cerebrum ipsum sonum facere quidam dixerint, quod nullo modo fieri potest. Cum humidum sit, & ipsum ambiens membrana humida & crassa, eamque ossa circundant. At

a Unde etiam petrosum nuncupatum.

nullum humidum sonum facit. Carptim, *ex eod. Lib. pag.* 211. 212.

Aurium Affectus.

Auris [a] dolor acutus cum febre continua & vehementi gravis. Periculum enim delirii &, mortis adfert. Cum igitur hic morbus sit lubricus, celeriter à primo die ad omnia signa animum admovere oportet. Moriuntur autem in hoc morbo [b] juniores quidem septimo die aut citius, senes verò tardius; nam & febres, & deliria minus eis suboriuntur, auresque ob eam causam suppuratio præoccupat. Verùm his ætatibus succedentes morbi reversiones, plures interficiunt. Juniores verò prius quam auris suppuret, intereunt. At si pus album effluxerit juniorem superfuturum spes est, siquidem aliud quiddam bonum signum supervenerit. L. *Prænot. pag* 54. *&* *Coac.* 189.

Inflammationes quæ circa aures fiunt, & in ipsis auribus sæpius tertio die [c] occidunt. (Seu ex communi versione ab auribus & ad aures, tertio die pereunt.) L. *6. Epid. Sect. 6. Text.* 14.

Æstate in aurium inflammationibus quinto die eruptiones fiunt; aliquando etiam longiùs perdurant. Sic & quæ circa gingivas & nares suppurationes fiunt. *Ibidem. Text.* 24.

Cum pituita ad aures fluxerit, primùm dolorem exhibet, quoad fistula [d] contracta fuerit. Ubi autem fluere consueverit, non amplius infestat. At verò ei quem dolor detinet medicamentum natura calidum tepefactum & [e] metopio subactum infundendum, & retrò cucurbita admovenda, ad dextram [f] si sinistra auris doluerit; ad sinistram verò si dextra, nec cutis scalpello pertundenda, sed ut trahat tantùm. Quod si his dolor minimè sedetur, ea quæ naturâ refrigerant frigida infundito, & medicamentum infra purgans propinato. Supra autem minimè, cum nil conferat vomitus, & in reliquo refrigerantibus utendum. Semperque

a. b. Aurium dolorem vocant Medici, cum qui profundum meatum occupat, nunquam enim vehemens dolor aurem externam vexat. At internus periculosus ducto in consensum cerebro. Vnde delirium & mors impendet, præsertim junioribus ob calidum & biliosum temperamentum *Gal. hic.*

c Nec tutus in tam præcipiti dolore Narcoticorum usus, cum viderit *Zacutus Inst.* Ægrum post impositum auri opiatum remedium, tremore, vertigine, lethalique somno brevi oppressum.

d Seu quoad suppuratione factâ pus effluere cœperit, tunc enim moderatur dolor. *Ex Aph. 47. Sect.* 2.

e Metopium, unguenti genus, de quo suo loco.

f. g. Fit enim revulsio non modò secundùm longitudinem sursum ac deorsum: sed & secundùm latitudinem dextrorsum & sinistrorsum. *Gal. ad Aphor.* 68. *Sect.* 5.

perque modus qui ſanitatem non inducit [h] permutandus eſt. At ubi fiſtula contracta fuerit, multaque ſanies purulenta & graveolens effluxerit, iſtud ita faciendum. Spongiam ſicco quodam medicamento, ſiccandi facultate prædito, imbutam quàm penitiſſimè in aurem indito, & medicamentum purgans naribus admoveto, ut quod prius ad aures fluebat in [i] nares feratur, nec cum morboſum exiſtat, rurſus ad caput redeat. *L. de loc. in homine. pag.* 406.

[h] Quò pertinet famoſa illa indicatio à juvantibus & lædentibus deſumpta.

[i] Quod derivare vocant Medici.

Si dolor aures occupet, multa calida lavare, & aures fovere confert, & ſi quidem ab his pituitæ extenuatæ è capite educantur, dolorque deſinat, hæc ſatis ſunt. Sin minus optimum fuerit medicamentum quod pituitam ſurſum [k] purgat, propinare, aut caput medicamento quod pituitam educat purgare. Hic verò etenim dolor ſuboritur, ubi intrinſecus ad meatum auditorium pituita è capite illapſa fuerit. L. *de Affect. pag.* 258.

[k] At cum vomitoria hæreant, moveantque, tutius eos deorſùm vacuare.

Ad auris dolorem [l] lacte utendum. L. 2. *Epid. Sect.* 5. *Text. ultimo.*

[l] Quod egregium anodynum exterius admotum.

Graviſſimos aurium dolores affixa [m] cucurbitula tollit. L. 2. *Epid. Sect.* 6.

[m] Cucurbita circa aurium glandulas admota ſanatus fuit deſperatus æger à *Zacuto Luſit. L.* 1. *Praxis mirandæ.*

In acutis morbis murmur edentes ac tinnientes aures mortem prænunciant. *Coac.* 193. (ſeu Bombus [n] in acutis & Echo in aure lethale. *Ex Verſione Dureti*).

[n] Bombus flatus craſſior bombilans more apum. Echo verò ſeu Echus ſibilus & ſpiritus eliſio ſonũ tenuiorem edens, *ex Dureto*, quem conſule ſuper hanc ſequentemque ſententiam.

Aurium ſonitus cum viſus hebetudine, & ad nares gravitatis ſenſus mentis exceſſum, ac ex naribus ſanguinis profluvium præſagiunt. *Coac.* 194. & L. 1. *Prædict. Text.* 18.

Aurium ſordes hominibus dulces [o] lethales. Amaræ minimè. L. 6. *Epid. Sect.* 5. *Text.* 18.

[o] Ob maximum receſſum hujuſmodi bilis à ſuo naturali ſtatu. *Gal.*

In acuta febre aures obtuſæ vehementem inſaniam portendunt. (*ſeu ex Duret.*) in acuta febre obſurdeſcere [p] furioſum. *Coac.* 196.

[p] Ob degenerationem bilis flavæ in atram. *Duretus* Obſervamus tamen levem ſurditatem ſupervenire innoxiè paſſim febrium declinationi.

Abderæ Heropythus rectus & obambulans ex capite obdoluit, neque multò poſt decubuit. Febris erat ardens & acuta; ſtatim initio plurima bilioſa evomuit, & cætera. Sub decimum quartum diem obſur-

duit. Vigesimo deliravit. Quadragesimo multus e naribus sanguis erupit. Ad sexagesimum desierunt hæmorrhagiæ: verùm coxendicis dextræ [q] vehemens dolor tenuit, & cætera. Contigit autem ut febres majores essent, surditasque multa, aut ista quidem remitterent, & allevarent; verùm inferiorum ad coxendicem partium graviores fierent dolores. Ad octogesimum remiserunt omnia, & cætera. Circiter centesimum alvus biliosis multis perturbata est, nec pauco tempore talia multa procedebant, tandemque intestinorum difficultas r exavit. In totum autem tum febris tum surditas desierunt. Centesimo prorsus est judicatione absolutus. Febris erat ardens. *Æger Nonus. Sect. ult. L. 3. Epid.*

[q] *Duretus* notat *ad Coac.* 190. in hac Historia vicissitudinem quandam febris cum surditate & doloris coxarii, nam in levatione febris incrementum erat doloris coxarii; & contra in hujus febris remissione febris exacerbatio, in qua mutuâ laborum successione remissio non contigit ante octogesimum diem. Curatio verò absoluta centesimo, quæ propemodum miraculo apponi debeat.

Post Vergiliarum occasum [r] cui auris dolebat, is circiter vigesimum voce destitutus est, & dextra capitis parte ad motionem impotens, absque febre sudoribus correptus est. Auris dextra dexterque oculus non valde constiterunt, & quiddam ex inferiore parte attrahere videbantur. Ex sinistra autem parte oculus cum gravi dolore distortus est. Cervix ad duritiem devenit, & tertia post hora æqualiter doluit. L. 4. *de Morb. pag.* 1023.

[r] Vnde sumitur hyemis initium.

Aurium vulnera.

Auri [a] fractæ vinculum omne inimicum, neque enim ita laxo ambitu circundari poterit, & si magis opprimatur, plurimùm officiet, quando quidem & integra auris sub vinculo adstricta dolore, & pulsatione, & febre vexatur. Sed & ea sunt pessima omnino [b] cataplasmata, quæ gravissima. Quin pleraque & abscessum procurant. Cumque mucum plurimum, tum etiam molestiæ plenas suppurationes efficiunt. At his ad aurẽ fractam minimè opus est. Proximum certè si quid confert, locum habet farina glutinosa, quam neque gravem esse oportet, ac quam minimè contingere conducit. Interdum namque bona medicina est tum

[a] Auris ideò dicitur fracta, quod cum sit cartilaginosa ad ossis naturam accedat. *Galen.*
[b] Quod suppurationem promoveant in aure naturâ suâ exangui & sicca. *Ex eodem Gal.*

ad aurem tum ad cætera multa, quæ nulla [e] adhibetur, *& cætera L. de Articul. pag.* 840. *& Mochlico* 881. *plenius adducta.*

Autumnus.

Autumno morbi acutissimi, atque [a] exitiales magna ex parte: Ver autem saluberrimum & minimè exitiale. *Aph.* 9. *Sect.* 3. *&* L. 2. *Epid. Sect.* 1. (ubi additur Autumnum vespere accessiones movere.)

Autumnus tabidis malus. Ver quoque malum cum ficus folia cornicis pedibus similia fuerint. L. 6. *Epid. Sect.* 7. *Text.* 13. Quando eadem die modò calor, modò frigus fit, Autumnales morbos expectare oportet. *Aphor.* 4. *Sect.* 3.

Bilis æstate & Autumno in corpore obtinet. Quod his dignosces indiciis. Cum hac tempestate homines sua sponte bilem evomant, & per medicamentorum potiones biliosa repurgentur.

Per autumnum verò sanguis paucissimus [b] in homine gignitur, siquidem siccus est Autumnus, & hominem jam refrigerare incipit. Bilis autem atra Autumnotum plurima est, tum vehementissima. L. *de Nat. hominis. pag.* 176.

Autumnus sua feritate [c] & malignitate interaneorum animalia gignit, orisque ventriculi dolorem, qui tamen in ejusmodi morbis minus infestus est. L. 2. *Ep. Sect.* 1. *Text.* 3.

Autumnus sua feritate & malignitate [d] gignit febres horroris sensu [e] insignes, atramque bilem. L. 6. *Epid. Sect.* 1. *Text.* 13.

Autumnus [f] laboribus dicatus, insolatus habet crebros, cibos [g] instabiles, [h] vina, & arboreos fructus. L. *de Humoribus. pag.* 64.

Eumenis conjux Autumno bilem atram evomuit, quin & dolores id declarabant, & febres horroris sensu insignes vexabant, & oris ventriculi dolores, biliosa pauca vomuit, & lumbricum, & cætera. Eadem

e Vide quæ annotabuntur in hanc sententiam. *Articulo de Medicinæ faciendæ difficultate.*

a Autumno hoc in primis mali est, quod eodem die modò calor modò frigus dominetur, deinde quod æstatem excipiat, in qua humores multis adusti sunt, quibusdam etenim vires sunt debilitatæ. Præterea humores qui prius ad cutim movebantur & perspiratu digerebantur, per Autumni frigus in profundum corpus coguntur. Quæ sunt omnium hominum communia. Jis verò qui pravo victu utuntur auctarii vice poma accedunt, quibus repleti humorum malorum copiam facilè colligunt. *Gal. ad Aph.* 9. *Sect.* 3.

b Ideò Autumno paucissimus sanguis gignitur, quod is fit naturæ sanguinis adversarius. Quemadmodum enim ver caliditate & humiditate sanguini generando aptum, ita Autumnus frigiditate & siccitate adversus.

c A feritate autumnali.

d Præcipuè morbi procreantur, ferini inde dicti, tabes, mania, cancer, lumbrici; *ex Observatione Galeni.*

e Ob rationem afferendam in Lumbricis.

f Seu hemitritæi, seu tritæ Ophyæ.

g Non integer Autumnus, sed ejus initium novissimam partem æstatis excipiens ab ortu Caniculæ ad ortum Vergiliarum. *Dure.*

h Dum homines æstu anxii inconstanter in

anni tempeſtate ægri lumbricis conflictabantur. Carptim *ex L. 4. Epid. pag.* 1024.

B

Balbi, Balbuties, Blæſitas.

BALBUS,[a] calvus, & qui inter loquendum hæret, aut corpus hiſpidum habet, morbis conflictatur admodum melancholicis. L. 2. *Epid. Sect.* 5. *ferè initio.*

Quibus caput magnum, oculi parvi, ſi balbutiant, in iracundiam ſunt proni. Balbutientes & volubilitate linguæ præditi ii melancholici ut plurimùm bilioſi ſunt. L. 2. *Ep. Sect.* 6. qui pectus admodum[b] bilioſum habent, ii balbutiunt, furibundi[c] ſunt, & calvi. *Ibid. Text.* 2.

Ex linguæ hæſitantia liberat[d] varix ad dextrum aut ſiniſtrum teſtem enatus, & abſque horum altero ſolvi non poteſt. *Dicta Sect.* 8. *L.* 2. *Epid. circa initium.*

Balbi alvi profluvio[e] maximè corripiuntur. *Aph.* 32. *Sect.* 6.

In potu Elaterium[f] non dandum balbis. L. 2. *Epid. Sect.* 6.

In medicamentorum potionibus vitandi ſunt[g] balbi & blæſi. *Ex Libello de Veratri purgatione.*

Balnea Calida,[a] Thermæ.

Athenis quidam pruritu totius corporis, præcipuè tamen teſtium & frontis detinebatur, ac vehementer vexabatur. Cutis toto corpore craſſa erat, ac qualis in lepra, neque ulla ex parte apprehendi poterat. Hic nullis remediis juvari potuit. In Melum autem ad aquas calidas profectus prurigine & cutis craſſitie liberatus eſt, hydrope tamen periit. L. 5. *Epid. pag.* 1039.

NOTÆ.

hoc vel illud vinum; hos vel illos cibos feruntur. *Ex Martiano.*

a. τραυλότης Balbuties ſignificat ex Hippocrate tria linguæ vitia. Trauli verò ſeu balbi in ſpecie ſunt qui voces ſcriptas per litteras t & r. pronunciare non poſſunt. Pſelli qui litteram aut ſyllabam pronunciando prætereunt. Iſchnophoni quibus lingua titubat, & inter loquendum hæret. Vnde Iſchnophonia linguæ hæſitantia dicitur. *Ex Gal.* vide *Gorreum.*

b Hiſpidum ſcilicet & villoſum.

c Facilè in iram efferuntur, & maniaci evadunt aduſta tandem bile.

d Expurgando & revellendo morbi cauſam.

e. f. g. Ob copiam ſeri bilioſi & acris, quod in lingua balbutiem, in alvo diarrhœam excitat, itaque nullo vehementiori catarthico purgandi.

a *Gal. Lib.* 14. *Meth. c.* 15. meminit aquæ ſponte naſcentis in Leſbo digerentis facultatem, quæ hydropicis eſſet, balneatione utilis.

Balnea, & [a] *Insessus*.

Balnea ad hunc se habent modum. Aqua potabilis humectat & refrigerat, cum corpori humiditatem exhibeat. Salsum verò balneum calefacit, & siccat. Natura enim calidam humiditatem à corpore trahit. At balnea calida jejunum quidem extenuant & refrigerant, caliditate enim humidum è corpore trahunt, eoque in corpore vacuato corpus refrigeratur. Post cibum [b] autem calefaciunt & humectant, cum ea quæ corpori insunt in majorem molem diffundunt, frigida verò balnea contra, & cætera. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 332. 333.

Balneum in plerisque morbis contulerit, partim quidem assiduè, partim verò maximè. Interdumque eò minus utendum, cum ad id homines sint imparati. In paucis [c] enim domibus quæ sunt ad agendum necessaria, aut accommodata. Præparata reperiuntur, neque ministri qualitates decet. At nisi quis perbellè lavetur, non mediocrem incurrit noxam. Nam & tecto fumo carente opus est, & aqua liberali, & frequenti balneo, sed non admodum largè effuso, nisi res ita postularit, & detersione quidem potius minimè utendum. Quod si detersione opus sit, calido ipso & multò copiosiore quàm fieri soleat detersorio [d] medicamento utendum. Non pauca aqua affundenda & celeriter diffundenda. Via ad solium sit brevis, & ad facilem tum ingressum, tum exitum. Qui lavatur modicè se componat, & taceat, nihilque ipse faciat, sed alios perfundere & detergere permittat, & cætera. Et neque post recentem sorbitionem, neque post potum lavandum, neque statim à balneo sorbendum aut bibendum. Magni autem refert, si æger dum valeat, balnei cupidus fuerit, & si lavari assuetus. Tales enim appetunt magis, & loti utilitatem sentiunt, & læduntur non loti. In totum autem [e] pulmonum inflammationibus, magis quàm fe-

[a] Aquæ dulcis lavacra, quibus frequentius utebantur antiqui. At ex lacte etiam pro colici doloris levatione aliquando parant recentiores. Hujusmodi balneatione in lacte quotidie ad cutis elegantiam utebatur Popea Neronis conjux, secum idcirco trecentas asinas fœtas circumducens. *Ex Mercuriali.*

[b] Quod balnei calore celerius attrahantur cibi ex ventriculo in corporis habitum.

[c] Hinc concludit *Galenus*, tempore Hippocratis balneum non fuisse adeò frequens, ac tempore Romanorum.

[d] Smegma *Græcis* dictū. Pulvis scilicet ex nitro, sale, melle, lomento, fabarum furfuribus, hordei farina, & similibus, quæ aliquando liquore dissolvebantur, & ab exitu balnei cuti admoliebantur præsertim scabiosis: addit *Mercurialis* antiquiores Hippocrate usos fuisse etiam strigilibus quibus substituerit Hippocrates usum spongiarum *in hoc Textu.*

[e] Seu intelligas Hippo-

bribus ardentibus convenit. Nam lateris, pectoris, & dorsi dolorem balneum mitigat, sputum maturat, educit, & facilem spirationem reddit, & lassitudines tollit, cum articulos & extimam cutim emolliat, urinas provocat, capitis gravitatem solvit, & nares humectat. Sin verò apparatus penuria in uno vel pluribus deficiat, verendum est ne magis noceat quàm conferat. At quibus alvus est in morbis plus æquo [f] humida, iis balneum minimè opportunum est. Neque iis quibus plus justò [g] sistitur, neque prius soluta est. Sed neque eos qui viribus sunt exolutis lavare [h] oportet, neque stomachi fastidio laborantes, neque vomiturientes, neque biliosum eructantes, neque quibus sanguis ex naribus profluit, nisi parciùs [i] quàm occasio postulet effluat. Sin verò parciùs quàm expediat, profluxit, lavare convenit, sive corpus universum in reliquis, sive caput dumtaxat, utilitatem sentiat. Si igitur apparatus convenientes fuerint, & æger facilè balneum ferat, quotidie lavare expedit. Lavandi autem cupidos, si bis die laveris non peccabis. *L. de Vict. in Acut. pag.* 380. 381.

Hunc (causo scilicet laborantem, singulis diebus bis aut ter, capite excepto, calidâ lavato. In judicationibus autem [k] lavandum non est. L. 3. *de Morb. p.* 489.

Calida lavari dum quidem corpus calidam admotam superat, digerere corpus facit, sin [l] superatum fuerit gracile reddit. *De loc. in homine. pag.* 419. Balneum calidum, moderatum quidem corpus emollit & auget. Quod verò tempestivum modum excedit, siccas quidem corporis partes madefacit, humidas autem resiccat, & siccæ quidem humectatæ imbecillitatem & animi deliquium inducunt. Humidæ verò exsiccatæ siccitatem & sitim. L. *de Affect. pag.* 546.

Hermoptolemi uxorem hyeme febris & capitis dolores comprehenderunt. Cumque bibisset tanquam difficulter deglutiens exurrexit. Morbi [m] occasio ex horrore post balneum nata, & cætera. Ante mortem tribus aut quatuor diebus tantum interdum incidit

NOTÆ

cratem de vera Peripneumonia, cum Galeno, seu generalius de omni dolore thoracis quem balneum laxat. *Ex Dureto, hîc.*

f. g. Alvi profluvium non admittit balneum, quo æger jam à fluxu debilis redderetur adhuc infirmior, non admittit etiam alvi adstrictio, ne à balnei calore attollantur in superiores partes impuri fæcum halitus & fumi.

h. Magis enim spiritus exolverentur à balneo.

i. Quod præstitit ipse Hippocrates in Metone ad coeffundendum sanguinem. *Hist.* 7. *L.* 1. *Epid.*

k Tunc enim abstinendũ omnibus magnis remediis. *Ex Aph.* 20. *Sect.* 1.

l Superatur corpus dum sudore diffluit, unde sequitur spirituum viriumque dissolutio, quàm ut impedirent veteres inungebant etiam corpora. *Ex Gal.* passim.

m Tribus his in balneo adhibendo intentus sis oportet; ne scilicet inhorrescat æger, ne viscus

horror, ut corpus contraheret. Carptim *ex Hist. septima longiore adducta. L. 7. Epid. pag.* 1087. 1088. 1089.

Barba, tum virilitatis, tum fœcunditatis [a] *Index.*

Jis pubes & barba serior & rarior increscit, & infœcundiores existunt, quæ quibus superioribus partibus gibbus contingit. *L. de Articulis. pag.* 842. (ubi agitur de gibbo infra septum transversum assurgente.)

Barba muliebris.

Videndæ Historiæ infra *in Mensium suppressione.* Phaëtutæ & Mamysiæ.

Batos, Batydes, infra *Raia.*

Becchium [a] *Tussilago.*

Becchii radicem cum melle delingendam dato. *L. de Intern. affect. in Vlcere asperæ Arteriæ. pag.* 550.

Beta.

Betæ succus alvum dejicit, olus autem, [a] cibo sumptum alvum sistit. Radices magis alvum movent. *L. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

Alvum potius quam ventrem movet. *Ibid. pag.* 330.

Bilis, Biliosi, Picrocholi.

De bile dicendum quo modo & quam ob causam copiosior in homine [a] gignatur, & quo modo locus ejus qui est in hepate ipsam trahat. Ad hunc quidem modum ita se res habet; cum quis aliquid amarum & biliosum & lene comederit, aut biberit, tunc copiosior

NOTÆ.

aliquod primæ notæ imbecillum sit, & ne multitudo humoris crudi in primis viis contineatur. *Gal. 11. Meth. cap.* 20.

a Unde versiculus.
Barba viros, hirtæque probant per corpora setæ.

a Tusses & Orthopnœam juvat, unde desumptum nomen. Est autem modicè acris, ut sine noxa omnes thoracis affectus rumpat. *Gal. L. 6. Simplicium.*

a Edulium stomacho maximum si largius sumatur, ob tergendi vim manifestam. *Ex Gal. de hoc hic Martialis.*
Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ,
Quam sæpe petet vina piperque cocus.

a Præter causas hic adductas, multùm conferunt dolor & vigilia. Quoties enim ad doloris acerbitatem, accedit somni va-

bilis in hepate gignitur, tum confestim hepar dolet, quod pueri cor vocant, & cætera. Locus autem qui est in hepate, quicquid biliosi inest, ad se trahit, & si derepente copiosa bilis extiterit, hepar homini dolet, & copiosa ex ventre gignitur. Hoc enim si contingat, vetus bilis propter multitudinem ad ventriculum fertur, & inde tormina in ventriculo oriuntur, & ipsius pars quædam per vesicam, pars verò per ventrem foras procedit, sicque paucissima in homine existit, & dolores cessant. Carptim *ex L. 4. de Morb. pag.* 504. 505.

Pituita naturâ frigidissima est, sanguis verò calidissimus, bilis aliquanto sanguine [b] frigidior. L. 1. *de Morb. pag.* 445.

Bilis æstate & Autumno in corpore obtinet; quod his indiciis dignoscas, cùm hac tempestate homines sua sponte bilem evomant, & per medicamentorum potiones biliosa repurgentur; quod & ex [c] febribus, & hominum [d] coloribus patet. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 176.

Quibus pingue abundat, bilis flava [e] gignitur, & cætera supra *in Autumno.*

Acuti morbi ex bile oriuntur cùm ad [f] jecur confluxerit & ad [g] caput pervenerit. *L. de Judicat. pag.* 72.

Bilis pallida in hepate manens, ubi in humano corpore redundarit, ipsum corrumpit, ejusque noxius est & inutilis incola, inquit *Democritus Epistola de natura humana.*

Hæc quæ vides animantia reseco, minimè Dei opera odio prosequens, sed bilis [h] naturam & sedem inquirens: nosti enim quod ubi hæc redundarit, ut plurimùm hominum insaniæ causa est, &c. [i] hujusque immoderantia morbi existunt. *Ex eod. Democrito in Epistola Hippocratis ad Damagetum.*

[k] Biliosis seu calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, & quietem agere convenit. L. *6. Epid. Sect.* 4. *Text.* 13. impensè calido corpori, citò interna refrigeratio comparatur, Sole, igne, vestitu, æstivo tempo-

NOTÆ

cuitas, perennis fit humoris biliosi & æruginosi generatio, ut in Nephritico dolore. Eadem propè ratione in capitis vulneribus frequens est bilis vomitus. *Ex Aph.* 50. *Sect* 6. Unde *Duretus in Coacas & ad cap.* 48. *Praxeos Hollerianæ* docet fieri quandam reciprocationem doloris & vigiliarum ad bilis generationem: bilis verò ad dolorem inducendum & perennandas vigilias.

b Apparet sanè minus calida, quod non ita turgeat spiritibus, licet ratione siccitatis, quæ lima caloris, sit ipso sanguine calidior.

c. d. Æstate enim, & ea Autumni parte quæ æstatem excipit, febres biliosæ vigent, & hominum color ex insolatu & laboribus biliosior apparet. *Ex Text. Lib. de Humoribus, adducto in Autumno.*

e Quod pinguia veluti & dulcia facilè inflammentur, & sint æstuosa.

f g. Sic interpretor hic Hippocratem, ut bilis censeatur confluere ad jecur, dum non expurgatur per vesicam felleam in intestina. Ad caput verò pervenire dum è jecore superius ascendit.

h Unde patet resecandorum cadaverum, seu anatomiæ utilitas.

i At dum moderatè gignitur, & bellè expurgatur nō caret suis usibus; etenim intestina ad excrementorum dejectionem stimulat, & adhærescentem illis lentam pituitam detergit, & exturbat, quæ alioquin immodicè aucta in gravissima incommoda deduceret, *ex Fernelio.*

re

re, externa noxa. Contrario verò sic contraria conveniunt. *Ibid. Sect.* 5. *Text.* 34.

Febres magna ex parte à bile oriuntur. Vide infra *Tract. de Febribus.*

Febricitanti quidem & bilioso, si bilis suo tempore dispersa [l] fuerit, bono est. Sub cutem [m] verò effusa ac dispersa, ægro toleratu facilior, & Medico curatu promptior: effusa autem ac dissipata, & in unam aliquam [n] partem incumbens, malo est. *Ex Lib.* 3. *de Morb. pag.* 433.

k Vult *Gal.* calidas naturas ab Hippocrate vocari quæ non ingenito calore, sed acri & mordaci abundant.

l. Per intestina & per urinas expurgata.

m Vt in ictero supervenîete post septimum diem febris, *ex Aph.*

n Facit enim phlegmonem aut erysipelas *ex Salio* diverso, hic addo tunc committi etiam atrocissimum dolorem colicum nothum, cui medetur semicupium bilem dispergendo laxatis poris.

Borborygmi, [a] *ventris Rugitus.*

Quibus ilia suspensa murmurant, lumborum dolore superveniente, his alvi humectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo superveniat. *Hæc verò in Febribus. Aphor.* 73. *Sect.* 4.

Præcordiorum dolores, & tumores recentes sine inflammatione murmur exolvit circa præcordia exortum. Idque potissimum si cum stercore, urina & flatu prodierit. Alioqui ubi ipsum per se transmissum fuerit, juvat. Idque magis si ad inferiores sedes descenderit. *Ex L. Prænot. pag.* 48.

a Borborygmus, strepitus est à flatu editus cum scilicet neque magnus, neque multus existit, & cum aliqua mediocri humiditate deorsum movetur, unde detumescit venter. *Galenus hic.*

Braßica, Crambe.

Calefacit, per alvum secedit, & biliosa educit. *L.* 2. *de Vict. rat. pag.* 329. Alvum potius quàm urinam movet. *Ibid. pag.* 330. Acrimoniam quandam habet quâ alvum movet, simulque [a] boni succi est. *L. de Affect. pag.* 546.

Qui septimo die brassicam comedit cum adhuc difficulter spiraret. Circa abdomen emolliebatur, [b] rectè spirans effectus est, eique alvus exagitata. *L.* 6. *Epid. Sect.* 2. *Text.* 28.

a *Martianus* hîc tuetur Hippocratis sententiam de bonitate succi brassicæ adversus *Gal.* & provocat ad experientiam Neapolitanorum, qui rarò comedunt sine brassica, & sani degunt. Præterea semen ejus lumbricos necat. Ipsa verò brassica summo cibo sumpta crapulam discutit & vini noxam tollit. *Ex Aristotele & Dioscoride.*

b Liberat enim infartus pulmonum præsertim rubra,

Bronchia.

Cartilaginosa asperæ Arteriæ corpora Bronchia dicta. *L. de Vict. in Acut. pag.* 368.

Bubo.

Quibusdam dentes, quibusdam etiam [a] glandularum tumores morborum significationem afferunt. L. 2. *Epid. in fine Sect.* 1.

Abscessus veluti glandularum tumores, eorum quidem [b] locorum unde propagationes ducunt, atque etiam aliorum speciem [c] exhibent, ac præcipuè viscerum, ac tum certè si [d] maligni sunt. L. 6. *Epid. Sect.* 2. *Text.* 7.

In febribus ex glandularum tumoribus dolores, morbi diuturnitatem [e] prænunciant. *Coac.* 73.

Ex bubonibus omnes [f] febres malæ præter diarias. *Aph.* 55. *Sect.* 4. Sed & glandularum tumores qui in febribus accidunt, deteriores sunt, si in acutis statim quidem [g] remiserint. L. 2. *Epid. Sect.* 3. *p.* 988.

a Qui bubones vocantur in quacumque parte nascantur; licet specialiùs accipiatur bubo de inguinis tumore.

b. c. Cerebri dum juxta aures, cordis dum sub axillis, jecoris dum in inguinibus oriuntur.

d. e. Etenim de bubonibus verè dici potest quod de parotidibus. *Galenus* scripsit, ipsos esse minores morbo, inquit *Duretus ad Coac.*

f Etenim invaduat unà cũ visceretum inflammationibus. *Galen. hic.*

g Pessimi sunt quod nullam vim habeant indicandi, quale quid Andronici filio recurrens erysipelas portendit, ut pleniùs infra *in Crisi per abscessum.*

Bubula Caro.

Carnes bubulæ validæ sunt, & alvum sistunt, nec facilè concoquuntur, quoniam crassi & multi sanguinis est hoc animal. Et carnes ore sumptæ graves sunt, eædemque & sanguis & [a] lac. Quorum autem animalium lac tenue est, & sanguis similiter, eorum quoque carnes consimiles existunt. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 325.

Melancholicæ affectiones carnium bubularum esu ingravescunt, [b] quod earum natura superari [c] nequeat, neque quilibet ventriculus eas concoquere possit. Quo periculo rectè defungentur, qui iis [d] percoctis & quàm vetustis utentur. L. *de Vict. in Acut. pag.* 594.

a Lac bubulum ideò grave quod abundet butyro sua natura æstuoso, & caseo crasso & terrestri.

b. c. Veram existimat *Galenus* sententiam, at hîc malè assignari causam: non enim adeò melancholiam adaugent, quod sint crassioris succi.

Carnes corpori graves bubulæ, porcinæ moderatiores. *L. de Affect. pag.* 545.

NOTÆ.

d Remedium hic proponitur omnibus Dyspeptis, carnibus commune, ut excoquantur & diu serventur. Galli vocant *Mortifier*.

Buccinæ.

[Recensentur inter Conchylia, quorum succi alvum movent. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 327.]

Bulla in Lingua, infra *Lingua*.

[a] *Buprestis.*

(Frequens usus Hippocrati in subdititiis mulierum).

a Buprestis animalis genus specie ac viribus cantharidibus simile.

Butyrum, [a] vide plura *in Lacte.*

Butyrum, rhus, myrrham, resinam paucam, ex his uteri ulcera colluito. *Lib. de Nat. mul. & alibi passim inter Medicamenta.*

a Butyrum coquit ac digerit, eoque solo parotides, bubones, & oris inflammationes sæpe curantur in mollioribus corporibus. Ore sumptum confert pulmonum expuitionibus, etiam in pleuritide & peripneumonia. *Ex Gal, L.* 10. *Simplicium.*

C

Cæcitas, infra, *in Oculorum Affectibus.*

Cæcitas aliis Morbis succedens.

QUI insania corripiuntur, aut per se à morbis liberantur; iis dolor ad pedes aut pectus subiens, aut vehemens tussis oborta insaniam solvit. Quod si insania soluta nil ex iis accidit, cæcitas [a] sequitur. *L. de Indicat. pag.* 70.

Grandioribus natu & quos jam calor deficit, partium resolutiones aut insaniæ, aut [b] cæcitates contingunt. *Ex fine Stat.* 2. L. 1. *Epid.*

a Per abscessum calamitosum factâ crisi.

b Agit de iis quibus caput gravatur; & dolet cor cū ciborum fastidio, & cum senes in eo statu nequeant præ imbecillitate excrementa capite collecta excernere seu vomitu, seu hæmorrhagia, dum ea deponuntur in vicinos oculos, cæcitatem adferunt. *Galenus hic.*

Cachexia, infra *in Pituita*, *& Pituitoso Morbo.*

Calculus, infra *in Renibus & Vesica.*

Calidum innatum primigenium.

a Juvenes acriorem possident calorem, pueri copiosiorem, inquit *Galenus hic*, cujus consulendus Commentarius.

Qui crescunt, plurimum habent [a] calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus eorum absumitur. Senibus verò parum inest calidi innati, paucis propterea fomitibus egent. Hanc ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt. Frigidum enim eorum corpus. *Aph.* 14. *Sect.* 1. Istud nosse convenit, hominem prima ætate esse calidissimum, postrema verò frigidissimum. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 180.

a Certum est, si res accuratiore trutina existimetur non differre calidum primigenium à calido cælesti, cum de eo hic loquatur *Galenus ad Aph* 15. *Sect* 1. Neque aliud quicquam præter calidum innatum animal ab initio finxit formavitque, non aliud postea ad justam magnitudinem perduxit, non aliud denique ad finem usque vitæ aluit ac sustentavit, siquidem omnium actionum naturaliũ Auctor existit. Neque enim secundum Hippocratem præter hunc aliud quidquam est animantium natura, ex quibus verbis inferre licet ex Hippocratis & Galeni mente Calidum primigenium esse in singulis animantibus participationẽ quandam calidi cælestis seu ætheris quæ animæ substãtiam primis istis Medicinæ patẽtibus crassioreMinerva philosophantibus constituat.

Calidum, [a] *Cæleste*, *Æther.*

De cælestibus rebus in sublime positis nil dicere attinet, nisi quantum conferunt ad demonstrandum de homine & de reliquis animantibus, quod ex his constant & procreata sunt, quodque animo sunt prædita, & quod sanitas & morbus, quodque in homine inest boni vel mali inde proficiscitur. Nunc verò ipse sententiam meam aperiam. Quod Calidum vocamus id mihi immortale esse videtur, cunctaque intelligere, videre, audire, sentireque omnia tum præsentia, tum futura, cujus pars maxima, cum omnia perturbata essent, in supremum ambitum secessit, quod mihi veteres videntur æthera appellasse. Altera pars locum infimum sortita, terra equidem appellatur, frigida & sicca, multasque habens motiones, & in qua sanè multùm inest calidi. Tertia verò pars medium aeris locum nacta est calidum quid existens. Quarta pars terræ, proximum locum obtinens humidissima & crassissima. L. *de Carnibus. pag.* 206.

Caligo,

Caligo, Caligantes Oculi, infra *in Oculorum Affectibus.*

[a] *Calvitium.*

Qui calvescunt, ii sanè phlegmate redundant, quod per coitum in [b] capite agitatum & incalescens, in summa cuticula illapsum, ipsorum radices exurit, ita ut pili effluant. Eunuchi autem ideò non calvescunt, quod neque vehementiùs moveantur, neque phlegma in coitu incalescens pilorum radices exurat. *L. de Nat. pueri. pag.* 195.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calvi fiunt. *Aph.* 28. *Sect.* 6. Quicumque [c] calvi fiunt, his magnæ varices [d] non fiunt. Quibus verò calvis magnæ varices fiunt, hi rursus capillati fiunt. *Ibid. Aph* 34.

Varices qui in calvis apparent, nisi magni fuerint furorem iis portendunt. L. 2. *Epid. circa finem. Sect.* 5.

a Defluvium capillorum ex humoris penuria, quod pluribus explicat *Gorreus.*

b Existimat Hippocrates maximam seminis partem è capite deferri in pudenda, ut minus sit mirum exsiccato cerebro à frequentiore coitu succedere calvitiem. Celebre autem dicterium militum Iulij Cæsaris, quo calvities perhibetur indicium salacitatis. *Urbani servate uxores mœchum calvum adducimus.*

c Hic Aphorismus Galeno suspectus. At Mercurialis verum existimat, ita ut Aristoteles eandem sententiam mutuatus fuerit ab Hippocrate.

d Quoniam humor pravus & corrodens in capite retinetur. *Mercurialis hic.*

Calx, Calcaneum.

Qui ab alto desilientes calci cum vehementi impetu innituntur, iis ossa quidem diducuntur, venulæ carne circum ossa collisa sanguinem effundunt, tumorque ac dolor multus supervenit. Neque enim hoc [a] os exiguum est, subterque è directo tibia prominet, & communionem cum venis & nervis magnis habet. Huic quoque ossi posteriori parte tendo annectitur, unde syderationis periculum impendet. Quod si accidat, toto [b] ævo perdurat. Nam quæ aliæ sunt syderationes, velut ubi ex negligentiore decubitu [c] calx nigrescit, aux ex insigni diuturno-ve tibiæ vel femoris vulnere quod calci communicatum fuit, sive ex alio morbo diu supini recubuerint ægri, eæ diuturnæ & molestæ sunt, & quæ sæpe recrudescunt, nisi diligentia & longa quiete curentur. Quare quæ hujusmodi syderationes contingunt, eæ præter aliam noxam corpus quoque

a Est siquidem maximum omnium ossium quæ sunt in pede. *Ex Riolano.*

b Itaque insanabilis evadit, læsioque toto tempore perdurat *Gal. hic.*

c Etenim negligenter collocatus & jacens calcaneus sæpe nigrescit si compingatur supra durum aliquod positus, & perspiratu impediatur, *Gal.*

in ſummum d diſcrimen adducunt. Febres enim admodum acutæ ſuperveniunt, aſſiduæ quidem cum tremore & ſingultu mentem tentantes, & quæ paucis diebus ægrum è medio tollunt. Exiſtunt quoque venarum ſanguinem fundere ſolitarum livores, eæque velut e nauſeabundæ ſanguinem refundunt, & cancro propter compreſſionem occupantur. Carptim *ex L. de fractis. pag.* 793. 794. *L. de Art.* 878. *& ex Mochlico* 889.

Adoleſcentem per aſperam viam maturato curſu calcis dolor cœpit, interiore præſertim parte, quo loco nullus abſceſſus factus eſt, qui humorem cogeret. Quarto tamen die locus f univerſus nigricabat: ad talum uſque aſtragalum dictum & cavitatem illam quæ eſt ad planum pedis quod ςῆθος vocatur. Quod denigratum fuit non diſruptum erat; verùm prius è medio ſublatus in totum poſt curſum 20. diebus. L. 5. *Epid. pag.* 1048.

Cammarus, infra *Cancer piſcis.*

Cancer, *Carcinoma*.

Cancros a occultos omnes melius eſt non curare, curati enim citò pereunt, non curati longius tempus perdurant. *Aph.* 38. *Sect. 6.*

Abderæ cuidam mulieri cancer in pectore extitit, & ex papilla ſanies effluebat ſubcruenta. Intercepta autem fluxione mortua eſt. *L.* 5. *Epid.* in Fine, & 7. *Epid. pag.* 1113.

Qui cancrum in faucibus habebat, uſtione per os facta b convaluit. *Ibidem. pag.* 1113.

Lariſſæ Eudemus magnum & diuturnum patiebatur hæmorrhoidum effluvium, & cætera. In hoc manus medica eſt admota, tandem verò ex irritato medicamentis c cancro febris adorta eſt, nec ante mortem deſiit. L. 5. *Epid. pag.* 1043.

NOTÆ

d Ob ſympathiam calcis per nervos, tendines, & arterias cum cerebro; unde deliria: cum corde unde febres, cum ventriculo unde ſingultus, cum muſculis unde tremores & convulſiones. *Gal.*

e Venarum nauſeationes fiunt cum hæ ſanguinem expuunt, ac quaſi evomunt, more eorum qui nauſeabundi evomunt tandem. *Gal.*

f Ob gangrænam ſeu demortuarum venarum torporem ex prava partis deligatione. *Gal.*

a Cancros occultos *Galenus* interpretatur vel qui ſunt ſine ulceratione, vel qui ſunt in profundo corporis, puta palato, ſede & ſinu muliebri, quos extirpare omnino periculoſum. Ex iis verò qui ſumma corporis parte conſiſtunt eos ſolum curare tentandum eſt, ſeu ſecando, ſeu urendo, quos cum radicibus penitus extirpare licet. Ulceratos verò aggredi tum demum licet cum ægros adeò vexant ut ultrò manum medicam expoſcant, licet quidam Medici neque hos etiam extirpari ſinant, in omni cancro remediis agoniſticis abſtinentes. *Ad Aph. hic citatum.* b Ergo non omnis Cancer agoniſticam curationem reſpuit. c Ferro aut cauſticis medicamentis.

Cancri [a] fluviales, [b] marini lacustres.

Cancri fluvitiales præsertim, sed & marini alvum movent, & urinam provocant. Sale conditi siccant & attenuant, & alvum dejiciunt plerisque. Ex salitis siccissimi quidem marini, deinde fluviatiles, palustres maximè humidi. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 327.

Si gracilem febris urat, febrem exolvito [b] cammaro, & *cætera. Ex Lib. de loc. in homine adducenda in Victus ratione Ægrorum.*

a Cancri fluviatiles quovis tempore eduntur, at æstate meliores, & uberiores plena Luna. Humidum ac modicè refrigerans alimentum præbent, ut & marini qui minus commendantur. *Card. cap.* 4. *L.* 3. *de Sanitate tuenda.*

b Marini propriè dicti Cammari.

Cani, Canicies.

Cani [a] ob id contingunt quod longo tempore permeante in homine humido, eò quo humidissimum est secernitur, & in summa cute illabitur, ita ut attracta candidiore humiditate, pilus quam antea candidior evadat, ipsaque summa cuticula eo præsertim loco in quo cani sunt, quam in quovis alio candidior existat. *L. de Nat. pueri. pag.* 195. ubi plura.

a Canicies affectio est pilorum, qua cani fiunt à frigido pituitosoque cerebri excremento. Hanc curis, mœrore, metuque repente intra horæ vel noctis unius spatium contractam ostendunt *Historiæ apud Schenkium.*

Canis [a] Sydus, vulgò Canicula.

Sub cane & ante canem difficiles sunt medicationes. *Aph.* 5. *Sect.* 4.

Eadem hac ratione æstate à canis ortu 50. dierum spatio à Pharmacia cavendum, sed potius clysmis utendum ubi opus est. Alioqui idem discrimen imminet. L*ibello de purgatoriis Remed.*

Sub canem æstus magni, venti calidi, febres in quibus ægri sudoribus diffluebant, aurium tubercula multis aderant. L. 5. *Epid. pag.* 1054.

a Quæ in æstatem incidit illustrissima stella, Lanis *Canicula* vocatur. Hâc aliqui etiam canem vocant, abutentes nomine totius syderis quod canis vocatur octodecim stellis refulgens canis similitudine. *ex Gal. ad* 1. *Text. L.* 1. *Epid.* Tempus autem quo durant Canicula & Leo est 40 dierum. 20. scilicet postremorum Iulij. & 20. priorum Augusti. *Ex eod. Gal.* nunc verò cum anni supputatio correcta fuerit, à vigesima Iulii ad finem Augusti durant. *Ex Mercuriali hic.* Hujus, *ex Plinio*, tanta potestas ut maria subvertat, terras exsiccet, feras & varia animalia opprimat.

Canis, Catellus, Canina & Catulina Caro.

Caninæ carnes calefaciunt & ſiccant, roburque inferunt, non tamen per alvum ſecedunt. Catulinæ verò humectant, & per alvum dejiciunt. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

Pro opſonio carnem canis [a] majuſculi aut capræ edat. L. *de Intern. Affect. pag.* 574. in Lienis affectu. (paſſim verò canina præſcribitur in ægrotorum diæta. Catulina verò aſſociatur pullo gallinaceo aut columbino. Dicto L. *de Intern. Affect. in Hepatico Morbo.*

a Seu mediæ ætatis.

[a] *Cantharides.*

Potionem aquâ intercutem laboranti concinnabis ſi cantharidum trium ablato [b] capite, pedibus, & alis corpora ex tribus aquæ cyathis contrita exhibueris. L. *De acut. pag.* 397. Cantharides ſine alis & pedibus tritas 4. ex vini albi hemina exhibeto. L. *de intern. Affect. pag.* 578.

a Vis omnis cantharidum & bupreſtis erodere, ulcerare, menſes ciere, hydropicis auxiliari. *Dioſcor.*

b Quidam præceptorum noſtrorum eas injiciebat medicamentis urinam eicientibus. At quidam ſolas alas & pedes injiciunt, alii contra, at nos totas inditnus. *Gal. L.* 11. *Simplicium.*

Capilli. (*Junge quæ* infra *in pilis, trichiaſi & glandulis.*)

Capilli [a] ad hunc modum oriuntur. Ab oſſibus & cerebro ejusmodi incrementum provenit. Ab eo ſcilicet glutinoſo quod circumcirca exiſtit, in quo pinguis nihil eſt, ut neque in nervis. Si quid enim pinguis ineſſet à calore exuſtum eſſet. Ac forte miretur aliquis cur in axillis & pube, & reliquo corpore pili multi ſuccreſcunt. Cujus rei hæc eſt ratio, quod ubicumque in corpore glutinoſum exiſtit, ibi à calore gignatur. L. *De Carnibus. pag.* 211.

Qualem humorem caro attraxerit, ſive album ſive flavum, ſive nigrum, talem [b] colorem pilus imbuit. L. *De nat. pueri. pag.* 195.

a Sunt quidam congeniti, ut capitis, ſuperciliorum, palpebrarum, quidam poſt geniti, ut in mento, alis & pudendis; quidam toto corpore innaſcuntur. *Laurentius ex Ariſtotele.* Horum autem finalis cauſa triplex, quarumdam partium tutela, ut in ciliis, aliarum ornatus, ut in barba, fuliginoſorum denique excrementorum expurgatio, ut alibi in corpore & circum glandulas.

b Omni excremento humoris ſui ideam referen-

Capito

tes itaque biliosis flavi sunt, pituitosis albicant. Crispitudo autem vel rectitudo materiæ siccioris vel humidioris dispositionem indicant. *Ex eod. Laurentio.*

Capito inter pisces mala nota.
Capparis.

Tum cortex, tum semen potenter expediunt[a] pulmonum infartus. *L. 3. de Morb. pag.* 478. 479. & alibi passim.

a Lienes induratos etiam admotæ juvant, humores attenuant, urinam & menses cient. *Gal. 7. Simplicium.*

Caprina Caro, Hædina.

Capriñæ sunt bubulis leviores, & magis alvum dejiciunt, quia exangues magis & humidæ. L. 2. *de Vict. rat. pag.* 325.

Caprinæ carnes omnia quæ bubulis insunt[a] vitia habent, & cruditatem, flatusque & ructus magis movent, & choleram gignunt. Sunt autem quæ odoratissimæ, solidæ & suavissimæ, eæque optimæ percoctæ, & frigidæ. Quæ verò insuavissimæ, graveolentes, & duræ, eæ pessimæ, quinetiam recentes. Optimæ etiam sunt æstate, Autumno verò pessimæ. *Lib. de Victu in Acutis. pag.* 394.

a Sunt enim æque coctu difficiles ac bubulæ: at flatuosiores nidorulentos ructus movent, cumque acriores sint & calidiores, si incoctæ maneant choleram gignunt, qua ratione frigidæ calidis præstant. *Gal.*

Caput. Capitis[a] *conformatio.*

a *Gal. Comment.* 1. *in Lib. Epid.* Docet capita exigua semper mala, magna verò licet rarò, aliquando tamen bona. Exemplo Periclis, cujus magnum caput dicteriis lacessitum.

Hominum capita neque inter se similiter habent, neque suturæ capitis omnibus eodem loco sitæ sunt. Verùm cujus parte anteriore caput prominet (quod fit dum capitis pars rotunda plus reliquis eminet) huic suturæ in capite ad literam T similitudinem à natura sunt[b] comparatæ. L. *de Capitis Vulneribus. pag.* 916.

Capita suturas habent, alia quidem tres, alia[c] quatuor, & cætera.

Qui plures habent, hi capite melius valent. L. *de Loc. in homine. pag.* 402.

Eorum qui acuminato sunt capite, partim quidem sunt valida cervice, qui cum cæterorum membrorum,

b Ad liberiorem fuliginum expirationem.

c Sunt omnino octo: quinque propriæ ossa Cranij secernentes, & tres crassiores quæ calvam à maxilla, sphenoide, & ethmoide secernit; passim apud *Anatomicos.*

tum etiam ossium robore [d] præstant. Partim verò capitis doloribus & aurium fluxionibus tentantur. Quibus oris palatum cavum est, & dentes [e] permutatim variant. L. *6. Epid. Sect.* I. *Text.* 2.

Ex capite ossium natura æstimanda est, tum etiam nervorum, venarum, carnium, reliquorumque humorum ac superiorum & inferiorum ventriculorum, mentisque [f] ac morum L. *6. Epid. Sect. 6. Text. 26.*

NOTÆ.

d *Gal. in Comment.* approbat acuminata capita in iis quibus valida cervix inest.

e Nec rectè & ad amussim superiores inferioribus respondent. *Gal.*

f Itaque præcipua physiognomiæ ratio petita ex capitis conformatione quæ sit minimè Thersiatica, maximè verò ex facie ipsa, siquidem *distortum vultum sequitur distortio morum.*

Caput Origo [a] morborum.

Humanorum morborum caput [a] radix est, ex eoque maximè ægrotationes adveniunt. Cum enim toti corpori incumbat, eorum omnium quæ ingerantur reliquias & tenues humores non secus ac cucurbitulam attrahere convenit. *Ex Epistola Hippocratis ad Demetrium Regem.*

Caput fons [b] pituitæ, *initio L. 4. de Morb.* velut cucurbita corpori incumbens pituitam trahit, quæ cum viscosa sit, aliam ex alia ad caput sequitur. *Ibid.* Vide plura *in Pituita.*

Caput & lien morbis sunt maximè obnoxia; afficiuntur enim ab iis quæ natura insunt, cum plus justo accesserint, afficiunturque ab aliis humoribus, venas enim & multas & [c] crassas in se habent, cumque ad modum sint venosa & [d] cava amplam capacitatem alteri excipiendo humori exhibent, qui sensim ad ea procedit, & ei qui à natura inest permiscentur. *Ibid. pag.* 508.

Caput, cor, & lien omnis humoris participes sunt. Unum quodque nisi ægrotet, plurimum ejus qui cuique naturæ inesse dictus est particeps fit. Caput quidem pituitæ, cor sanguinis, lien aquæ. *Ibidem.*

a Hoc plenius constabit *ex Articulo de Catarrho.*

b Dicitur & metropolis pituitæ.

c Hoc constat de capite in cujus interiorem partem cerebrum scilicet, effunditur maxima sanguinis pars per venas jugulares in ejus sinus traducta: lien verò tot venulis & arteriolis abundat, ut videatur quoddam sanguinis promptuarium.

d Ob fungosam consistentiam tum cerebri cum lienis.

*Capitis notiores * frequentioresque Morbi, primùmque de ejus dolore.*

* Obmissi siquidem à nobis compendio studentibus, plerique alii rariores affectus quos describit Hippocrates, præsertim *L. 2. de Morbis*, puta de capite supra modum calefacto, de capite ulceribus completo, de ve-

nulis circa cerebrum & caput sanguinem effundentibus, de capitis repletione & torpore, de quibus consulendus *Petri Salii Commentarius*.

In febre acuta continens capitis dolor cum gravibus aliis [a] signis mortem minatur. Quod si neque mala alia signa adsunt, & 20. dies superat, aut sanguinis è naribus aut puris effluxum, aut abscessus ad inferiores partes denunciat; præsertim quidem in his qui nondum trigesimum [b] quintum annum attigerunt, fluxiones; in senioribus autem abscessus sperare convenit. Si verò dolor vehemens circa frontem ac tempora affligat, fluxiones expectandæ sunt. *Ex Coac.* 160. *& L. Prænot. pag.* 54.

Vomitus æruginosi & virulenti in capitis doloribus cum surditate & insomnia promptam [c] insaniam significant. *Coac.* 169.

In præcipiti morbo capitis dolores & [d] præcordia revulsa, nisi sanguis ex naribus profluat ad phrenitidem devenit. *Coac.* 119.

Dolores qui sine febre invadunt, ne interficiunt quidem, ac sæpius diuturni sunt, multasque mutationes habent ac recursus, &c. quos verò dolores sine causa & diuturni, & totum caput occupantes, jam graciles & viribus exhaustos affligunt. In his attendendum, morbum priore esse graviorem. Quod si in cervicem & dorsum relicto capite dolor descendit, rursusque in caput recurrit adhuc gravior existimandus est. At omnium maximè terret, si à capite ad cervicem & dorsum pervenerit. Eos verò juvari spes est, si abscessus aliquis eruperit, aut pus tussi rejectum fuerit, aut sanguinem per ora venarum fundere sint soliti, aut pustulæ per totum corpus pullularint. Ex usu etiam est caput porrigine tentari. *Ex* L. 2. *Prædictorum. pag.* 108.

Capitis dolore liberat [e] pus à naribus effluens, aut sputa crassa & inodora. Liberat & ulcerum eruptio, interdum verò somnus & alvi fluxus. *Coac.* 172.

Caput dolenti & circumdolenti, pus, vel aqua, vel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum

a Puta cum crebra æruginosæ bilis vomitione, cervicis dolore, amblyopia, aurium sibilo & delerio, unde cita mors, inquit *Duretus hic*.

b Iuvenibus, quibus tria hæc ad ciendam hæmorrhagiam necessaria sunt in promptu, naturale robur, meatuum libertas, & materiæ præparatio, *Duretus*.

c Melancholicam scilicet extasim, in qua insaniæ summa insunt omnia ex bilis æruginosæ in atram facili commutatione. *Duretus*.

d Inflammato diaphragmate, in cujus sympathiâ peritoneum trahitur hypochondriis adjacens, *Duretus*.

e *Duretus* explicat *Coac.* de inveterata cephalea, humoris crassi & frigidi sobole, qui suppuratus expurgatur per nares aut screatur per fauces, aut cujus causa antecedens

solvit. *Aph.* 10. *Sect. 6. & L. de Judicat. pag.* 71.

In capitis dolore sanguinem ex venis detrahito; quod si non cesset, sed diuturnus sit, venas inurito, & convalescet; si verò caput purgaveris magis [f] affliges. L. *de* Loc. *in homine. pag.* 417.

Capite vehementer dolenti quicunque ex locis superioribus affligantur cucurbitulam [g] admoveto. *Dicto* L. *de Judicat. pag.* 71.

Cum capitis dolores contigerint, in eo caput [h] multæ calidæ [i] lotione calefacere confert, & sternutamento excitato pituitam & mucos educere, ex quibus si dolor solvatur, hæc satis sunt. Sin minus caput pituita repurgandum, & sorbitione in victu utendum, & aqua in potu. Vinum autem minimè offerendum quoad dolor sedetur. Juvat etiam sanguis è naribus, aut ex vena frontis detractus: aut si vehemens & diuturnus capitis morbus evadat, neque à capite purgato tollatur, in eo caput pertundere aut venas [k] circumadurere convenit, hæc enim unica spes salutis. Carptim *ex initio* L. *de Affectionibus.*

Dolenti partem capitis posteriorem in fronte recta vena incisa [l] prodest. *Aph.* 68. *Sect.* 5. *&* L. 6. *Epid. Sect.* 2. *Text.* 19.

Echecratem cæcum, vehemens capitis dolor vexabat parte præsertim posteriore, quâ cervix capiti connectitur, & ad verticem progrediebatur. Progressu verò temporis & ad aurem sinistram, & dimidia pars capitis dolore tentabatur. Mucosa semper prodibant, ferè ambusta, & calor tenuis comitabatur. Ciborum fastidium aderat, per diem melius habebat. Ubi autem pus per aurem erupit, cuncta [m] cessarunt. *Ex* L. 7. *Epid.* 1101. 1102.

Capitis dolor à cra pula.

Quibus capita [a] debilia, ii nunquam egregii potatores sunt, quod eos crapula magis vexet. L. *de Aere. loc. & aqu.*

In

NOTÆ.

seu per alvum, seu per pustularum abscessum excernitur. *Galenus* verò interpretatur Aphorismũ de dolore quem vel inflammatio vel humoris crudi copia attulerit.

f Quod medicamenta caput purgantia calefaciant ut dicetur in *Caputpurgiis.*

g In nucha & occipite ad revulsionem à sincipite sæpius affecto aut vertice ipso.

h In fronte & sincipite non in occipite ob densitatem cranii.

i Observarunt *Schenographi in Holerium* inimicam aliis remediis hemicraniam. 40. annorum sanatam frigida frontis lotione frequenti.

k Iuvat & arteriotomia su temporali musculo cũ eventu miro *ex Gesnero.*

l Revulsa materia in contrarium ita sæpè diuturnæ oculorum fluxiones sanatæ misso ex occipite sanguine per cucurbitulas. *ex Gal,*

m Quemadmodum Echecrates inveterata cephalea liberatus puris per aurem excretione, sic & quidam prodeunte ex ejus meatu verme apud *Montanum.*

a Signum enim fortitudinis cerebri, non lædi à vini vaporibus ut docet

In capitis dolore ex crapula meri cotyla [b] potui danda: quod si aliter dolor contingat panis calidissimus cum mero in escam [c] propinandus. *Ex Lib. 2. Epid. in fine Sectionis. 2.*

Avicenna, hac ratione ut quondam Persis; sic nunc Germanis commendatur compotatio egregia.

b Quod cruditas crapulæ consectaria in ventriculo sanetur mero etiam, *ex vulgari disticho.*

Si tibi serotina nocet potatio vini,
Hora matutina rebibas & erit medecina:

c Idem notatum de brassica summo cibo sumpta, *ex Aristotele* supra.

Capitis dolor ab Vtero.

Qui ex fœtus corruptione & uteri tumoribus ad capitis gravitatem deveniunt; Iis ad [a] syncipnt dolores magis fiunt, & in reliquis uteri doloribus, iis citò aut decem mensibus in coxendicem morbus desinit, *ex initio. Lib. 6. Epid.*

Castoreum capitis ab utero dolores sedat. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1103.

Phæris mulierem ingens capitis dolor diu tenuit, quem neque purgato capite quisquam allevare poterat, melius autem habebat, cum ei expeditè menstrua prodibant. Hæc in intenso dolore capitis pessis odoratis levabatur, & aliqua ex parte purgata est, cumque concepisset, capitis doloribus levata est. *Lib.* 5. *Epid, pag.* 1040.

a Ita sanè si cerebrum in consensum uteri trahatur per fumos & vapores secundùm vasa transmissos, seu ex hepate, seu liene, seu ventriculo, seu utero. Tunc enim synciput afficitur. *Ex Gal. hic.* At si consensus is fiat per spinam, magis dolent vertex & occiput, testaturque *Langius* se centies expertum in hystericis, & in quavis uteri affectione solum verticem dolere prorsus pè futuram coronalem, ubi mulieres glaciale frigus & pondus se sentire frequènter affirmant.

Capitis [a] *Caries.*

a Consule *Comment. Salii diversi.*

Cum ossis capitis caries contigerit, dolor ex osse invadit; spatio autem temporis cutis à capite, modò hac, modò illa parte discedit. Ita autem afficitur cui ad duplicatam ossis laminam accedens [b] pituita reficcata fuerit. Hac enim parte rarescit, & omnis ab eo humiditas deficit, cumque siccum existat, cutis ab eo discedit. Hic morbus minimè [c] lethalis. *Lib. 2. de Morb. pag.* 453. Cum caries in osse orta fuerit os dolor [d] corripit, successu verò temporis tenue evadit, inflatur, in eoque fractura contingit. Quod si secueris, os distentum, fulvum & asperum invenies. Quibusdam verò ad cerebrum usque corrosum. Cum ita habentem offen-

b Pituitam vocat alimentum in spongiosa cranii parte delatum ad totius calvæ nutritionem *Salius.*

c Itaque hic affectus aliquando occurrit, qui si arte tractetur, minimè fit lethalis. *Salius.*

d A carie subjecti ossis vel abscessu dolor certo loco designatur, cutis tandem ab osse discedit, cutem itaque in cruce incidito.

NOTÆ.

materiam vacuato, os rađito; inquit *Holerius, cap. de diuturnis capitis doloribus.*

deris, si ultra corrosum fuerit, sinere optimum, & citissime ulcus curare. Si verò perforatum non fuerit, sed asperum, derasum ad duplicem usque laminam curato. *Ibidem. pag.* 461.

Capitis Vulnera.

a Non sunt tamen periculi expertia quæ solum cuti musculosæ inflicta, nisi arte tractentur, quod confirmat *Schenchius* illustri exemplo Caroli Hispaniarum infantis ex simplici capitis vulnere negligentius tractato in vitæ periculum adducti. Notandaque omnino *Parei* observatio in cranii fractura, non esse ægros penitus securos nisi post diem centesimum.

b Facta commotione humorum spirituumque in cerebro.

c Ex recenti humorum agitatione, non ex diuturniore eorum corruptione.

d Ne convulsio aut insania superveniant. *Ex Aphor. 65. sect. 5.*

e. f Forsan intelligendus Hippocrates de observatione sanguinis missi ex vena ad arcendam inflammationem secta, quem præstet purulentum deprehendi; cur autem hujusmodi pus probetur Hipocrati altioris est disquisitionis.

g Vult id membrum quod syderatione tentatum sup-

Ea præcipuè mortem afferunt quæ cerebrum [a] attingunt. Quin & hujusmodi omnia terrent, os insigne denudatum, os medium dissidens, os diffissum. At si ulceris osculum exiguum fuerit, ossis verò fissura longè pertingat, periculum majus est. Quæ omnia magis terrent ubi suturam contingant, & in summa corporis parte existunt. Percontari autem convenit in omnibus effatu dignis capitis vulneribus ubi adhuc recentia sunt, num qui læsus sit conciderit, aut profundo sopore correptus fuerit? hoc enim in casu majore cura opus est, nimirùm quod vulnus [b] cerebrum senserit. Quod si recens plaga non fuerit, alia signa in considerationem adhibenda. Præstat igitur eum neque febricitare, neque insuper sanguinis profusionem aut inflammationem, aut dolorem aliquem accedere; aut si eorum quippiam appareat circa initia tutissimum [c] est fieri, paucoque tempore perseverare. Confert quoque in doloribus etiam inflammationes quæ in ulceribus fieri solent, [d] supervenire. In sanguinis autem [e] profusionibus pus [f] in venis conspici. At febris die 4. aut 7. aut undecimo exorta valde exitialis est. Quamplurimis autem judicationem subit, si quarto quidem vulneris die febris cœperit, undecimo. Se verò die septimo febricitarit, die decimo quarto, aut decimo septimo. Quod si undecimo febris cœperit, vigesimo. At si febrium initiis delirium succedat, aut aliquod membrum syderetur, mors expectanda est, nisi optimum aliquod signum supervenerit, aut corporis virtus subsit. Verùm quanam ratione id contingat, animadvertendum est; nam & homini spes aliqua restat salutis. At [g] claudum fieri

articulum in quem malum decubuit, necesse est. Et cætera, *Ex Lib. 2. prædictorum. pag.* 101.

Ulcera magna in capite & reliquo corpore [h] quarto die inflammatione tentari incipiunt. Septimo verò sedatur inflammatio, aut decimo quarto, aut vigesimo. *Lib. de Carnib. pag.* 218.

Cerebrum ad [i] synciput celerrimè & maximè sentit offensas, quæ in carne & osse fiunt. Cum hoc loco osse tenuissimo & exigua carne tegatur, magnaque parte sub syncipite situm sit. Ex reliquis ossibus, quod est ad tempora [k] maximè imbecillum est, committitur enim infernæ maxillæ calvaria, movetur que in temporibus sursum & deorsum, articuli in modum, auditioque huic est vicina, venaque cava & valida per tempora fertur. At ex universi corporis osse id quod secundùm verticem est & post aures validius est quam id totum quod parte anteriore continetur, carnemque copiosiorem & altiorem in se habet. Sanéque sub hoc casu ubi ex læsionibus & telis omnibus æqualibus & similibus majoribusque ac minoribus, similiter aut gravius quis fuerit vulnetatus, hac capitis parte os minus frangitur & colliditur, ac si alioqui ex vulnere homo periturus sit, diutius vitam trahet qui in occipite vulnus accepit, fereque plures servantur ex iis qui in parte capitis posteriore quam qui anteriore vulnus acceperunt. Ex vulnere etiam capitis ubi quis periturus sit, quacumque parte acceptum sit, hyeme [l] quàm æstate diutius vivit. *Lib. de cap. Vulneribus. pag.* 917. 918.

Bilis vomitus vulneri succedens malum [m] denunciat, præsertim in capitis vulneribus. *Coac.* 507. In capitis ictu obstupescentia, & desipientia [n] malum. *Aph.* 14. *sect.* 7.

Capitis vulnus nulla [o] re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quam minimùm. *Lib. de capitis Vulneribus. pag.* 922.

Sub Vergiliarum [p] occasum Metrophanti puer testa in caput ictus, cum ad 12. diem pervenisset, febrici-

NOTÆ.

posuit paulò supra claudum, id est infirmum ad modum remansurũ, quod observasset id ita contigisse in quibusdam vulneratis.

h Etenim 4. die fit prima naturæ ephodos seu insultus in materiam acutiorum morborum.

i Quod ad synciput ubi concursus fit coronalis suturæ cum sagittali, quem fontenellam vocant, sint molliora ossa & magis tenella.

k Tempora ossium tenuitate, vasorum amplitudine, subjacentis cerebri ubertate, nervorum musculorumque virtute, gravissimis malis objecta sũt. Ibi facillima cerebri sympathia, ibique ictui mitiori minus resistitur, quàm alibi ingenti telo. *Duretus ad Coac. 1 Tractatus de capitis vulneribus.*

l Calor enim naturalis hyeme vegetior: at æstate humores citius putredinem concipiunt, ex imbecillitate caloris naturalis.

m Lacessito ventriculo à bile, unde venit etiam cardialgia, singultus & proritatio nauseabunda. Vide plura apud *Duretum.*

n Hæc enim denotant vulnus cerebri substantiam penetrare. *Gal. hic.*

o Quod vulnera capitis sint curanda ex siccatione ichoris quo abundant.

p Incipiente tunc hyeme.

tavit. In causa autem fuit quod cum ulcus abstergeret, partes ambientes perfricuit, & perfrigeratus est, statimque ulceris labra intumuerunt. Ultra ulcus undique cutis est extenuata. Cum verò non cunctanter sectus fuisset, neque pus effluxit, nec levamentum adfuit, sed secundùm aurem ad maxillam dextram videbatur pus colligi, hac enim parte ulcus extitit. Tandem neque hoc etiam suppuravit, & in humerum dextrum [q] pus subitò collectum est. Obiit circa vigesimum quartum. *Lib. 4. Epid. pag.* 1023.

q Mirum forsan videbitur alicui hanc materiæ apothesim seu decubitum non profuisse cum facta fuerit à parte nobili in minus nobilem abscessus capacem, morbóque inferiorem, & è directo partis primùm affectæ.

Pulchra erat virgo Nerii filia annos 20. nata, cuià muliercula amica ludente, lata manu syncipüt pertusū est, ac tum quidem oculorum caligo corripuit, & sine [r] respiratione erat. Cumque domum pervenisset illicò febris vehemens cepit, & capitis dolore tentata est cum faciei rubore. Septimo autem die ad aurem dextram pus graveolens, aliquantum rubrum cyatho amplius prodiit, melius habere visa est. Rursus invalescente febre in somnum propensa erat, neque loqui poterat. Faciei pars dextra convellebatur, difficultas spirandi ac convulsio cum tremore aderat & lingua impediebatur, oculusque stupefactus est. Nono periit. *Lib. 5. Epid. pag.* 1048. 1049.

r Ideſt apparuit tantisper omni animali facultate prope destituta; itaque non dubitandum eam cecidisse neque pernerisse domum nisi deducentium amicorum auxilio.

A Macedone quidam lapide in caput percussus decidit. Tertio die vox defecerat, corporis jactatio erat, febris pauca, tempora parum pulsabant, nil omnino sapiebat; & cæt. Quarto die mador circa frontem tum sub naso ad mentum usque erumpebat, & mortuus est. *Ibidem. pag.* 1050.

Abderis palæstriæ custos, Stenæus nomine, cùm multum valentiore luctatus [s] in caput lapsus; & cætera, tertio die obiit. *Lib. 6. Epid. sect. 8. text.* 53.

s Unde ingens cerebri commotio.

Isagogæ filius occipite vulneratus collisо osse & denigrato superstes [t] evasit. *Lib. 7. Epid.* 1095.

t Hæc Historia comprobat admissa occipite vulnera esse minus periculosa.

Capitis Fracturæ.

Plures [a] sunt fracturæ formæ. Os sub vulnere finditur,

a Hic omnino quinque

ditur, offique fub rimam habenti, fiquidem fiffum fuerit, collifionem accedere eft neceffe. Quodcunque enim telum os findit, idem os plus minus collidit; idque ubi rimam facit, hoc genus unum eft. Rimarum autem variæ funt formæ; nam & tenuiores funt, & tenuiffimæ, ita ut quædam non fint [b] confpicuæ, quæ mortem afferunt: quædam latiores & craffiores; quædam etiam latiffimæ. Aliæ longius protenduntur, aliæ brevius, quædam etiam in rectum tendunt, quædam rectiffimæ, quædam curvantur, quædam penetrant altius.

Contundi autem os poteft, offe naturaliter fe habente, ut rima nulla accedat, atque [c] alter hic modus eft: at plures contufionis formæ, nam plus aut minus & altius per totum os contufio pervadit, aut minus altè, neque per totum os, & ampliorem aut minorem tum longitudinem tum latitudinem occupat, &c.

Os medium defidit, ubi intrò recedit unà cum rimis, alioqui non defideret. Atque hic tertius [d] modus. At ubi telum in offe veftigium reliquit, utique rima adjici poterit, & ad riam collifum accedere neceffe eft magis aut minus, & cæt. Quartus [e] hic modus eft, cum teli veftigium in offe remanet, teli autem fedes dicitur, cum os fuo ftatu permanens, manifeftum fecerit, quà telum infederit, &c. Præcifio autem quantamcumque longitudinem & latitudidem [f] offis occupet, ad teli veftigium refertur, dummodo alia offa quæ præcifionem continent, in fuo ftatu maneant, neque unà cum præcifione à fuo ftatu recedant, & media defidant. Sic enim os medium defideret, neque [g] amplius teli veftigium effet.

Os fub vulnere frangitur alia capitis parte, quàm in qua ulcus eft, & os nudatum eft. Quintus hic [h] modus eft, huicque calamitati nullis remediis fubvenias. Neque enim ubi iftud contingit, quanam ratione iftud homo patiatur, aut quanam capitis parte ex ejus percunctatione deprehendas. *Lib. de capitis vulneribus. pag. 918. 919.*

NOTÆ.

defignantur genera. Primum Rima, fiffio & fiffura Græcis ῥωγμὴ, cujus quatuor præcipuæ differentiæ. Alia confpicua, alia cæca, alia media capillaris dicta. Ultima differentia à penetratione defumitur, prout totum cranium vel unicam laminam penetrat.

b Cæcæ dictæ, quæ nifi dignofcantur à Chirurgo, & divifa decuffatim cute, & fi opus fuerit admota terebra tractentur, mortem fæpe afferunt. Vide *Langium in Epiftolis.*

c Secundum fracturæ genus, contufio & collifio; Græcis φλάσις & θλάσις.

d Tertium genus depreffio, introceffio, effractura *Pareo*, Græcis ἐκφλασμα.

e Quintum genus Latinis fedes, feffio, veftigium, græcis ἑδρὴ.

f διακοπὴ, & ἐγκοπὴ Græcis dicta, ad quam referuntur fracturæ cranii cum pugione, ftylo, vel cultro.

g Itaque hujufmodi præcifio cum fubftantiæ deperditione vocanda fuerit dedolatio. Inquit *Fabritius ab aqua pendente ex Galeno.*

h Quintum hoc fracturæ genus ξύμφορη, vocat *Hippocrates. Paulus* ἀπήχημα. Latini infortunium, calamitatem, & contra fiffuram.

Cæterum præter id quod oculis ſubjicitur, oſſis magis aut minus vulnerati hæc ſunt indicia; [i] tum ſi æger alto ſopore detentus fuerit, aut ſi tenebræ oculis affuſæ, aut vertigo prehenderit, aut ipſe conciderit, aut ubi oſſe à telo nudato vulnus ad ipſas ſuturas fieri contigerit, teli veſtigium, quod in alio oſſe relictum nec-ne fuerit conſpicuum eſt, ſi in ſuturis ipſis extiterit, aſſerere eſt difficile. Fallet enim ſutura ipſa reliquo oſſe aſperior, niſi os vehementer diſſectum ſit & elongatum. ***Ibidem. carptim. pag.*** **921. 922.**

Oſſium capitis fracturæ cognitu difficillimæ [k] circa ſuturas: fiunt autem potiſſimum à gravibus ac rotundis telis, aut ex his quæ ex oppoſito feruntur, non ex plano. At oſſa fiſſa ſint nec-ne ſic diſcernas, ſi in utramque maxillam [l] albucum aut ferulam manducandam exhibueris, atque animum animaduertere juſſeris, num os aliquid ſtrepere videatur: confracta namque ſtrepere videntur. At proceſſu temporis fiſſa quidem ſeptimo die, partim verò die decimo quarto, partim etiam aliàs ſignificationem edunt, nam vel caro ab oſſe diſcedit, aut os liveſcit, aut dolores ex ſaniei inflictu excitantur; eaque jam remediis ægrè cedunt. ***Coac.*** **501.**

NOTÆ.

i Seu ex *Celſo* oculos caligare, ægrum obmuteſcere, ſoporari, concidere, bilem evomere, ſanguinem per nares aureſve exire.

k Ut non puduerit ipſum Hippocratem fateri ſe ab iis deceptum in Autonomo.

l Albucus ſeu aſphodelus lævisſimum habet caulem & fungoſum, quo nullus ſtrepitus editur inter dentes. Itaque ſi dum manditur ſtrepitus aliquis ab ægro percipiatur, attribui debet oſſi fracto. Solida enim diviſa ſi moveantur fit colliſio, ex colliſione ſtrepitus: at parum tutum hoc ſignum docent *Pareus & Fabritius ab aqua pendente.*

Capitis Sectio, Terebratio, Tripanon.

Ad ſuturas ſectio non eſt [a] adhidenda; verùm ubi ab his receſſeris in oſſe proximo facienda eſt. Sectionem autem poſtulant capitis & frontis vulnera, ubi os quidem nudatum fuerit, aut ſub telo noxiam aliquam ſenſiſſe videtur. Ipſa verò ulcera, ubi non ſatis idoneam habent longitudinem & latitudinem quà perſpici poſſit, nunquid os ſub telo malè affectum ſit, aut qualem noxam ſenſerit, hujuſmodi ſectionem poſtulant. Sed & ulcera orbiculata & admodum cava incidere quoque oportet, ut orbe in longitudinem bifariam diviſo ulcus longum efficiatur. At in capitis

a Ob metum inflammationis cerebri ejuſque concuſſionis, unde ſæpè humi procumbunt apoplectici qui ea parte ſecantur. At in vicino oſſe ſectio facienda. *Duretus.*

ſectione cæteræ quidem partes tutò ſecari poſſunt, tempus verò & quod adhuc ſupra eſt juxta venam quæ per tempora fertur, ſecari non debet. Nervorum enim diſtentione prehenditur qui ſectus eſt, & cætera afferenda, ***Articulo de temporibus, ex Lib. de capitis vulneribus.***

Ex fracturæ modis [b] ſectionem ſuadet, tum oſſis colliſio, quæ oculis non patet, & aliquo modo manifeſta eſt, tum rima ſive oculos lateat, ſive conſpicua ſit. Quin & ubi teli veſtigium in oſſe remanet, ſive rima & colliſio acceſſerint, ſive colliſio ſola abſque rima, tunc etiam ad ſectionem veniendum. Os autem medium deſidens parum ſectione indiget; tum quæ maximè deorſum inſederunt, maximéque perfracta ſunt, minimè ſectione utendum ſuadent. Neque ubi teli veſtigium per ſe remanet citra rimam & colliſionem ſectione opus eſt, &c. ***Ibidem. pag. 919. 920.***

In capitis fracturis ſi os quidem fractum ſit & [c] contritum, periculo vacat, & medicamentis humectantibus curandum: quod ſi fiſſum fuerit, & fiſſura intrò procedat, periculi plenum eſt: huic ſerram adhibere convenit, ne ſanies per oſſis fiſſuram affluens membranam putrefaciat; nam cum per anguſtũ quidem ſubeat, nec tamen exeat, moleſtia afficit, hominemque ad inſaniam adigit. Huic terebram adhibere convenit, ut latè terebrato oſſe saniei exitus, neque ſolùm ingreſſus pateat medicamentis quæ ad ſe humorem trahant, utendum, ac lavandum. ***Lib. de Loc. in homine. pag. 415.***

Poſtquam os ſcalpro raſeris, ſiquidem oſſis vulnus ad ſectionem tendere videatur, intra [d] triduum ad ſectionem veniendum, neque id ſpatium citra ſectionem ſuperandum, præcipuè ſi calida anni tempeſtate ab initio curationem ſuſceperis. Eadem quoque ratio membranæ cerebrum ambientis, ea enim protinus oſſe ſecto & exempto denudata citiſſimè purgari & [e] ſiccari debet, ne ſi diutius madeſcat, tum nimia uligine marceſcat, tum in tumorem aſſurgat. His enim

b Fit primum cutis ſectio decuſſatim, deinde ubi de oſſis fractura conſtat admovetur tripanon.

c Neque hic intelligas os in fragmenta multa diviſum, quæ dum membranas pungunt, inſigne periculum creant. Sed hic opponitur fiſſuræ ſemper periculo conjunctæ, contuſio ſeu colliſio oſſe naturaliter ſe habente, ita ut nulla rima accedat quæ longè minus periculoſa quam fiſſura, uno verbo fit comparatio primæ fracturæ differentiæ cum ſecunda.

d Modo Chirurgus tempeſtivè acceſſitus fuerit, ſæpe enim poſt id tempus elapſum cogitur operationem aggredi etiam poſt decimum diem *ex Pareo & Fabritio Hildano* qui refert quendam feliciter ſectum etiam poſt bimeſtre tempus.

e *Gal. cap. ult Lib. 6. meth.* docet cerebri mem-

NOTÆ.

branam peracta sectione gaudere medicamentis vehementer siccantibus. Recentiores tamen utuntur moderatioribus, ut melle rosaceo.

ita habentibus periculum est ne ipsa putrescat. *Lib. de cap. vuln. pag.* 924. 925.

Inter secandum, terebra sæpius, ne os incalescat, auferenda, & in aquam frigidam demergenda. Incalescens enim os incendit. *Ibidem. pag.* 928.

Autonomus in Omylo ex capitis vulnere obiit decimo sexto die, media æstate, lapide ad suturam in medium synciput cominus immisso, in quo non animadverti, eum sectione indigere. Opinionem meam fefellerunt suturæ teli noxam continentes; postea namque id conspicuum fuit. Primùm certè ad claviculam, deinde verò ad latus dolor admodum vehemens ortus est, & convulsio ad utramque manum pervenit. Ulcus enim medium caput & synciput occupabat. Ad sectionem ventum est 15. die, neque pus multum prodiit. Cerebri verò membrana sine putredine apparebat. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1045.

In Omylo famula 12. annos nata, ex capitis vulnere moritur decimo quarto die, æstate media. Ubi impacta à quodam janua os collisum & fissum fuit. Sectum autem est non quantum oportuit; verùm quod in ipso relictum est in pus versum fuit. Octavo die rigor, febris prehendit, &c. Nono quod relictum erat exactum est, & pus exiguum cum sanguine subesse visum. Membrana pura erat. Convulsio manum sinistram occupabat, quod parte dextra [f] ulcus potius haberet.

f Vide quæ afferentur infra *Articulo de temporum vulneribus*.

Capitis commotio, infra *Cerebri commotio*.

Capitis purgatio, [a] *Caputpurgium*.

a ἐρρ hynum, & nasale vulgò.

Medicamenta caput purgantia, quæ quidem [b] sunt valentiora, à toto corpore deducunt. Quæ verò [c] imbecilla ab oculis & vicinis naso partibus. *Lib. de loc. in homine.* Febricitanti caput ne purgato, ne ad insaniam deducatur. Caput siquidem medicamenta purgantia

b Ut cyclamen, euphorbium, elleborus, elaterium, piper.

c Uti succi betæ, anagallidis, majoranæ,

gantia calefaciunt, [d] ſanéque ad calorem febrilem, medicamenti calor accedens inſaniam excitat. *Ibid. pag.* 415.

d Unde colligere eſt, minimè tutum eſſe tabaci uſum.

Carbunculus, [a] *Anthrax.*

Cranone [b] carbunculi æſtate graſſabantur. Per magnos æſtus affatim & continenter pluit; idque [c] ſub Auſtro magis. [d] Sanies quidem plurima cuti ſubnaſcebatur, quæ intrò concluſa dum incaleſceret, pruriginem excitabat. Deinde verò in puſtulas erumpebat ambuſtorum, puſtulis ſimilis, tantus inerat ardoris ſenſus, ut uri viderentur. *Lib. 2. Epid. ſect.* 1. Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatæ, febres ardentes cum phrenitide, ſerpentia oris ulcera, pudendorum tubercula, lippitudines, alvi perturbatæ, &c. [e] Carbunculi æſtate multi: carptim ex ſtatu peſtilenti. *Lib. 3. Epid. ſect.* 3.

a Sic dictus tum ob cruſtam ambuſtis ſimilem, tū quod carbonis inſtar deflagret.

b Urbe Theſſaliæ.

c Auſter enim cerebro, nervis, & humoribus bellum indixit.

d Seu ichores acuti & ſerum malignum: *ex Notis Dureti in ſect. 2. Lib. 2. Epid.*

e Quorum duo genera unum epidemium peſtilēs & malignum, de quo Hippocrates, alterum ſimplex ſolius furentis ferventiſque ſanguinis ſoboles; de quo tractant paſſim Chirurgi inter tumores.

Cardialgia, Cardiogmos, Cordis morſus.

In febribus circa ventriculum fortis æſtus, & cordis morſus, vel dolor, [a] malum. *Aph.* 65. *ſect.* 4.

Quos ſtomachi faſtidia vexant cum oris ventriculi morſu & crebra ſputatione; iis vomitio [b] adfutura. *Ex Coac.* 142.

Oris ventriculi dolores cum inteſtinorum cruciatu interaneorum animalia [c] gignunt. *Coac.* 285.

Oris ventriculi dolor ſeniori [d] crebrò adveniens, repentinam mortem denunciat. *Coac.* 286.

Quicunque dolores æſtate contingunt, qui quidem ad præcordia feruntur, aquam mulſam aquoſam, aceti affuſis tribus heminis tepidam propinato, & ubi modico tempore eam continuerit, & igne & veſtibus contectus fuerit, vomat. Quòd ſi à vomitu rurſus urgeant, & ſtrangulent, rurſus vomitum cieto, aut multa calida loto alvum ſubluito, & tepefacieti quan-

a Quod duo hæc ſymptomata fiant ob anadromem bilis acerrimæ ex hepate in ventriculum. *Heurnius* hîc.

b Modò hæc anxietas non oriatur ex virium oppreſſione, ſed à ſola afflictione ſtomachi, cujus proprium ſymptoma eſt cardiogmos. *Duretus.*

c Vide *Articulum de Lumbricis.*

d Quod in ſenibus irreparabilis ſit temperamenti, & complexionis mutatio.

diu dolor detinuerit, admoveto. Hæc autem ex pituita præcipuè contingunt, cum commota ad cor irruperit. *Lib. de Affect. pag.* 532.

Oris ventriculi morsum, [e] merum in pane calido adhibitum sanat. *Lib. 2. Epid. sect. 5. text. ult.*

Androphanem interdum cordis dolor affligebat, quem venæ sectio [f] solvit. *Lib. 5. Epid. pag.* 1053. Mulier oris ventriculi dolore vexabatur, qui non conquiescebat. Hæc tenuissimo farinæ hordeaceæ polline, mali punici succo macerato, semel die in cibatu contenta non revomebat, veluti Charioni contigit. *Lib. 2. Epid. initio, sect. 2.*

e *Mercurialis ad aphor. 56. sect. 7.* interpretatur Hippocratem de cardialgia à succo frigido, aut de summa virium prostratione, quo casu *Plinius* dixit Cardiacorum salutem in vino positam.

f Ergo non semper cardialgia venæ sectionem prohibet, quod plenius hic *Martianus* docet; licet *Galenus* contrarium statuerit. 1. *ad Glauconem*.

Carnes attrahere.

Carnes & ex [a] ventre, & [b] extrinsecus attrahunt. Indicat autem sensus ipse corpus totum tam foris quam intrò spirabile esse. *Lib. 6. Epid. initio sect. 6.*

a Ex ventriculo scilicet.

b Dum per arterias trahunt aerem, sunt etiam qui post confectum Sole cadente iter balneo utentes sentiant, & moderatam sitim, & corporis habitum redditum mollem & humidum, atque aquam balnei intus attractam sentiant, *Galenus hic.*

Carnes esculentæ in genere.

Ex cicuratis animalibus, quæ in silvis & agris nascuntur, iis quæ domi nutriuntur sicciora: Fera enim animalia mansuetis sicciora, & crudivora, quæque sylvarum materia pascuntur, & quæ parum edunt multùm edentibus sicciora. Quæque fœno utuntur, iis quæ herbis. Item quæ fructus edunt, iis quæ fructibus minimè utuntur. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

Ferinæ cicuratis [a] leviores sunt, quoniam non similes fructus edunt. Pecorum autem carnes differunt, & eorum quæ fruges edunt, & eorum quæ non edunt. Neque fruges idem in omnibus faciunt, sed quædam densam & robustam carnem victimæ reddunt. Quædam verò raram, tum humidam & imbecillam. *Lib. de Affect. pag.* 545.

a Inter ferinas maximè commendat *Cardanus* capreoli carnem; deinde apri, damæ & juniorum cervorum. Veterum verò uti & leporum ac cuniculorum tantum dominatur caeo quantum lepusculi & tenelli cuniculi expetuntur in mensarum deliciis.

Caro musculosa, infra *Musculus*.

Caros, [a] *Cataphora*, *Coma*.

Sopor profundus & altus [b] omnino damnandus. *Coac.* 178. Animadvertendum est, num altus & profundus sopor omnino damnari debeat? *Ex primo prædictorum sententia 63.*

Comatosis narium stillatio perniciem [c] ostentat, maximè si quarto die, aut inter initia contingat. *Coac.* 179. & *ex Lib.* 1. *prædictorum Sent.* 2. Ubi additur alvi prærubram proluviem esse [d] malam.

Sopore, lassitudine, ac surditate tētatos, alvus erūpēs & ad iudicationem rubra emittens [e] juvat. *Coac.* 182.

Qui sopore detinentur cum incontinenti corporis jactatione, præcordiorum dolore, & parva vomitione, ii tubercula [f] ad aures habent. Antea verò circa faciem [g] tumores apparent cum sopore. *Coac.* 183.

Pessima dejectio [h] liquida in sopore & torpore detentis. *ex Coac.* 611.

Somni quales sopore oppressis, & totius corporis perfrictiones [i] perniciem ostentant. *Coac.* 181.

In sopore affectis, ægris, spumantibus, prodeuntibus dejectionibus, febris [k] acuta ingravescit. *Ex lib.* 1. *prædictorum. text.* 93.

Timocrates in Helide post longam potationem, ab atra bile insania correptus est, epoto medicamento perpurgatus est, &c. Hunc somnus corripuit. In somno verò nil respirare, sed mortuus esse videbatur, & nihil quod diceretur, aut fieret, sentiebat, corpore autem rigido [l] & distento erat; vixit tamen [m] & excitatus est. *Lib.* 5. *Epid. ferè initio.*

Carthamum infra *Cincus*.

Caseus.

Casus non omnibus [a] noxius, sed nonnulli. Ubi se co expleverint non offenduntur; quinetiam gracili-

a Paralysis imaginatricis facultatis sensum & motum excepta respiratione adimens. *Galenus.*

b Non omnino sanè, nisi veniat à prægrandi intemperie cerebri. At si fiat à levi ejus offensa ut in ebriis, aut etiam nulla, ut in somno critico non turbulento, tunc est salutaris & firmam crisim denunciat. *Ex Dureto.*

c Ut cæteræ causæ judicatoriæ exiguæ.

d Hæc enim sola ægro necando sufficit: at minus appositè hic sociatam sopori existimat *Duretus*.

e Vacuando & revellendo humorem noxium.

f. g Ex anadrome humoris ex venticulo in caput, tum assurgunt parotides, tum facies redditur turgidula. *Duretus.*

h Idest aquosa cruditatis eximiæ soboles. *Duretus.*

i Quoniam intemperies frigida ardoris febrilis consectaria insanabilis. *Duretus.*

k Febrem ubi spumantes sunt dejectiones semper vidi increscere, *Galenus hic.*

l Ex vini noxa quæ nervorum distensionem parit. Tum ex atræ bilis cum nervis inimicitia. *Marrianus*

m Ut constet vel ex hoc exemplo non omnem soporem lethalem fore.

a Laboriosam vitam degentibus & robustis naturis in probum alimen-

NOTÆ.

tum cedit, unde versus. *Caseus & panis sunt optima fercula sanis.*

b Id locum habet in caseo pingui & recenti qui multum nutrit.

c Gravato jam crapula ventriculo auctarii vice negotium adfert, crudita temque morborum parentem ingeminat.

d. Cum phlegma non rarò inflammationem & ardorem denotet apud Hippocratem, forsan vertendum fuerat, æstuosa sunt.

bus conferre [b] perhibetur. *Lib. de prisca Medecina. pag.* 24.

Caseus validus est, æstuosus, & alit. Validus quidem quod generationi proximus sit. Alit verò quapropter lactis carnosa pars in eo remanet. Æstuosus est, quia pinguis. Alvum autem sistit, quia ex succo & coagulo constat. *Lib.* 2. *de vict. rat. pag.* 328.

Flatum & adstrictionem parit, cibos incendit, crudum & incoctum edulium existit, ejusque esus inter potandum [c] repletis deterrimus. *Lib. de vict. in acut. pag.* 394.

Caseus & sesama & uvæ passæ, vires reficiunt & [d] pituitosa sunt. *Lib. de Affect. pag.* 546.

Casia [a] & [b] *Cinnamomum.*

a, b Casia sicca & calida tertio ordine est, substantiæ tenuissimæ, gustu acrior, & non nihil adstringens, menses potenter ciet. Cinnamonum est etiam tenuissimarum partium, minus tamen calidum. *Ex Gal. Lib.* 6. & 7. *simplicium.*

Cinnamomum, myrrham, casiam æquis portionibus singula admisceto. *Lib. de nat. mul. in suffitu ad uteri ulcera.*

[a] *Castoreum.*

a Castoris testiculos tenuis substantiæ siccantis calefacientisque. *Ex Gal. Lib.* 11. *simpl. ubi plura.*

Capitis ab utero dolores sedat. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1103. Ad uteri dolorem castoreum & conizam ex vino albo propinato. *Lib. de nat. mul. pag.* 608.

Casus ex alto.

a Ex venarum interceptione cujus remedium cum positum sit in venæ sectione non dubitandum hic fuisse administratam.

Puellam quæ ex abrupto loco decidit, vox [a] desipiticiebat, corporis jactatio prehendit, & sub noctem copiosum sanguinem vomitione rejecit, &c. Mulsam non sine negotio absorbebat. Stertor & crebra respiratio veluti moribundis aderat. Venæ in facie distendebantur, & supina decumbebat, pedes incalescebant, leviter infebricitabat. Vox defecerat. Die septimo vox erupit, & servata est. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1105.

Catarrhus

Catarrhus, [a] *Defluxio*, *Distillatio*.

De capite fluxiones velut secretione contingunt per aures secundùm naturam, per oculos, per nares tres numero. Aliæ per palatum in [b] fauces & in [c] gulam. Aliæ per venas in [d] spinalem medullam, in [e] sanguinem, omnes numero septem. Eæ si discedũt, cerebri purgamenta sunt, & nisi discedant, ipsi morbum creant; non secus ac reliquo corpori, si intrò & minimè foras discesserint; &c. *Lib. de glandul. pag.* 240. 241.

Fluxiones contingunt ex perfrigerata valde carne, & concalefacta, & supercalefacta propter frigus, cum capitis caro, & venæ distentæ fuerint, eæque carne propter horrorem in angustum coacta & elidente humorem exprimunt, simul etiam carnes ipsæ in angustum contractæ vicissim exprimũt, & capilli velut undique compressi eriguntur. Hinc quod expressum fuerit, quocunque sors tulerit fluit. Quin & propter caliditatem fluit, cum carnes rarefactæ transitus præbuerint, humorque calefactus tenuior evaserit. Quicquid enim humidum concalefactum fuerit tenuius evadit, & quicquid cedit, fluit, & cæt. At verò fluxiones ex capite sunt septem, quædam in nares, quædam in aures, quædam in oculos. Atque hæ sunt conspicuæ: ubi verò in thoracem ob frigus defluxerit, bilis existit. Quod ideò ferè contingit, quod ad [f] guttur facilè defluat, cum minimè sit contectum. Eos verò qui à frigore bile vexantur, lassitudo eam ob causam detinet; quod carnes bene habitæ minimè quiescunt, sed concutiuntur, & concussæ molestia tentantur, non secus ac ex via concussæ. Quin etiam cum in thoracem fluxio decubuerit suppurati & tabidi evadunt: cum verò in [g] spinalem medullam, tabes cæca oritur. Quòd si retrò in vertebras & carnes defluxerit, aqua intercus [h] oritur, &c. *Lib. de loc. in homine. pag.* 404. 405. 406. Ubi minutiùs singulæ fluxionum spe-

a De variis acceptionibus hujus vocis, consule *Galenum ad Aph.* 12. *sect.* 3.

b Seu laryngem, & hæc quarta catarrhi species.

c Et per gulam in ventrem seu ventriculum, quæ quinta species.

d Fluxio in spinalem medullam, sexta species.

e Fluxio in sanguinem seu totam massam sanguinis, & universi corporis musculos, seu corporis habitum. Unde rheumatici affectus, quos rheumatismi nomine nunc designant Medici.

f Quæ per laryngem fit, estque quarta species textu superiori notata.

g Quæ sexta species catarrhi, superiori textu notata.

h De qua infra inter hydropis differentias.

cies explicantur.

Cum caput ab alvo [i] calefactum fuerit, tenuissimam pituitam è corpore ad se trahit, quam in se coacervatam rursus confertam & crassam reddit, partimque in superiorem ventrem, partim in inferiorem defluit. *Lib.* 1. *de Morbis. pag.* 438.

Caput ubi calefactũ fuerit ex corpore trahit. Incalescit autem à cibariis, Sole, laboribus, & igne. *Lib.* 2. *de Morbis. pag.* 454.

Ubi deorsum delata pituita spiritui ascendenti occurrerit, tussis supervenit, & *cæt.* Lib. *de flatibus infra in Tussi adducenda.*

i Tum à retentis in alvo propriè sumpta fæcibus, in ejus adstrioctione: tum ab ipsis visceribus calidioribus jugiter fumos in caput transmittentibus, ubi densantur, aquescunt & instar pluviæ relabuntur, partim in pectoris, partim in abdominis interaneas partes.

Catarrhus calidus, acris, ferinus.

Cum [a] æstate ex capite calida & nitrosa fluxio defluxerit, mordet, exulcerat, & spiritum implet. *Et cætera adducta in Angina supra.*

Pituita acribus humoribus permixta, ubi in loca minimè assueta irruperit, ea exulcerat, & *cætera adducenda in Pituita.*

Euryanactis filia ab initio ex faucibus doluit, & continuum ruborem habuit, gurgulioque retractus est, distillationes multæ, parvæ, tenues, acres aderant, tussiebat, neque concoctum quicquam educebat, &c. *Ex Historia sexta Lib.* 3. *Epid.*

a Nota Æstate, quòd in caloribus frequentiorem observarit Hippocrates hujusmodi catarrhum, licet etiam contingat passim hyeme, tunc enim materia catarrhi calida à frigore potest moveri, ut patuit *Articulo superiori ex text. de Loc. in homine*, ubi in thoracem delata ob frigus biliosa fluxio: hujus autem catarrhi calidi signa sunt, capitis calor, oculorum & faciei rubor, exulceratio partium per quas transit, amaritudo oris, salsedo, febris. *Ex Senerto.*

Catoche [a], Catochus, Catalepsis.

Quæ convulsionis in morem affligunt, ea altum soporem (Catochum vocant) [b] invehunt. *Coac.* 104.

Vocis defectiones cum virium exolutione alto sopore detentis perniciem minantur. *Ex Lib.* 1. *prædictorum text.* 96.

a Affectus cerebri cum sopore, totius corporis stupore & frigiditate, in quæ ægri immoti manent & fixi, apertis oculis, obrigescentibus membris, inquit *Fœsius ex Gal.* hunc eximiè describit *Fernelius.*

b ac si diceret qui à nervorum principio convelluntur, iidem ab æquali vitio cerebri stupent attoniti. *Duretus.*

Causa, causa morbi.

Videndæ ſunt cauſæ, ex quibus quis laborare cœperit, ſive morbus ex capitis & auris, aut etiam laterum dolore initium ſumpſerit. *Lib. 2. Epid. ſect. 1. circa finem pag.* 981. Ad cauſam ipſam, & cauſæ occaſionem aut primordia deveniendum. *Ibidem. ſect. 4. in fine.*

Cauterium, infra *Uſtio.*

Centaurium.

Centaurii [a] radices vino intritas exhibeto ad venarũ in pectore ruptionem. *Lib. de intern. Affect. pag.* 550.

a Centaurium majus intelligit *Martinus* particeps ſubſtantiæ terreſtris ruptæ adſtringentis.

Cepa.

Cepa [a] oculorum aciei quidem commoda, corpori verò noxia, quod calida & æſtuoſa ſit, & per alvum ſecedat: nullum enim alimentum corpori præbet, neque utilitatem. Calefaciendo autem exſiccat propter ſuccum. *Lib. 2. de vict. rat. pag.* 329.

Cepæ ad urinam [b] accommodatæ, ſuccus enim acrimoniam quandam excitat, adeò ut per alvum demittatur. Quibus tamen ſic utitor, ut ne imbecillis exhibeas. *Lib. de Affect. pag.* 546. Cepæ lacryma commendatur ad uteri ſtrangulatum. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 748.

a Nemo eſt qui non intelligat cepam interius ſumptam cujus ſuccus tenuis & acer oculis infeſtus ſit, ſi quidquam aliud admotum,

b Ita ut in urinæ ſuppreſſione cepæ ſuccus ſit pro egregio medicamẽto, quod & menſes & hæmorrhoides etiam movet. *Cardanus. Lib. 2. de Sanitate tuenda.*

Cera, [a] *Cerata*, *Ceromata.*

[Horum omnium paſſim meminit Hippocrates inter medicamenta. Et quantũ ad Ceratum & Ceroma attinet, quo nunc deſignamus medicamentum conſiſtentia inter unguentum & emplaſtrum media, parabatur frequentius ab Hippocrate molle. Unde præſcribit paſſim Ceratum molle, aut picatum.)

a Cera medium tenet calefacientium, humectantium, & deſiccantium; habet enim craſſam & emplaſticam ſubſtantiam. Itaque non modò exſiccare, ſed & per accidens humectare videtur perſpiratione prohibita. *Ex Gal. Lib. 7. ſimplicium.*

Cerealia infra *in Frumento.*

Cerebrum.

Cerebrum quidem in summa capitis parte præsidio locatum & ad securitatem sibi contreditam, intra membranas nervosas collocatum, supra quod ossa duplicia ad necessitatem adaptata dominum mentis [a] custodem cerebrum sepserint *ex Democrito Epistola de Natura humana.*

Nosse convenit, non aliunde nobis, voluptates, lætitias, risus, & jocos quàm hinc contingere. Itemque molestias, dolores, ac tristitias & ejulatus, hacque parte præcipuè sapimus, intelligimus, videmus [b] & audimus, & turpia & honesta cognoscimus, malaque ac bona, quæ jucunda & injucunda, partim quidem consuetudine discernimus, partim verò utilitate percipimus. *Lib. de Morbo. Sacro. pag.* 293. 294. *ubi plura.*

Cor præcipuè & septum transversum sentiunt: Neutrum tamen jus prudentiæ habet, sed cerebrum. Quemadmodum igitur ex omnibus quæ corpore insunt, cerebrum primùm intelligentiam & aerem percipit. Ita si quæ vehementior mutatio per anni tempora in aere contingit, ipsum etiam sibi in aere dissentit, quia in ipsum gravissimi, maximi, præcipuèque lethales morbi incidunt, quique apud inexpertos difficillimum habent judicium. *Ibidem. pag.* 295.

Cerebrum frigidi & glutinosi sedes est & matrix. Calidum verò pinguedinis sedes & matrix. Quod enim dum incalescit, primum omnium diffunditur, pingue fit, atque idcirco cerebrum, quod minimùm pinguis, plurimùm verò glutinosi habeat, [c] exurinequit, &c. *Lib. de Carnibus. pag.* 208. 209.

Quibus morbi ex cerebro oriuntur, eos primùm capitis [d] stupor detinet, frequentem verò urinam reddunt, eademque quæ in urinæ stillicidio accidunt. Itaque ad dies novem perseverant, & si quidem per

nares

a Qua ratione præfertur à Medicis ipsi cordi adversus Peripateticos & Stoicos vide *Laurentium in Anatom.*

b Unde sic meritò Poëta, *Sola mens videt & audit, non oculi nec aures.*

c Rariores proinde affectus cerebro proprii qui conjunctam habeant febrem, si phrenitidem & lethargum exceperis.

d Ad hunc stuporem aliqua ratione pertinere videtur affectus ille, quem

nares aut aures aqua vel mucus erumpat, morbo liberantur, & sedatur urinæ stillicidium. Urinam autem copiosam citra dolorem & albam reddunt ad vigesimum usque diem dum capitis dolor hominem deserit, sed huic oculorum aciem intendenti splendor clam subducitur. *Lib. de salut. victus ratione. pag.* 300.

NOTÆ.

Hollerius in Praxi, capitis perfrictionem vocat, in quo facies decolor, mens tardior, & animæ functiones languent, quem *Duretus in Comment.* Vocat *capitis crudorem*, Gallicè *Morfondure*, in quo frequens mictio adest.

Cerebri [a] *vulnera.*

Vesica discissa aut cerebro, &c. lethale. *Ex Aph.* 19. *sect.* 6. Quibus præscinditur cerebrum, his necesse [b] febrem & [c] bilis vomitum supervenire. *Ibidem. Aph.* 50. Ex cerebri vulnere febris ut plurimùm ac bilis vomitus succedit & corporis [d] resolutio, iique perniciosè habent. *Coac.* 500.

In ossis capitis [e] præcisione desipientia, si in vacuum apprehenderit. *Aph.* 24. *sect.* 7.

a Vulneratum cerebrum etiam majusculo vulnere se vidisse testatur *Galenus hic. at Lib.* 8. *de usu partium*, ait juvenem Smyrnæ sanatum ex alterius ventriculorum vulnere, qui ne momentum vixisset, si utrumque ventriculum vulnus penetrasset.

b Ob inflammationem.

c Propter societatem ventriculi cum cerebro.

d Textus Græcus habet apoplexiam quæ accidat insignitet vulnerato cerebro.

e Quæ menyngas ipsas dividat, unde corrumpuntur spiritus animales, *Galenus.*

Cerebri concussio.

Quibus cerebrum aliqua ex parte concussum [a] fuerit, necesse est statim mutos fieri. *Aph.* 58. *sect.* 7.

Quibus concussum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo casu, his illicò [b] vox deficit, neque vident, neque audiunt, feréque intereunt. *Coac.* 499.

a Casu ictu-ve contundente, quo cerebrum validè vibratum fuerit, in vacuum cranii spatium unde aditus spirituû ad nervos impeditur. *Ex Henrnii Comment.*

b Ad punctum temporis, statimque concidunt obmutescuntque. *Duretus.*

Cerebri [a] *Syderatio, Sphacelismus.*

Quibus cerebrum sphacelatum, in tribus diebus pereunt. Si verò hos effugerint, servantur. *Aph.* 56. *sect.* 7. & *Coac.* 187. (ubi hæc adduntur) ex his pereunt, quibus per sectionem os disparatum apparuerit.

Si cerebrum [b] Syderatio occupaverit, dolor ex capite spinam occupat, & ad cor permeat, animo lin-

a *Mercurialis Comment. in Aphor.* & *Salius in Lib.* 1. *de Morb.* monent neque illic intelligendum esse Hippocratem de corruptione seu putrefactione substantiæ cerebri, sed de magna inflammatione quæ ad sphacelismum tandem possit deducere, nisi arte tractetur.

b Id est quibus os appa-

ruerit colore, carractere & mole immutatum, & à naturali sede amotum. *Duretus.*

quitur, sudor adest, & insomnia, ex naribus sanguis effluit, & plerumque sanguis vomitione refunditur. Syderatur autem cerebrum cum aut supra modum calefactum, aut refrigeratum fuerit, aut plus justo biliosum, aut pituitosum extiterit. *Lib. 2. de Morb. pag.* 452.

[De Cerebri Tumore ex Inflammatione, & de Cerebri Plenitudine dolorem inferente agitur *initio Lib. 3. de Morbis.*]

Cervix, Collum.

a Quando oritur propter cerebrum malè affectum, vel spinalem medullam, vel menyngas. At non ita malus, si solis partibus exterioribus affectis accidat. *Gal.*

b *Duretus* interpretatur sententiam de pleuritide supera in qua tādem etiam cerebrum afficiatur.

c Consule *Comment. Dureti* non admittentis veram perfrictionem, sed falsò creditam.

d Nisi venæ sectione occurratur, ut docet *Duretus ex ratione Aph. 22. sect. 6.* Ubi dolores ex dorso ad cubitum ascendentes venæ sectione solvuntur.

Cervicis dolor in omni quidem febre [a] malus. In his verò pessimus, in quibus vehementem insaniam metuimus. *Ex Lib. 1. prædict. text. 73. & Coac.* 273.

Dolores sensim ingravescentes, si ad [b] jugulum & ad superiores partes transeant, perniciem minantur. *Coac.* 79.

Cervicis ac dorsi [c] perfrictiones quæ totum corpus pervadere videntur, convulsionem denunciant. *Coac.* 263.

Cervicis cubitorumque dolores convulsionem [d] minantur, ex facie autem ad fauces ista procedunt. *Coac.* 270.

Qui jaculo acuto in posteriorem partem paulò infra cervicem sauciatus est, vulnus accepit non effatu dignum, periit tamen in posteriora contractus constrictis maxillis. Carptim *ex Histor. quæ afferetur integra in Tetano ex Lib. 5. Epid.*

Cervus, Cervi [a] *caro, medulla.*

a Dura est & sicca, asininæque proxima, concoctu difficilis & melancholica vescentium corpora ad febres præparans; at junioris cervi salubrior. *Card.*

Cervi caro siccat & minus alvum dejicit, magis autem urinam provocat. *Lib. 2. de vict. rat. pag.* 326. Ex carnibus caprina, cervina, suilla & canina ventriculum maximè conturbant. *Lib. de Morb. sect. 2. pag.* 282.

Cervi medulla passim præscribitur ad emolliendum ut in subdititis uterinis.

Chicorium vide *in Lactuca.*

Chœnix.

[Mensuræ [a] species passim occurrens.]

a Chœnix aridorum mensura continens sesquisextarium seu ℔. 2. mensurales cum quadrante. *Gorreus.*

Cholera morbus.

Cum ex vino aut comessatione cholera [a] prehenderit, aut alvi profluvium. Ad alvi profluvium quidem confert jejunium, & si sitis detineat, vinum dulce exhibendum, &c. Venter autem tum superior, tum inferior potionibus madefacientibus curandus, corpusque excepto capite balneis calidis emolliendum, sicque facilior vomitus contingit, & si quid humidi subierit, quæ molesta sunt sursùm revomuntur, & per inferiora secessus magis prodit; quid si vacuus fuerit cum vi evomuntur, & violentius succedunt, carptim *ex* Lib. *de Affect. pag.* 538.

a Quæ est ingens commotio alvi sursùm deorsumque citatæ, quæ vel ciborum cruditas, vel humorum feritas & corruptio parit; sæpius sine febre, *ex Hollerio, & Commentatore Dureto.*

Cholera morbus ex carnis esu contrahitur præcipuè suillæ [b] crudioris, vinique odorati veteris ebrietate, insolatu, & sepiæ esu, locustarum & gammarorum, olerum, maximéque porri & [c] ceparum. Quin etiam ex lactueis coctis, brassica, lapatho crudiore, bellariis, dulciariis, pomis, cucumere, pepone, & potione ex vino & lacte mixtis (οἰνόγαλα dicta) eruo, polenta recenti; æstate maximè. Lib. *7. Epid. pag.* 1106.

Porcelli carnes cum crudiores aut [d] perambustæ fuerint, choleram magis gignent, & perturbationem facient. L*ib. de vict. in acut. pag.* 394.

Febres lipyriæ non nisi per choleram [e] effusa bile solvuntur. *Coac.* 120.

Bias pugil, natura vorax, in choleram morbum incidit ex carnium esu, præsertim suillarum crudarum, & vini [f] suavis ebrietate & bellariis ac dulciariis, cucumere, pepone, lacte & polenta recenti. L*ib.* 5. *Epid. pag.* 1051.

b At maximè intestina suilla sanguine, cepis, pipere & pinguedine farta, & ventres animaliũ infarti choleram gignunt. *Ex Holler.* Addit *Duretus* vinum mustum & edacitatem baccarum cæterorumque fructuum autumnalium.

c Quod acrem & vellicantem succum ingenerent, unde perturbatur alvus.

d Propter accedentem ex ambustione acrimoniam, qua simul humidæ & acres redduntur; sic enim corrumpuntur ob humiditatem, & ob acrimoniam intestina irritant. *Gal.*

e Per motum criticum, victrice natura.

f Ut nil efficacius indu-

Quidam Athenis cholera morbo correptus tum vomebat, tum dejiciebat, & doloribus conflictabatur, at nec vomitio, nec alvi dejectio sisti poterat, caliginosi oculi & cavi, convulsiones detinebant, quæ ab intestinis profectæ ventriculum occupabant, & singultus. Quod ex alvo secedebat erat vomitione longe copiosius. Hic epoto [g] veratro cum lenticulæ succo, etiam alterum lenticulæ succum pro viribus ebibit, ac tandem post vomitum ei ambo coacta sunt. Verùm perfrigescebat: at calida admodum multa lotus est à pudendis deorsum, in tantum ut superiora incalescerent, & vixit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1039.

Eutichides ex cholera morbo in cruribus [h] nervorum distensionem sensit cum inferna alvi dejectione; bilem abundè saturatam multam & vehementer rubram ad tres dies noctesque vomitione rejecit cum corporis imbecillitate, & incontinenti jactatione. Nihil verò continere poterat, neque cibi, neque potionis quicquam. Urinæ quoque suppressio multa ejusque transitus qui ad inferiora tendit vomitione fæx mollis [i] prodiit, & deorsum quoque projecta est. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1053. *&* 7. *Epid.* 1104.

Cholera [a] *sicca.*

In cholera sicca venter inflatur, crepitus insunt, laterum ac lumborum dolor, nil infra dejicit alvus, sed adstringitur. Ne ita affectus vomat videto, verùm ut alvus subducatur: infuso igitur per clysterem calido & [b] præpingui utitor, perunctumque in calidam quam plurimam, in solio collocatum, calida sensim affusa, demittito. Et si cum calefactus fuerit, alvus subducatur, morbus solutus est. Huic dormire confert, & vinum tenue, vetus ac meracum bibere, oleum quoque exhibeto, ut quiescat; & alvus subeat, ac solvitur morbus. A cibis atque omnibus aliis abstineat. Quod si dolor minimè remiserit, lac [c] asininum donec purgatus fuerit, propinato. At si alvus liquida

NOTÆ.

cendæ cholera vino suavi quale etiam est mustum; sic curandæ nil utilius pauco vino veteri meraco. Modò ex ebritate orta fuerit. At ubi ex feritate bilis nil melius liberaliori aquæ frigidæ potu.

g Ideò propinatum veratrum quod alvi fluxus esset copiosior vomitione.

h Galli vocant *Goutes Crampes*, quas vel ob vacuationis excessum, vel ob humoris feritatem fieri docet *Duretus*.

i Horrendum hoc symptoma suadet morbum fuisse lethalem.

a Vult *Martianus* affectũ hîc descriptum, malè à primis Medicinæ inventoribus designatum nomine choleræ, cum nil habeat commune cum cholera morbo, sedis sit affectus in quo venter derepente inflatur, ab acri & mordaci humore repletus, qui doloribus excruciet ægrum eo modo quo in cholera morbo excruciatur. Cujus convenientiæ respectu vocatus fuit cholera addito siccitatis epitheto. Quod nil excernatur, unde inferri potest eum pertinere ad colicum vel iliacum dolorem.

b Ut humectentur siccio-

liquida fuerit, & bilis subducatur, torminaque vexent, vomitiones, & suffocationes, iis optimum est quiescere, aquam mulsam bibere, & minimè vomere. *Lib. de vict. in acut. pag.* 394. 395.

res partes & leniatur materiæ morsus. *Gal.*
c Quod est omnium purgantium mitissimum tranquillissimumque, & præ aliis lactis speciebus alvum subducens,

Cordapsus infra *Ileos.*

Chorion.

Chorion, Latinis loci & secundæ vocantur. *Lib. de Nat. pueri. pag.* 190.

Chirurgia, Chirurgus, infra *Medicus chirurgus.*

Cibus supra *Alimentum.*

Cicer, [a] *Terebinthus.*

Alvum potius quàm urinam movet. *Lib. 2. de vict. rat. pag.* 330.

Cicer album alvum & urinam movet & nutrit. Nutrit quod carnosum est. Dulce per urinam redditur. Salsuginosũ per alvum demittitur. *Lib. 2. de vict. rat. pag.* 325. Alvum inferiorem purgato, postero die cicerum alborum cremore, melle affuso utatur in potione ad 2. Herminas. *In Ictero. Lib. de intern. Affect.*

a Cicer æquè flatulentum, ac faba, sed validius nutrit. Ad venerem incitat, ideò admissariis equis exhibetur. Absterget potentius faba, calculumque renum comminuit manifestè. *Gal. Lib. 1. de Alimentorum facultate.*

Cicuta.

Cicutæ [a] quantùm digitis tribus capitur ex aqua bibendum dato ad uterum expurgandum. *Lib. de Nat. mul. pag.* 607.

a Cicutam summè refrigerare norunt omnes. *Gal. Lib. 7. Simplicium.*

Cinnamomum, supra *in Casia.*

Cinnum, infra *Cyceon.*

Circuitus, periodus infra *in Dierum ratione.*

Clamores nocturni, Vociferationes.

a Dum lacessitur cerebrū acrioribus calidioribusque fumis à partibus inferioribus sursùm elatis.
b Facta veluti quadam fermentatione in cerebri vasis.
c Motus scilicet convulsivos & subsultus nervorum, quibus bellum indixit melancholicus humor, quem prædominari indicant exurrectiones turbulentæ. *Ex Martianos.*

Ubi cerebrum derepente percalescit, [a] noctе clamat, & vociferatur, maximè in biliosis, postquam copiosus sanguis invaserit cerebrum, in eoque [b] ebullierit. *Lib. de Morbo Sacro. pag.* 294.

Turbulentæ & valdè confidentes è somno resurrectiones [c] convulsiones minantur, maximéque si cum sudore contingant, *ex* Lib. 1. *Prædictorum. Sent.* 112.

Claudicatio.

a Præcisio nervi in obliquum tollit ejus continuitatem qua divisa non potest is amplius articulum in quem inseritur adducere, quod non accidit eodem sauciato in longum. *Duretus.*
b Sic converso utero premente articulum ischii. Quod etiam ex uteri abscessu, aut suppressis lochiis accidit eadem ratione.

Magna vulnera quæ in articulis fiunt, si penitus abscissi nervi sint, qui continebant, absque dubio claudos reddent. *Ex* Lib. 2. *Prædictorum. pag.* 101. Nervi quicunque crassi vulnus accipiunt ut plurimùm claudos reddent, præcipuè si [a] obliquum vulnus fuerit, ac in musculorum capitibus, præsertim femorum. *Coac.* 508.

Mucus omnibus articulis inest, &c. Oboritur autem labor & dolor, ubi vexaverit quæ à carne fluit humiditas. In primis quidem rigidus fit articulus, eamque ob causam magis vel minus claudi fiunt, *& cætera adducta in Articulorum ratione supra.*

Mulieribus claudicatio & sterilitas contingunt ex uteri conversione [b] ad lumbos. *Lib. de Nat. mul. pag.* 600. Accidit etiam ex lochiorum suppressione. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 656.

Clavicula, infra Iugulum.

Clyster, infra Enema.

Cneorum, Cnestrum, Cnidium granum.[a]

Si alvus sponte turbata non fuerit, Cnoero dato vel Magnesio lapide purgandum. *Lib. de intern. Affect. in Leucophlegmatia. pag.* 565.

Si medicamento utendum fuerit, grano Cnidio aliquantùm purgato. *Ibidem. pag.* 549.

[a] Cneorum appellant Thymeleæ folia per messes collecta, in umbra siccata, & ad usum recondita *ex Dioscoride*, qui docet ejusdē arboris semen granum Cnidium vocari. Quod Mezereum seu viduam faciens etiam vocatur ob vim effrænem qua bilem pituitam & aquas dejicit, apud *Mesuæum*.

Cnicus, Carthamum.

Cnicus alvum[a] dejicit. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 325. Alvum potius quàm urinam movet. *Ibidem. pag.* 330.

[a] At stomacho adversatur, *ex Galeno*.

Cnidia[a] Schola.

Qui Cnidias Sententias scriptis tradiderunt, quæ in singulis morbis ægri patiuntur rectè conscripserunt, & cæt. *Ex initio Lib. de Victu in acutis.*

[a] Notat *Mercurialis* tres fuisse Hippocratis ævo nobilissimas Medicinæ scholas, unam Rhodi, alteram in Sicilia, tertiam in Cnido Cariæ urbe, ex qua emanavit ipse Hippocrates, hujusque scholæ Medicos librum fecisse quem vocarunt *Cnidias Sententias*, quam denominationem imitati sunt Salerni Medici in schola Salerniana.

Coctio,[a] coctionis ratio.

Reliqua omnia quæ ex humorum acrimonia & incommoderatione oriri affevero, eodem modo sedantur, & commoderata & concocta. At fluxiones in oculos irruentes & vehementi humorum acrimonia palpebras quidem exulcerant, & quibusdam genas subjectasque oculis partes erodunt, &c. Dolor autem & ardor tandiu detinent, summaque inflammatio dum fluxio concocta fuerit, & crassior evaserit, lemæque ab iis redditæ fuerint. Concoquitur verò ubi mutua fuerit permixtio, contemperatio & cum aliis coctio. Quin etiam quæ in fauces feruntur, & quibus

[a] Coctionem & cruditatem tribus attribui ab Hippocrate notat *Martianus ad Aph. 22. sect. 1.* Morbo, humoribus, & excrementis. Eam autem præcipuè considerari in humoribus, qui modò à causis externis, modò ab aliqua particula immutata, à sua naturali constitutione, alterationem quandam subierint, propter quam crudi, aut concocti dicuntur. At non quælibet alteratio inquit, crudos reddit humores, sed ea sola quæ in iis disgregationem introducit;

raucudines, anginæ, erysipelata, inflammationes pulmonum; hæc omnia quidem primùm falsa, humida, & acria demittuntur, & in his morbi confirmantur. At ubi crassiora & magis concocta fuerint, omnemque acrimoniam deposuerint: tum jam febres & molestiæ desinunt. At quădiu ista sublata, inconcocta, & minimè temperata fuerint, nulla arte, neque febres neque dolores finientur. Carptim *ex Lib. de prisca Medicina. pag.* 23. 24.

cum enim *ex Lib. de Nat. hominis*, humores tantum peccent, aut copia, aut temperatione seu qualitate, aut quia non fuerint permixti, nec vitium quod est in quantitate, aut sola qualitate cruditatem possit introducere, siquidem neutrum horum vitiorum corrigatur coctione, sed plenitudo seu quantitatis vitium vacuatione; in temperies verò alteratione contraria emendetur, quæ brevi accedunt, & nulla coctione egent. Superest cruditatem contra hi dum disgregantur abinvicem; cumque coctio opponatur cruditati; ideò coctionem describens Hippocrates, eam hic fieri docet permixtione & temperatione mutua. At cur & quomodo accidat humorum disgregatio hujusmodi, idem *Matianus* tres assigna causas in Annotatione prædicta, ubi plura notatu dignissima.

Coctio laudabilis.

Coctiones judicii celeritatem, a & morbi securitatem ostendunt. Cruda verò & inconcocta, quæque in malos abscessus vertuntur, aut judicationis b cessationem, aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem reversiones significant. *Lib.* 1. *Epid. sent.* 2. *pag.* 960.

a Etenim coctionis signa quovis tempore se prodant bona. In quo differunt à crisimis quæ non debent initio apparere. *Ex Gal. ad Aph.* 12. *sect.* 1.

b Acrisiam usurpat hîc Hippocrates; sic ut judicationem nullam futuram, aut pravam denotet, cum in utroque hoc sensu sine acrisiæ cruditatis humorum comites. *Gal. hist*

Coctio insidiosa.

Urinæ derepente præter rationem parum coctæ sunt a vitiosæ, atque omnino quæ in morbo acuto urina præter rationem cocta est, vitium denotat. Seu ex versione *Dureti*. Quidquid in morbis acutis præter rationem coctum est, pravum. *Coac.* 205. in parotidibus urinæ celeriter ac pauco tempore concoctæ damnosunt. *Coac.* 205.

a Non vitio coctionis quæ ex se mala esse nequit, sed quod fugax coctio versa fuerit in pristinā cruditatem ut pluribus explicant *Duretus & Martianus*.

Collisio, infra *Contusio.*
Collyrium, infra *Glans.*
Colocynthis, [a] *Cucurbita sylvestris.*

[Frequens usus in subdititiis mulierum ad ciendos menses & expurgandum uterum.)

a Sarmenta Foliaque sativi cucumeris instar emittit, fructum verò glomerarum in pilam, cujus medulla expurgatoria. *Dioscor. Gal.*

Color, Coloris ratio.

Humorum color, nisi ii ad corporis profunda se receperint, veluti in cute [a] efflorescens conspicitur. *Ex initio Lib. de Humoribus.*

Ex omni corpore potissimùm circa thoracem sensus inest, colorumque immutationes contingunt. Hoc venas [b] constringente & [c] laxante. Laxante igitur colores rubicundi fiunt, bene colorati & pellucidi; constringente verò ex virore pallidi & lividi. Qui certè evariant prout præsentes cuique adsunt colores. *Lib. de Ossium natura pag.* 251.

Vestimento nigro uti prohibent, quod niger color mortem [d] significet. *Lib. de Morbo Sacro. pag.* 282.

Et ubi in toto corpore mutationes & si corpus refrigeretur, vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat, morbi [e] longitudinem significat. *Aph.* 40. *sect.* 4.

Qualem humorem caro attraxerit, sive album, sive flavum, sive nigrum, talem colorem capillus imbuit. *Lib. de Nat. pag.* 195.

Gens Scythica propter frigus fulvo est colore, cum ad eos sol vehemens non accedat. A frigore autem albedo exuritur, & fit fulva. *Lib. de aere, loc. & aquis. pag.* 268.

a Intellige stabilem cutis colorem, non verò fugacem ex humorum momentanea suffusione. *Duretus hic.*

b, c Reciprocatione quadam foris, intus & contra, quæ fit motu vel symptomatico aut à causis procatarthicis, irâ, metu, calore, frigore. *Duretus.*

d Ideoque ab omni ævo color niger luctus & funerum symbolum est.

e Ob rationem assignandam articulo de Mutationibus in morbis.

Colores [a] *fœdi.*

Quibus juvenibus diu coloris fœdatio inest, non

a Cum laudabilis color effundatur in cutem ab humoribus temperatis, si contrarius appareat, cacochymiam denotat.

tamen convenienter ad instar regii morbi, ii viri & fœminæ capitis doloribus conflictantur, & lapides ac terram edunt, aut hæmorrhoides patiuntur. At colores cum virore pallidi, diutuni absque vehementi regio morbo, cætera quidem eadem facere solent: verùm præcordiorum dolores eos magis vexant, quam cæteros, neque tamen lapides aut terram edunt. Qui verò diu pallidi faciem habent tumidam, eos certum est aut capitis, aut viscerum dolore laborare, aut sedem internam quodam modo malè affectam esse. Magna autem parte ubi hæc adfuerint, non unicum aliquod malum inesse videtur, sed interdum multa, aut etiam omnia. *Ex Lib. 2. prædictorum. pag. 109.*

NOTÆ.

Quod si hujusmodi pravus color sit fugax erroribus circa victum attribui poterit: at si firmiter fixus, & veluti in habitu constitutus viscerum labem arguit.

Columbi, Palumbi.

Palumbis caro [a] siccissima, deinde columbæ, tertio loco perdicis, galli ac turturis. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 326.* (passim præscribuntur tum elixi, tum assi in ægrorum diæta.)

a Ea forsan ratione seminis materiam imminuere creduntur. Unde versus *Martialis.*

Inguina Torquati tardant hebetantque pabumbi.
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

At columborum caro præsertim pullorum venerem excitat.

Coli affectus, Colica [a] vulgò.

a Ante Tiberii tempora designabatur nomine doloris iliaci & lumborum.

Cibi opsonia, aut potus quos corpus recipit, ex iis ferè neque tormina, neque flatus, neque ructus acidus contingit. Ubi enim ventrem subierint, ex eo corpus quod sibi accommodatum est trahit, & quod relictum est jam imbecillius esse necesse est, ita ut tormina, aut flatum, aut aliud quid hujusmodi in ventre excitare non possint. *Lib. de Affect. pag. 544.*

Ubi infra [b] umbilicum fuerit, quod intestina torquet, tardus & levis est intestinorum cruciatus. Vice versa contra. *Lib. de Humor. pag. 59.*

b In partibus superioribus sæviora (addo & periculosiora) sunt tormina ratione partium contentarum. *Duretus hic.*

c Ilium accipitur de utro.

Quibus dolor circa [c] ilium fit absque inflammatio-

ne, his ſuperveniens febris morbum ſolvit. *Aph.* 4. *ſect* 6.

Qui articulari morbo detentus inteſtinorum dolore parte dextra vexabatur, quietior [d] erat, *& cætera adducta in Articulari Morbo.*

Qui in febribus tertianis ingraveſcunt [e] dolores, tertianarum naturam aſſumunt, & ſanguinis grumos per ſeceſſum egerunt. *Coac.* 123.

Diuturni [f] lumborum dolores qui cum febre ad tertianarum naturam accedente ingraveſcunt, ſanguinis grumoſi ſeceſſuri ſpem faciunt. *Coac.* 305.

Coli affectuum [a] *curatio.*

In doloribus qui infra umbilicum contingunt, alvus molli infuſo eſt ſubluenda, qui ſi non ſedentur, medicamentum deorſum purgans eſt exhibendum. Qui verò dolores derepente citra febrem corpori accidunt, in his multa calida lavare oportet, & [b] tepefactoriis uti; pituita enim & bilis coacta quidem valida ſunt, & quacumque corporis parte conſtiterint, ibi obtinent, vehementemque tum laborem, tum dolorem excitant. Diffuſa verò quacumque parte corporis ſe prodant, imbecilliora fiunt. *Lib. de Affect. pag.* 532. 533.

In præcordiorum contentione, manus [c] compreſſio, & balneum prodeſt. *Lib.* 2. *Epid. prope finem.*

Non [d] febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum gravitas & lumborum dolor, purgari inferius oportere ſignificatur. *Aph.* 20. *ſect.* 4.

Quidam in Ceniadis morbo detentus, cum ſine cibo perſeveraret, ſtrepitum in ventre vehementem & dolorem percipiebat, ciboque ſumpto & comminuto, ubi tempus aliquod interceſſiſſet, non longè poſtea idem percipiebat, corpuſque contabeſcebat, paululùmque abſumebatur. Neque alimentum ex ſumptis cibis percipiebatur, & per alvum demittebatur Ciborum reliquiæ pravæ & exuſtæ. At cum cibum re-

NOTÆ.

que Hypochondrio communi conſenſu Interpretum.

d Converſo humorum impetu ab articulis in inteſtina.

e. f Hæ ſententiæ non ſine probabilitate referri poſſint ad colicam bilioſã notham, adeò hiſce temporibus frequentem ſæpe tertianas febres excipientem, cui medentur non rarò hæmorrhoides & dyſenteriæ. Licet illas *Duretus* aliter explicet.

a A qua quidem curatione prout hic inſtituitur, non recedit vulgaris noſtra medendi ratio. Verùm addimus ad revulſionem ſanguinis miſſionem è brachio, tum è pede ad derivationem.

b Balneo, inſeſſu, fotu ut diſpergatur coactus in loco humor.

c Et potiori ratione cucurbitula admota in cruda & flatuoſa materia juvans incantamenti inſtar. *Ex Gal. Lib.* 13. *Meth.* Ubi commendat etiam allium.

d Febre ſcilicet eſſentiali, adeſt enim ſæpius diaria accenſis per tormina ſpiritibus. *Mercurialis hîc.* Addimus *ex Gal. cap* 7. *Lib.* 12. *Meth.* Adeſſe Rheumatiſmum quendam (cum aliquid deferatur à toto corpore ad inteſtina) ſæpius putrida febre comitatum, quem nos in colica bilioſa notha frequentem obſervamus, cui ite-

cens devorasset, tum strepitum minimè sentiebat, neque dolor detinebat. Hic sumptis omne genus medicamentis tum sursùm tum deorsùm purgantibus nihil allevabatur. Secta verò [c] per vices manus utriusque vena, donec exanguis fieret, tum demum allevationem & mali liberationem sensit. Lib. 5. *Epid. pag.* 1083. Addi potest Historia mulieris sanæ & obesæ quæ quinquies visa est mortua, sanatæ tamen adducendæ infra *in Syncope*, *ex* Lib. 5. *Epid. pag.* 1047.

ratis sanguinis missionibus medentur.

c *Martianus Comment. in Lib.* 2. *Prædictorum.* Ideò sanatum retur hunc ægrū hac toties iterata sanguinis missione, quod laboraret cacochymia atrabilaria, cui tantum conferre existimat venæ sectionem, quantum nocere putat in biliosa.

Columella, infra *Gurgulio*.

Columella pudendi, *Clitoris* infra *in Utero*.

Comitialis morbus, infra *Epilepsia*.

Conceptio , *Conceptum juvantia*.

Concipiendi facultatem habet quæ nec humiditate redundat, neque arescit. Ad virum autem eam accedere necesse est curatione recepta, [a] desinentibus aut [b] incipientibus mensibus; præstiterit tamen ubi desierint, atque his potissimùm diebus faciendum est periculum an concipere possit, cum ii sint maximè opportuni. Quod si non statim concipiat, cætera bellè habeant, nil vetat quò minus aliis etiam diebus cum viro congrediatur. Hæc enim exercitatio propensiores ad id eas quodam modo facit, venulæque laxiores fiunt. Ac si quæ à viro prodeunt unà cum eo quod à muliere emittitur rectà concurrerint, citius concipit. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 644. 645.

a. b Desinentibus quidem mensibus, quia tunc uterus depuratus est. Incipientibus verò quia tunc adest materiæ ubertas. *Mercurialis. Lib.* 4. *de Morb. mul. cap.* 1.

Uteris & venis sanguine vacuis, mulieres fœtus concipiunt; hæ namque post menstruorum purgationem ob jam dictas causas utero concipiunt. *Lib. de Nat. pueri. pag.* 190. Ubi repurgatæ fuerint tum potissimùm concipiunt viri [c] congressu potitæ, & genitura robur acquirit, si tempestivè liberis operam dederint, virique semen facilè commiscetur, &c. Tunc enim maximè uterorum os apertum est, & distentio quædam

c Modò hilariter & cum conjugis amore concumbat mulier, sæpius enim inviti complexus sunt steriles, amore verò conciliatur conceptus, *Actius*,

quædam etiam post purgationes manet, venæque genituram attrahunt, prius autem uterorum os connivet, tum sanguinis copia refertæ venæ genituram non æque trahunt. *Lib.* 1. *de morb. Mul. pag.* 646.

Vernum tempus[d] conceptui præstantissimum. Vix verò minimè ebrietur, neque vinum album, sed valentissimum & meracius bibat, cibos edat valentissimos, neque calida lavet, viribus valeat & sanus sit, & cibis ad id nil conducentibus abstineat. *Lib. de Sterilibus. pag.* 760.

d Communi cum cæteris animalibus ratione ob maximam tunc caloris naturalis energiam sanguinis amplificationem & orgasmum.

Cum omnia probe habere videbuntur, & mulierem ad virum accedere oportebit, mulier quidem jejuna esto. Vir verò minimè[e] ebrius, frigida lotus, & commodis alimentis nutritus: quod si noscat mulier se genituram suscepisse, tunc ne virum adeat, sed quiescat. Id autem noscet, si quidem se emisisse vir dicat, mulier verò præ[f] siccitate ignoret, &c. *Lib. de Superfœtatione.*

e Facit enim ebrietas ut ex imbecilliore semine succedat imbecillior fœtus, tandem etiam stolidior. Unde vox illa Philosophi ad stolidum quendam juvenem; *Ebrius te pater seminavit.*

f Locorum scilicet mulierium qui ab utero attracto penitus semine remanent sicci.

Conceptionis signa.

Quæ utero gerunt his os uteri[a] connivet. *Aph.* 51. *sect.* 5. Prægnantem mulierem ex eo dignosces, quod oculi contracti & magis cavi videntur, neque eorum candidum nativam habet albedinem, verùm lividius cernitur. Quæ verò utero gerentes maculam in facie habent, quam ephelidem vocant, ubi concipere cœperint, vinum odio habent, & cibos aversantur, oris ventriculi morsu torquentur, & os frequenti salivatione redundat, &c. *Ex dicto Lib. de Sterilibus. pag.* 758.

a Maximum conceptionis signum si obstetrix possit indito digito uteri os attingere, quod post conceptum stringitur. *Gal. hic.* At nota conditionale verbum *si possit*, quo usus est *Galenus*. Vix enim attingi possit ob cervicis longitudinem, quod notat. *Duretus in Hollerium.*

Mulier ubi concipit statim inhorrescit, incalescit, & dentibus stridet, &[b] articulum reliquumque corpus convulsio prehendit, & uteri[c] torpor, idque iis quæ puræ sunt. Quæ verò crassæ & mucosæ pleræque hoc non patiuntur. *Lib. de Carnib. pag.* 214.

b Cervicem uteri quæ videtur sursum retrahi à clauso utero.

c Unde & fastidiunt quædam coitum post conceptum.

Sciscitari oportet num[d] stuporem dentium senti-

d De visus hebitudine &

NOTÆ.

aurium sonitu ob refluxum halituum è sanguine menstruo circa venas ureteri cunctante liquida res est: At de dentium stupore non ita manifesta ratio. Porrò sunt mulieres quæ solo dentium dolore se gravidas norunt.

e Hujusmodi fastidia possunt etiam non prægnantibus accidere, sed cum horrore & febre, quæ prægnantibus desunt. *Gal.*

f Nota *Videatur*; etenim non est verum lac, sed quid lacti simile. Vide infra annotata *in Lacte muliebri.*

a Ob falsedinem scilicet; at caro astringit. *Gal. Lib. 1. De Alimentorum facultatibus.*

ant, aut visus hebetudinem, aut aurium sonitum, an jejune biliosa vomitione reddat. *Ex Lib. 2. prædictorum.*

Si utero gestat mulier pallida redditur, quoniam purus sanguis è corpore aliquantulum stillat, & ad fœtum fertur. *Lib. 1. de Morb.* 681.

Si mulieri cessent purgationes, neque febris, neque rigor superveniat & fastidia [e] incidant, indicia sunt ipsam in utero habere. *Aph. 61. sect. 5.*

Quæ se concepisse existimant, neque conceperunt, & multis mensibus decipiuntur, quod menstrua non compareant, ac venter turgescere & moveri videatur, ex capitis ac cervicis præcordiorumque dolore conflictantur, neque lac ipsarum mammis innascitur, nisi paucum & aquosum: cum verò ventris dolor dissolutus fuerit, ac molles evaserint, ex nisi quid aliud obstet concipient. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 107. & *Lib. 1. de Morb. mul. pag.* 634.

Conclusi utero menses remittunt, & ad pectus ascendere cogunt. Venter imus attollitur, & inexpertæ sibi uterum gestare videntur. Cum iis eadem quæ prægnantibus ad septimum aut octavum mensem usque contingant, venterque pro corporis ratione increscat, pectus attollatur, lacque gigni [f] videatur. Hoc autem tempore elapso mammæ extenuantur, & minores redduntur, idemque ventri contingit, & lac conspectum effugit, cumque ad tempus venerint, quo se parituras existimant, moles evanescit & subsidit. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 716.

Concha, mensura species, passim.
Conchylia, Ostrea, Ostracoderma.

Conchylia velut pinnæ, purpuræ, patellæ, buccinæ, ostrea, ea quidem sicca sunt; horum autem succi alvum [a] movent. Mytuli, pectines, & telinæ his magis per alvum secedunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 327.

Conformatio, infra *in Sanitate.*
Congius mensuræ species [a] *passim.*
Consuetudo.

a Est mensura liquidorum capiens sextarios sex, seu ℔. 9, aut totidem cotylas Atticas. *Gorr.*

Condonandum aliquid regioni, ætati, consuetudini. *Aph.* 17. *sect.* 1.

Qui [a] consueti solidos labores ferre, & si imbecilliores & senes, non consuetis fortibus, atque juvenibus facilius ferunt.

Quæ longo tempore consueta sunt, & si deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. *Aph.* 49. *&* 50. *sect.* 2.

a Ad ea reducendus est quisque quibus insuevit. Etenim non modò in convalescentibus, sed in ægris etiam totius victus medicamentorumque invectio ex consuetudine sumitur. *Gal. Lib.* 7. *Meth. cap.* 1.

In valetudinis ratione consuetudo spectanda in victu, tegumentis, laboribus, somnis, rebus venereis & animi affectionibus. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 8. *text.* 43.

Siquis [b] subitò victus rationem immutet, nequid in corpore ex mutatione innovetur, periculum est. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 178.

b Sed quod paulatim fit tutius sensim & sine sensu immutanda prava consuetudo.

Quod vitiosa victus ratio tum in potu, tum in cibo sui semper similis ad sanitatem sit omnino tutior, quam si quis subitò ad aliam meliorem mutationem faciat cognitu facile est, quamdoquidem tum eos qui bis die, tum eos qui semel cibum sumere consueverunt, repentinæ [c] mutationes lædunt, & imbecillos reddunt. *Lib. de Acutis. pag.* 371. 372. 373.

c Exemplum in oculis qui si diu quieti, dum subitò moventur, defatigantur. A somno enim longiore non videmus. Sic Dionysius Tyrannus homines excæcabat, eos ex tenebris subitò in lucem producens.

[a] *Contraria, Contrariorum ratio.*

Omnia animantia, tum homo ipse ex duobus quidem facultate diversis, usu verò consentientibus constant igne & aqua. Quæ duo simul juncta tum aliis omnibus, tum sibi ipsi satis sunt, at utrumque seorsim nil potest. Ignis autem omnia movet, aqua omnia nutrit. &c. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 303.

a Contraria sunt quæ sub eodem genere posita inter se multùm distant. *Ex Gal.* 11. *Meth. cap.* 12. Ubi addit non in sola qualitate eam contrarietatem inveniri, sed in quantitate, licet ab Aristotele non cōtrarietas hoc sensu, sed oppositio vocetur.

Quæ plurimùm differunt maximè conveniunt; quæ minimè differunt minimè conveniunt. Quòd siquis similia faciat omnia, nulla aderit delectatio. Plurimæ & variæ mutationes delectant. *Ibidem. pag.* 309.

Contraria contrariorum remedia.

Famis remedium est quod famem sedat, id autem cibus facit. Sitim potio sedat, plenitudinem vacuatio sanat, evacuationem plenitudo, laborem otium, otium labor, atque ut uno verbo dicam contraria sunt contrariorum remedia. *Lib. de Flatibus. pag.* 273. *& de Nat. hominis. pag.* 177.

Quicunque morbi ex repletione fiunt curat evacuatio, & quicunque ex [a] evacuatione repletio; & aliorum contrarietas. *Aph.* 22. *sect.* 2.

Cum cujusque natura immutatur & corrumpitur, dolores fiunt & sanantur contrariis; idque proprium cuique morbo. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 418.

Medicatio est obluctantem esse, neque consentientem affectui. Sic [b] frigidum & auxilio est, & quæ à calido sunt tollit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 7.

Contraria paulatim inducere oportet, atque interquiescere. *Ibidem. sect.* 2. *text.* 18.

a Nullos ex evacuatione oriri morbos, sed solam induci imbecillitatem voluerunt quidam Medici quos capit *Gal. Comment. in Lib. de natura hominis.*

b Ab uno frigidi exemplo ad omnia alia contraria sermonem traducere oportet. *Gal. hic.*

Contusio, Collisio.

Carnes contusas & laceratas in pus versas necesse est [a] tabescere. *Lib. de cap. vulner. pag.* 921. Quæ caro à telo collisa est aut cæsa, ea ita curanda ut quàm celerrimè in pus vertatur. *Lib. de vulneribus. pag.* 898.

Magnæ navis Præfecto anchora manus dextræ indicem collisit, unde mors. *Ex Lib.* 5. *Epid.* Historia afferetur integra infra in *Digito.*

a Ne alioqui succedat gangræna.

Convolvulus, infra *Ileus*.
Convulsio, [a] *Spasmus*.

Convulsio fit [b] ex repletione vel inanitione, ita & singultus. *Aph. 39. sect. 6.*

Febrem [c] convulsioni supervenire melius est, quàm febri convulsionem. *Aph. 26. sect. 6.* Convulsionem & Tetanum febris superveniens solvit. *Aphor. 57. sect. 4. Coac.* 354. Libro *Prædictorum & de Judicationibus.*

Convulsio in febre suborta, eademque die desinens bono est. *Coac.* 156. Convulsio in febribus suborta febrem primo die, aut postero, aut tertio finit. *Coac.* 157.

In acutis febribus convulsio [d] & circa viscera dolores [e] fortes malum. *Aph.* 13. *sect.* 7. Convulsiones cum febre acuta perniciem denunciant. *Coac.* 269. Ab æstibus fortibus convulsio aut distensio, malum. *Aph.* 13. *sect.* 7.

Convulsio ex helleboro lethalis [f] est. Item ex vulnere. *Aph.* 1. & 2. *sect.* 5.

Ubi sanguis [g] plurimus fluxerit, singultus aut convulsio superveniens, malum. Ex superflua [h] purgatione convulsio aut singultus superveniens, malum. *Aph.* 3. & 4. *Ibidem.* & *Aph.* 25. *sect.* 7.

Quibus tempora secantur, iis ex adversa sectionis parte convulsio contingit. *Coac.* 404.

In febre non intermittente si labrum, vel oculus, vel nasus, vel supercilium pervertatur debili existente ægro, mors proxima. *Aph.* 49. *sect.* 4. infra *in Mortis signis adducto.*

Convulsionem solvit febris acuta quæ prius non erat, aut si prius adfuit, ingravescens. Confert autem & urinæ [i] vitreæ copiosus transitus, & alvi [k] fluxio & [l] somnus. Convulsiones autem derepente ortas febris solvit, aut alvi fluxus. *Coac.* 358.

Phœnicis is erat affectus, ut ex oculo dextro plerumque coruscare videretur. Paulò post ad tempus

a Spasmum seu convulsionem *Celsus* vocat, nervorum distentionem: Tetanum verò eorundem rigorem.

b *Galenus* explicat chordarum exemplo, quas videmus conrrahi vel nimio madore, vel summa siccitare, quæ comparatio non placet Averrhoi. Vide *Senertum.*

c Febris coquit frigidos humores convulsionis parentes: at febri superveniens convulsio pendet ab inanirione lethali. *Gal. hic.* Ubi convulsionis & terani hoc assignat discrimen, quod in rerano partes non videantur convelli & retrahi, sed in rectum sursum retrorsumque tendi.

d. e Nam febres vehementes ignis instar nervos exciccant & tendunr. *Gal. hic.* At multò pejores convulsiones si adjungantur dolores fortes viscerum, quæ inflammationis aut squaloris vi intrò trahuntur. *Henrnius hic.*

f. g. h Planum est, in casibus hujusmodi convulsiones ideò pravas esse, quòd fiant ab inanitione. Addit *Martianus* helleborum album convulsionem afferre ob peculiarem consensum partium nervosarum cum ventriculo ab hellebori prava qualitate lacessito.

i. k. l Triplex omnino ratio solvendæ convulsionis à frigido glutinosoque humore commissæ. Prima per febrem acutam quæ materiam consumat. Secunda per ejusdem va-

NOTÆ.

cuationem tum fluxu urinæ albumineæ, tum alvi profluvio; tertia per concoctionem materiæ à somno, *Duretus*.

m Auxilium attulit venæ sectio quod sanguinis redundantia esset aut morbi causa, aut concausa: præterea morbi magnitudo magnum auxilium postulabat.

dextrum gravis dolor oriebatur. Deinde totum corpus, caput & cervicem pervadebat. Capitis pars posterior ad vertebras intumescat, cervicis nervi majores (tendones vocant) contendebantur, & circum durescebant. Quod si caput commovere aut dentes aperire conaretur, non poterat, utpote admodum distentus, *&c.* Sanguinis [m] missio auxilio fuit, & veratri potiones cujusque modi humores eduxerunt, præcipuéque porraceos. *Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1109.

Convulsio puerorum.

a Pueris convulsio frequens maximè lactentibus, quod alimento plurimo utantur, unde genus nervorum illis imbecillius est. Ex tribus siquidem facultatibus, naturali & vitali cæteris fortiores sunt: tertia verò in nervis residenti debiliores. Unde citò convelluntur & facilè sanantur. Adultis verò nec facilè consistit, nec facilè desistit convulsio. *Ex Galeno hic.*

b At frequentius dum febricitant vexantur motibus convulsivis. *Mercurialis hic.*

c Addit & comitiales qui differunt à convulsione ipsa. *Ex eodem Mercuriali Comment. in textum superiorem. Lib. Prænotiorum.*

Pueris [a] convulsiones accidunt, si febris acuta fuerit, venter non dejiciat, si vigilent, perterreantur, assidue plorent, & color immutetur, & ex viridi pallidus, aut lividus, aut ruber contrahatur. Hæc autem pueris recens quidem natis ad septimum usque annum promptissimè eveniunt. At grandiores pueri & viri non adeò per febres [b] convulsionibus prehenduntur, nisi vehementissimum quoddam signum ex his quæ in phrenitide fieri solent, affuerit. *Ex Lib. Prænotionum, pag.* 57.

Timocratis infanti ferè bimestri pustulæ in cruribus, coxis, lumbis, & imo ventre, tumoresque rubicundi admodum extiterunt, quibus conquiescentibus convulsiones & [c] comitiales exoriebantur. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1113.

Convulsivi motus, Concussiones & Subsultus.

a Ex hac maximè sententia infert *Martianus* inimicitiam humoris melancholici cum nervis; hic enim morbi idea supponitur, febris acuta atræ bilis particeps; cui si cum perfrictione corporis succedant timor & mœstitia; meritò motus convulsivi sunt expectandi dum nervosæ

Ex perfrictione metus [a] ac animi abjectio præter rationem in convulsionem tendit. *Coac.* 4.

Qui ad manus contactum resiliunt, malè habere judicantur. *Coac.* 59.

In manibus palpitationes admodum longæ febrem, aut brevem in pejus tendentem judicationem indicant; prætereaque plurima quæ ad mortem inclinant,

Lib. de Judicat. pag. 69.

Quos [b] palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt? *Coac.* 347. *&* Lib.I. *Prædictorum Sent.* 30.

In febribus ex somnis [c] pavores vel convulsiones, malum. *Aph.* 67. *sect.* 4.

partes irritantur à vaporibus atrabilariis sursùm elatis. Quod autem convulsio sit melancholiæ soboles, patet *ex text.* 54. *sect.* 8. *Lib.* 6. *Epid. in atra bile adducto*, inquit *Duretus hîc*, afferens exemplum Thasiæ mulieris. *Sect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

b Saltus chordarum seu tendinum musculorum, tactui & oculis conspicui, quos recentiores motus convulsivos vocant. Attamen hujusmodi palpitationes *Martianus & Duretus* hic interpretantur de pulsu micantium arteriarum aspectabili Medico. Deploratis ægri rebus.

c *Galenus* testatur se in morbis perniciosis hæc à somno excitata animadvertisse, quod eo tempore noxius humor ascenderit, intus magis quàm extra, mota materia, quæ si sit atrabilaria pavores, si talis non sit labores & convulsiones pariat. At pace *Galeni* hæc omnia pendere ab humore melancholico, nec semper perniciem minari experti sumus tum in nobis quoties febre vexari contigit, tum passim in aliis dum dormiunt, quin etiam in quibusdam sanis.

Cor, Cordis situs, conformatio, dignitas.

Cor [a] regium locum obtinens coni formam habet, thoracem induit adversus omnes insultus, &c. *ex Epistola Democriti, de Natura humana.*

Cor figura metæ simile, colore admodum puniceo, tunica [b] brevi circuntegitur, in qua humor [c] modicus qualis urina inest, ut cor in vesica conversari existimes. Ea verò de causa exitiit, ut validum in custodia vigeat. Humiditatem autem tantam habet, quantam ad æstuantis medelam satis sit. *Lib. de Corde. pag.* 234.

Cor musculus [d] est validus, non nervo, sed carnis spissamento, duos discretos habens in uno amictu ventriculos, utrinque quidem unum, qui nullo modo sunt inter se similes. Unus in dextris, alter sub sinistra mamma præcipuè situs est, cui maximè è directo respondet, ubi etiam [e] saltu de se significationem præbet. Hi sunt naturæ fontes, hincque [f] flumina excurrunt, quibus corporis alveus irrigatur. Atque hæc vitam homini conferunt, & si reficcata fuerint, is perit. Propè autem venarum exortum ventriculis circum obducta sunt, corpora mollia, cava, quæ aures nominantur, neque aurium foramina habent, non enim clamorem obaudiunt, verùm instrumenta sunt, qui-

a Tanta ejus necessitas ad vitam, ut nullum ex Aristotele visum fuerit animal carere corde. Attamen Cæsari sacrificāti bis in extis defuisse tradit *Plinius*. Eo autem avulso canem adhuc vociferatum & tantisper cucurrisse docet *Columbus in Anatomia.*

b Pericardio vulgò dicta.

c Ut quo veluti balneo temperetur cor, alioqui motu continuo & natura sua æstui & conflagrationi expositum. Unde quibus à febre, laboribus, mœrore, vigiliis, exhaustus hic humor, mors ex tabe accidit, quod confirmat Historia Simiæ à *Galeno* dissertæ hac tabe peremptæ.

d Sed impropriè, cum moveatur naturali motu, musculus verò arbitrario. *Ex Gal.*

e Palpitationem vulgus vocat.

f Numero 4. quorum duo vena scilicet cava & vena arteriosa in ventriculo

NOTÆ.

dextro, duo etiam in sinistro sita sunt, arteria porta, & aorta venosa.

g Has in viventis animalis sectione deficiente jam cordis motu adhuc palpitare docet *Galenus*, quod etiam multoties se in canibus observasse testatur Dominus *Riolanus*.

h Id circo negat *Galenus* cor pati posse abscessum. *Plinius* verò notat non macerari morbis, nec supplicia vitæ trahere, sed læsum mortem præsentanem afferre.

bus aerem ad se natura rapit. Et certè præstantis artificis opus esse censeo, qui cum speculatus fuisset viscus ipsum ex sanguinis extra venas effusi distentione, forma solida futurum, totumque facultate trahendi præditum, huic folles admovit, uti fornacibus fusoriis fabri assolent, per quos spiritum acciperet, hujus autem creationis fidem facit, quod cor tota sua natura agitari cernas, aures privatim tum [g] intumescere, tum concidere, &c. *Ibidem.*

Sanguinis fons est cor, pituita caput, *& cætera videnda Articulo de Humoribus.*

Trahit cor ad se quod sanguineum est, neque ubi copiosius attraxerit, afficitur, cum sit enim cor solida quædã res,& densa, ideò minimè dolet, [h] ex eoque venæ jugulares dictæ feruntur,in quas quod sanguineum est, confestim transmittitur, si copiosius accesserit, illæque impletæ capiti & cervici celeriter distribuunt. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 506.

Cordis [a] inflammatio.

a Intellige de sola vehementiori intemperie calida, vel phlogosi simplici. Viderunt tamen in corde abscessum, *Hollerius*, *Benivenius* & alii apud *Laurentium*.

Quibus unà cum corde pulmo totus inflammatur, ii toto corpore nervorum resolutionem sentiunt, & sine sensu jacet æger frigidus; vigesimo autem, aut trigesimo die perit, &c. *ex Coac.* 401.

Cordis vulnera.

a Protinus & cum ingenti hæmorrhoidum ventriculi penetrantur; at si in carne subsistat vulnus, aliqui in diem vivunt, etiam tandiu mentis compotes. *Gal. Lib.* 5. *de Loc. affectis.*

Dissecta vesica, cerebro, corde [a] lethale. *Ex Aphor.* 68. *sect.* 6. *& Coac.* 509.

Cordis morsus, dolor, supra *Cardialgia.*

Cordis [a] palpitatio.

a Quam *Fernelius* definit concussionem cordis vehementi diastole & systole molestam. At reprehendi.

Ubi pituita ad pulmonem & cor devenerit, refrigeratur

geratur sanguis, venæque per vim refrigeratæ ad pulmonem & cor resiliunt, corque palpitat, indéque necessariò anhelatio & spiratio quæ recta cervice trahitur, incidit. Neque enim spiritum suscipere potest, donec quod influxit à pituita superatum & calefactum per venas diffusum fuerit. Deinde anhelatio & palpitatio cessat, idque prout ejus copia se habuerit. Si enim magna copia defluxerit, tardius; si pauciore citius. Et si quidem crebriores defluxiones fuerint, frequentior morbi insultus fit, sin minus rarior. *Lib. de Morbo sacro. pag.* 288.

tùr à *Mercuriali* quod diastole & systole sint motus naturales cordi, palpitatio minimè, fiatque passim in ardentibus febribus vehemens diastole & systole absque palpitatione.

Coriandrum.

Coriandrum [a] calidum alvum sistit, ructum acidum sedat, somnum conciliat, si postremo loco edatur. *Lib. 2. de vict. rat. pag.* 329. Tum coctum, tum crudum ore ventriculi gratum, & alvum movet. *Lib. de Affect. pag.* 546.

[a] *Galenus & Mathiolus* sequuntur Hippocratem. Hic coriandrum calidum statuentem, deseruntque *Dioscoridem* frigidum existimantom.

Corna.

Sorba, mespila; corna alvum sistunt & [a] acerba sunt. *Lib. 2. de vict. rat. pag.* 339.

[a] *Galenus* addit sorba mespilorum instar.

Corruptorius morbus, infra *inter species Nigri morbi.*

Coryza, [a] *Gravedo.*

Lien non superiore parte, verùm inferiore durus, rotundus, latus, crassus, longus, tenuis: minus [b] autem his qui gravedine ex capite tentantur. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text.* 32.

Ex capitis gravedine & raucedine laborantibus, ubi febre corripiuntur, iis ferè morborum reversiones non [c] fiunt. *Ibidem. sect. 3. text.* 6.

Raucedines & gravedines in valde senibus coctio-

[a] Crudi humoris è capite in nares distillatio, quod enim in ventre diarrhœa est, talis in cerebro Coryza, inquit *Gorreus.*

[b] Rarum siquidem in omni corpore duo membra æqualiter affici. *Gal.*

[c] Quod febris ignis purgatorii instar omnem raucedinis & gravedinis materiam consumat.

nem non admittunt. *Aph.* 40. *sect.* 2. (*adductus & interpretatus fuit supra in Ætatis ratione.*)

Quibus nares [d] natura humidiores, & genitura humidior, [e] ii minus salubriter degunt. *Aph.* 2. *sect.* 6. Mucus [f] & saliva repletionem arguunt. *Lib.* 3. *de vict. rat. pag.* 343.

In omnibus pulmonum morbis Coryzas seu gravedines & [g] sternutamenta præcessisse aut subsequi, malum. *Lib. Prænot. pag.* 50. *& Coac.* 399.

Timocharitі distillatione in nares vexato post veneris usum cuncta resiccata [h] sunt. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1051. *&* 7. 1104.

d. e Qui enim ita à natura comparati levi de causa catarrhis tentantur, qui delati in partes inferiores plures morbos pariunt. *Gal.*

f Ideò probrosum Persis nares emungere ob indicium intemperantiæ.

g Reddetur ratio infra in *Sternutamento.*

h Venus siquidem morbis à pituita confert, ut patebit infra *Articulo de veneris commodis & incommodis*

Costarum affectus.

Quibus costæ fractæ fuerint una aut plures, ut plerisque evenit, ita ut ossa ad interiorem partem [a] minimè perrumpant neque nudentur, pauci quidem febre correpti sunt, sed neque multi sanguinem expuerunt, neque multi pus in thorace collegerunt, aut per linamenta curatione opus habuerunt, hisque simplex victus [b] ratio satis est. Etenim si febre assidua non detinentur, iis inedia deterior est quàm cibus, graviorémque febrem excitat, dolorem ac tussim. Modica enim plenitudo costas dirigit: vasorum verò inanitio eas pendulas facit, hæque suspensæ dolent. Ab exteriore autem parte quævis deligatio satis est. Sicut cerato & spleniis fasciisque vinculum æquale inducatur, aut etiam laneum quid superponatur. Costa verò callo viginti diebus firmatur. At carne circa costas, ex plaga, casu, aut renixu contusa, multi sanguinem copiosum [c] expuerunt. [d] Ductus enim qui per obtentam unicuique costæ inanitatem feruntur, & nervi ex præcipuis corporis partibus ortum ducunt, unde etiam multi ex tussi & tuberculis & pure in thorace collecto per linamenta curatione indiguerunt; & ad costæ syderationem devenerunt. Iis victui subtrahendum totoque corpore quiescendum, & vene-

a Duas affert conditiones quibus costarum fractura secura redditur; si nimirum neque intus propulsentur versus partes pectore contentas, neque à conjuncto vulnere cute & musculis nudatæ fuerint. *Gal. hic.*

b Vulgaris & pleniorqualis in sanis, qui his conducit ob destentionem ventris. *Gal.*

c Citra pulmonum vitiũ transsumpto sanguine, eo modo quo in pleuritide transsumitur. *Gal.*

d *Duretus* vocat venas arterias, tendones nervos, & interstitia costarum. *Gal.*

re abstinendum, &c. Vena [e] quoque cubiti secanda, & quàm maximè silentium habendum. Præstat quoque alvum leni aliquo medicamento mollire &c. At quibus malum inveteravit, locusque dolore vexatur, & caro aliquantum mucosa est, iis ustio [f] optimè medetur. Carptim *ex Lib. de Articul. pag.* 850. 851. 852.

Maliensem plaustrum onustum, qua parte costæ sunt, calcavit, easque confregit, & ei aliquanto tempore pus infra substitit, subter lienem inustus est, & curatio per linamenta concepta ad decem menses pervenit. Secta cute in omento foramen visum utrinque penetrans, & ad renem, ossaque putredo perveniebat. Fefellit [g] nos hujus corporis habitus biliosus, & quæ corpore inerat multa omenti putredo sicca, aliarumque carnium quas statim oportuerat medicamento sicco invadere, dum vir aliquid habebat virium, &c. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1045.

NOTÆ.

e Licet syndrome illa, seu concursus plethorius quem requirebant *Menodotus empiricus*, aliique non adsit. *Gal.*

f Medetur ustio dum absumit humorem lentum prioribus remediis superiorem. *Gal.*

g Ex hac divini senis ingenua erroris confessione discamus frequenter nostros errores nec erubescere, nec pertinacius inficiari.

Cotyledones supra *Acetabula.* *Cotyla* [a] infra *in Hemina.* *Coxendicum affectus. Ischias.*

a Mensura liquidorum continens quartaria duo. Sumitur aliquando etiam pro libra. Vide *Gorreum*.

Quibus senioribus vehementissimi torpores adsunt, & lumbi ac crura frigescunt, nec [a] pudendum erigere valent, alvusque non nisi coacta egerit, & mucosum alvi retrimentum prodit; his maximè diuturnus [b] futurus est morbus, & in annum perseveraturus, juvamentumque non nisi vere [c] aut æstate sperandum. At junioribus non minores dolores adferunt. Sunt tamen breviores, etenim 40. diebus liberantur. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 160. 161.

a Quod est certissimum signum effœti senii.

b Imò sæpe morbus commoritur, siquidem morbi longi vix sanantur in senibus. *Ex Aph.* 39. *sect.* 4.

c Tunc enim speranda aliqua caloris naturalis redintegratio.

In coxendicum morbo dolor coxæ connexionem invadit & extremas partes & protuberantem in summa femoris parte carnem quæ γλȣτὸς dicitur. Ad extremum verò per totum etiam crus dolor deerrat. Huic confert, cum dolor detinet, balneis calidis & fomentis emollire, ad quamcunque cruris partem dolor

decubuerit alvumque subducere; cumque dolor [d] levatus fuerit, medicamentum infra purgans exhibere, & postea lac asininum coctum potare. Oritur hic morbus ubi bilis & pituita ad venam sanguine manantem decubuerit, aut ex alio morbo, aut cum quicquid est sanguinis à pituita & bile coactum malè affectum fuerit, &c. Quod si in aliquo uno loco dolor firmiter constiterit, neque medicamentis expellatur, lino crudo inurito. *Lib. de Affect. pag.* 538.

Coxendicum morbi ex his causis oriuntur. Siquis diutius in Sole versetur, & coxendices incaluerint, & humor qui in articulis inest, ab æstu resiccatus fuerit. Quod autem resiccetur & increscat, id indicio est. Æger enim articulos præ dolore movere non potest, eo quod digiti constricti sunt. Dolor est ad lumbos præcipuè, ad vertebras, & ad genua. In inguinibus autem & coxendicibus dolor acutus & æstuosus diu insistit, & siquis eum transmoveat, præ dolore ingemiscit. Oritur à bile & pituita. Oritur etiam à sanguine. Si ex pituita ægrotet ei granum Cnidium aut hypopha post fomentum admotum [e] propinato. Post purgationem autem easdem sorbitiones ac potus ac in aliis causis & lactis potionem adhibere oportet. Interjectis verò diebus levissimam victus rationem, à quibus nisi juvetur multas & altas crustas in osseis quidem partibus per [f] fungos, in carnosis per [g] ferramenta inurito. Quod si ex sanguine ægrotarit, post adhibitum fomentum cucurbitulas admoveto, & venas in poplite secato, granum Cnidium propinato, vino abstineto, aut saltem quàm minimum concedatur. Modicum ambulet, & si potest plurimùm; & quamvis exurgere nequeat, quotidie tamen [h] parum obambulet, & si potest plurimùm, neque frigeat neque lavet, & si stare nequeat, eum crebrò in lecto circumferre oportet, ne intus cartilago coalescat, & inde claudicet. Carptim *ex Lib. de intern. Affect. pag.* 590. 591.

NOTÆ.

d Nota Hippocratem eo ordine curationẽ aggredi ut primùm dolorem demulceat fomentis, alvumque subducat. Deinde purgat si à bile & pituita oriatur morbus, ut in hoc textu supponendum. At si ex sanguine ægrotatit ut in textu sequenti. *Lib. de intern. Affect.* venas poplitis secat.

e Aliqui Medici, ut *Crato & Duretus* tutiora existimant vomitoria *Fernelius* verò & alii utuntur vehementioribus catarthicis, ne leniora plus exagitent quàm evacuent.

f. g Rationem reddit *Mercurialis*, quod ubi catourenda, opus sit medicamentis magis siccantibus quod sit humidior, osseæ verò partes quæ siccæ, igne minus exsiccanti egent, at ferramenta ob materiæ densitatem urunt potentius quàm fungi.

h Licet æger non sibi videatur sat firmus ad obãbulationem, satagat tamen, & sic non raro vires ignavia & animi diffidentia torpescentes exeret & excitabit. quod nos in plu-

Cum

Cum coxendicum morbus ex fluxione [i] oritur, cucurbitula admota foras attrahere oportet, neque cutem ſcalpello pertundere, & calefacientia propinando intus calefacere, ut exitus pateat, tum extra ad cutem per cucurbitæ tractionem, tum intra ad ventrem per caliditatem, &c. Sic affecto caput medicamento imbecillo [k] purgandum, donec aliò avertatur fluxio. Medicamentum autem potui dato [l] deorsùm purgans, & alvum lacte ſubluito; cætera fomentis curato. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 412.

In dorſi & coxendicis laboribus ex poplitibus & externis malleolis venæ [m] ſecandæ. *Lib. de Oſſium natura.* 245.

Quibuſcunque à coxendicum dolore moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, his mucores [n] ſuperveniunt, & quibus excidit coxa, his crus tabeſcit ſinon urantur. *Aph.* 59. *&* 60. *ſect.* 6.

In Ceniadis Eupolemus coxendicis dextræ dolore conflictabatur, &c. Huic ſanguis ex malleolo detractus eſt multus, niger & craſſus, epotoque medicamento deorſum multùm purgatus eſt, & melius ei aliquantulum fuit; dolores verò non ceſſebant, ſed tum coxendicem, tùm illius juncturam ad ſedem, tum etiam inguinis loca, ſuppuratio occeperat, ibique dolor erat interior. Pus autem os potius quàm carnem altè pervadebat, & aliquandiu ſic ſe habere ignoratus eſt, donec admodum debilis [o] extitit. Tandem cruſtis valde multis, iiſque magnis & denſis inuſtus eſt, puſque multum & craſſum effluxit, ac non paucis poſt diebus interiit. Videbatur potuiſſe ſervari, unica ampla ſectione, ſi in tempore facta fuiſſet. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1039.

Laryſſæ Scamander coxendicem ſyderatam habuit, & os diu [p] diſparatum. Hic poſt magnam ſectionem ad ipſum os uſque denique ſubuſtus eſt, ac tum decimo ſecundo poſt ſectionem die convulſio cœpit; convulſione autem crus ipſum tentabatur ad latera uſque, quæ ad alteram etiam partem perveniebat. Crus

ribus ægris, autumnalibus febribus detentis, melancholicis, cachecticis, feliciter ſumus experti, ſuadendo iis obambulationem, equitationem, geſtationem, exercitia.

i Hic ut in toto *Lib. de Locis* agit *Hippocrates* de morbo ex fluxione orto; qui minimè fiat à ſanguine.

k Sit aut omninò imbecillum, aut vehemens, aut mochlicum.

l Mirum Hippocratem vomitoria hîc negligere, cum iis frequenter utatur in aliis morbis.

m Memini me iſchiadas uno die curaſſe ſanguinis è cruribus vacuatione, ubi à ſanguine proveniſſent. *Gal. Lib. de Curandi ratione per venæ ſectionem.*

n Si mucores coacerventur à parte imbecilli, quam roborat uſtio.

o Ita ut tabida tandem facta fuerit. Si quidem *Valeſius* interpretatur hanc Hiſtoriam de tabe coxaria, de qua infra inter *Tabis differentias.*

p Diſtractum & ſeparatū à femore ob ſyderationem & corruptionem ligamentorum, ut nil mirum ſit tandem periiſſe ægrum.

-utem contrahebatur, & ad cætera membra movebat. [A]xillæ etiam riguerunt. Octavo post convulsionem [d]ie periit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1041.

Coxaria Tabes, infra *in Tabe.*

[a] *Cranon.*

Craſſi, [a] *obeſi*, *præpingues.*

Qui materiâ admodum craſſi ſunt, citius intereunt quàm graciles. *Aph.* 44. *ſect.* 2.

Hominibus ad prudentiam confert ut quàm minimè carnoſi evadant, *& cætera afferenda infra in Prudentia.*

Craſſi qui tenues [b] fieri cupiunt, ii jejuni omnes exercitationes ſubire, & adhuc ex labore exhalantes, nec-dum refrigerati, cibos aggredi debent, priuſque vinum bibere dilutum non admodum frigidum. Opſonia quoque ex ſeſamis, &c. Quin & ſemel cibus capiendus, balneo abſtinendum, duriter cubandum, & nuda deambulatione quoad fieri poterit utendum. Qui verò attenuato cum ſint corpore, craſſiores effici volunt, tum his contraria facere, tum jejuni nullam exercitationem ſubire debent. *Lib. de Salubr. victus ratione. pag.* 298.

a Urbs] quædam Theſſaliæ ex Strabone, cujus paſſim meminit Hippocrates. *Lib.* 2. *Epid.* Ubi de morbis in Cranone regnantibus.

a Obeſos & præpingues vertit *Celſus*, hoſque tradit ſæpius ſubitò mori ſtrangulatos ob difficultatem ſpirandi. *Lib.* 2. *cap.* 1.

b Conſule *Gal. Lib.* 14. *Meth. cap.* 15. In Hiſtoria obeſi illius qui non poterat egredi ſine moleſtia, nec liberè ſpirare, nec ſedem propter ventris molem attingere. Talis fuit Nicomachus Smyrneus quem idem *Galenus* tradit ab Æſculapio ſanatum. *Lib. de differentiis Morborum.*

Craſſus [a] *morbus quadruplex.*

[Quatuor craſſi morbi ſpecies. *Lib. de intern. Affect.* deſcriptas, liceat nobis compendio ſtudentibus, ſic paucis ex doctiſſimi Martini Commentario perſtringere.] Morbi craſſi ſunt moles totius corporis vel partis ex multa humorum pravitate impactorum parti, vel diffuſorum per univerſum corpus. Primus eſt in ventre ex pituitæ & bilis mixtarum collectione vel defluxione. Secundus eſt in hepate ex bilis effervescentia; Tertius eſt in cruribus ex pituitæ putredine. Quartus per univerſum corpus ex pituita hypoſarci-

a λεπτυσμὸς & παχυσμὸς attenuatio & craſſities, oppoſito modo ſe habēt apud *Gal. Comment.* 3. *in Lib.* 6. *Epid.* Ut enim ille definitur totius corporis decidentia, ſichîc incrementū eſt totius corporis vel partis in molem. Sed hujuſmodi craſſities fit duobus modis; vel enim corpus bonis viſceribus præditum multo & probo alimento in carnoſam molem attollitur, ut in Athletis, quam *Galenus* polyſarchiam vocat, *Lib.* 14. *Meth.* de qua

dium referente, dicunturque crassi tam quia corpus in molem crescit, quàm quia humores sunt ipsi crassi atque viscosi.

actum superiori Articulo, vel corpus laborat cacochymia pravorum humorum & crassorum, unde excitatur tumor, vel totius corporis vel quarundam partium, de qua posteriore crassitie hîc agitur.

Crepitus, flatus sonorus.

Flatum sine sonitu quidem ac crepitu exire [a] optimum: præstat tamen cum strepitu prodire quàm istic resolvi. At qui eo modo prodit, ægrum alioqui dolore vexari aut delirare indicat, nisi æger sua sponte hoc modo flatum emiserit. At præcordiorum dolores & tumores recentes quidem & sine inflammatione murmur circa præcordia exortum [b] solvit. Idque potissimum si cum [c] stercore, urina & flatu prodierit. Alioqui ubi ipsum transmissum fuerit, juvat. Idque magis si ad inferiores sedes descenderit. *Lib. Prænot. pag.* 48. In febribus alvo à flatibus distenta, flatum non erumpere, [d] malum. *Coac.* 44.

[a] Etenim quibus sine sono prodit, denotat minorem copiam, meatuumque libertatem. *Gal.*

[b. c] Est enim hujusmodi murmur non solum flatus indicium, sed ejus etiam cum humore permixti qui utiliter infra demittitur. *Gal.*

[d] Duo enim denotantur interpretes hectica tenuium intestinorum flatuum parens, & peristaltici motus inversio. *Duretus.*

Crisis, [a] *Judicatio.*

Febrium judicationes iisdem numerantur diebus quibus & evadunt, & moriuntur homines. Nam & mitissimæ, & quæ securissimis fulciuntur signis, die quarto aut ante desinunt. Maximè verò malignæ & quæ cum gravissimis signis fiunt. Quarto vel prius interficiunt. Primus itaque earum [b] insultus ad hunc modum definit. Secundus ad septimum deducitur. Tertius ad undecimum; Quartus ad decimum quartum; Quintus ad decimum septimum. Sextus ad vigesimum. Hi igitur circuitus ex acutissimis morbis per quatuor facta accessione, ad vigesimum terminantur. Neque verò horum quicquam integris [c] diebus numerari potest. Cum neque annus, neque menses integris diebus numerari soleant. Post hæc autem eadem ratione juxta eandem adjectionem primus cir-

[a] Crisis per morbos deforo trãslatitia appellatione dicta est, significans præcipitem in morbis mutationem quæ quadrifariam accidit. Aut enim ægri statim sanantur, aut statim moriuntur, aut multò pejus evadunt. Quæ duæ posteriores cum adjectione malæ crises vocantur. Fiunt autem omnes crises aut vacuatione aut abscessu. *Ex Gal. in Lib. Prænot.*

[b] Græcè ἔφοδος, sumpta metaphora tùm Græcè tum Latinè ab insultu hostium vel latronum. *Gal.*

[c] Sic enim in vigesimum primum, non in vigesimum crisis incideret, inquit *Galenus.*

cuitus eſt quatuor & triginta dierum. Secundus quadraginta; Tertius ſexaginta. At inter horum initia per quam difficile eſt dignoſcere, quinam longo temporis intervallo judicari debeant, quod ſimillima ſint eorum principia. Verum à primo die advertere animũ oportet, & pro ſingulorum quaternariorum additione conſiderationem adhibere, nec latebit quónam ſe vertat morbus. *Ex Lib. Prænot. pag.* 53. 54. *&* *Lib. de Judicat. pag.* 55.

Judicantur febres quarto die; ſeptimo; undecimo; decimo quarto; decimo ſeptimo; uno & vigeſimo. Ex his verò acutis trigeſimo; deinde quadrageſimo. Poſtea [d] ſexageſimo. Ubi verò hos numeros ſuperant, diuturna evadit febrium conditio. *Ex fine Lib. de Judicat.*

Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur. *Aph.* 23. *ſect.* 2. *&* *Coac.* 147.

Septenorum [e] quartus eſt index: alterius ſeptimanæ octavus eſt principium. Eſt & undecimus contemplabilis, eſt enim quartus alterius ſeptimanæ. Rurſus & decimus ſeptimus contemplabilis ipſe, ſiquidem quartus eſt à decimo quarto. Septimus ab undecimo. *Ibidem. Aph.* 24.

Morbi acuti judicantur ſanguine de naribus fluente in die judicatorio, ſudore item multo, purulenta urina & vitrea cum ſalutari ſedimento affatim reddita. Tum abſceſſu laudabili & alvo mucoſa [f] & cruenta, ac derepente dejiciente, & vomitibus minimè malis. *Coac.* 150.

Quibus ex naribus fluxiones, quæ ſeptimo, nono, aut decimo quarto contingunt, ut plurimùm à febribus vindicant. Eodem verò modo, & bilioſus alvi fluxus, & qualis in inteſtinorũ difficultate fieri aſſolet, ac genuum [g] & coxendicum dolor, urinaque ſub judicationem cocta, & in muliere menſium profluvium. *Coac.* 152.

Morbi omnes ſolvuntur aut per os, aut per alvum, aut veſicam, aut alium [h] quendam ejuſmodi articulum.

[d] Videtur Auctor hujus Libri morbos acutos extendere uſque ad ſexageſimum, & acquieſcendum ſententiæ Prænotionum (quarum parens certiſſimus Hippocrates) non extendentis ultra 40 dies. Porrò qui intra 14. dies judicantur, ii ſimpliciter acuti vocantur. Qui verò aliquo decretoriorum imperfectè ſolvuntur, acutos intra 40. dies appellat *Hippocrates. Galenus* verò acutos ex decidentia. *Comment. ad Aph.* 24. *ſect.* 2.

[e] Quod nullus abſolutè acutus ultra decimum quartum judicium differat, citius ſæpe afferat, ut ſeptimo, nono, undecimo. *Gal.*

[f] Dyſenteriam intellige, quorundam morborum criſim afferentem: quam ſub dyſēteria diarrhœam comprehende.

[g] Per abſceſſum in laxiores artuum compagines.

[h] Veluti ſanguinis fluxu

ſum. Sudor verò omnibus communis eſt. *Lib. de Acutis. pag.* 392.

Quæ judicantur, atque judicata ſunt integrè, neque movere, neque novare aliquid ſive medicamentis, ſive aliter irritando, ſed [i] ſinere. *Aph.* 20. *ſect.* 1.

Mulieribus judicationes ex partu [k] contingunt. *Lib. Prænot. pag.* 55.

Abderæ Pericles febre acuta vexatus cum lienis dolore, primo die ſanguinem multum è nare ſiniſtra profudit, &c. Quarto [l] ſub meridiem ſudore multo calido ex toto corpore manante [m] feliciter judicatus eſt. *Hiſt.* 3. *ſect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

per nares aut uterum quę Hippocrates vocat articulum, ut notavimus in Articulo ipſo.

i Ubi facta planè criſis, omnia naturæ permittenda, nec quicquam movendum: at ubi imperfecta criſis eſt, ſupplendum id quod deeſt. *Gal.*

k Vide explicationem in Puerperii Symptomatis.

l Exemplum rarum ſudoris critici in die quarto aut tevertente ſæpius tertio. *Gal.*

m Exemplum etiam acutiſſimi morbi horrendi rudibus, cæterum brevi judicandi prudentibus, ex eodem Galeno.

Criſim ſæpe fieri variis concurrentibus vacuationibus.

At verò hoc in ſtatu ex quatuor maximè ſignis ſervabantur ii, quibus aut ex naribus ſanguis benè profluxiſſet, aut urina multa cum copioſo & laudabili ſedimento proceſſiſſet, quique aut per alvum turbulenta, bilioſa tempeſtivè demitterent, aut in inteſtinorum difficultatem dilaberentur; multiſque uſuvenit, ut non ab uno ex ſupradictis judicarentur, ſed ut plurimi per omnia percurrerent, & gravius habere viderentur. Sed hi omnes quibus iſta contingerent, incolumes evaſerunt. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 3.

Laryſſæa virgo in ſexto quod ſanguis abundè è naribus fluxiſſet, & tum primùm menſes fluxiſſent, feliciter [a] etiam judicata. *Lib.* 3. *Epid. ſect.* 3. *Hiſt.* 12.

a Habemus hîc alterum felicis judicationis exemplum, in ſexto etiam die omnium maximè infami, ſiquidem *ex Gal. ad Aph.* 23. *ſect.* 2. rarò contingat fauſta criſis eo die quem Tyrannum vocant Medici.

Criſis laudabilis, ejuſque prænuncia ſigna.

Coctiones judicii celeritatem & morbi ſecuritatem

ostendunt; *& cætera nuper in Coctione adducta.*

Quibus crisis fit, his [a] non ante accessionem gravis esse solet; quæ verò subsequitur magna ex parte levior existit. *Aph. 13. sect. 2.*

Profundi [b] somni, neque turbulenti judicii firmitatem denunciant. Turbulenti verò non sine corporis offensione instabiles sunt & infirmi. *Coac.* 151.

Quos febris detinet cum faciei rubore & capitis vehementi dolore, iis si venæ pulsent, hæmorrhagia plerumque expectanda. Quos verò stomachi fastidia vexant, cum oris ventriculi morsu & crebra sputatione, iis vomitio adfutura est. Quibus autem ructus adsunt, flatus, ventris sonitus cum inflatione, iis alvus exturbatur. *Coac.* 142.

a Quemadmodum nox sic & dies similem habebit turbationem, si subsequēti nocte futura fit crisis. *Gal. hic.*

b Aliquando ad plures dies post diuturnas vigilias morbo mitescēte ægri tam profundè dormiunt ut propè carotici videantur. *Duretus.*

Si quis in febre non lethali dixerit [c] caput sibi dolere, aut tenebricosum quiddam ante oculos observari, si etiam ventriculi morsus accesserit, biliosa vomitio aderit. Quod si rigor quoque subortus fuerit, & inferiores hypochondriorum partes frigidas habuerit: adhuc etiam vomitio aderit. At quibus per ejusmodi febres caput dolet, & pro tenebris oculis apparentibus signis visus hebetudo contingit, vibrantesque splendores observari videntur, & pro ventriculi morsu in hypochondriorum dextra vel sinistra parte, contentio quædam neque cum dolore, neque cum inflammatione suboritur, iis pro vomitu sanguinem ex naribus profluxurum expectandum est: potius tamen & eo casu in juvenibus hæmorrhagiam expectato. Iis verò qui trigesimum annum attigerunt, & senioribus minus, sed in iis vomitiones expectabis. *Lib. Prænotionum. pag. 56. 57.*

c Non pauca multos ante crisim terrent, quæ Medico salutem promittunt. Optimum itaque posse dignoscere corpus à natura perturbari, tum alias excretiones, tum maximè vomitum ac sanguinis eruptionem moliente, quorum nota inseparabilis capitis dolor. *Gal. 2. ad Glaucum.* Cæterùm consulendus *Mercurialis* circa explicationem hujus textus.

Crisis imperfecta, insidiosa.

Quibus in [a] sexto die rigores fiunt, judicium habent difficile. Quibus accessiones fiunt quacunque hora febris dimiserit, si cras eadem occupaverit judicium [b] habent difficile. *Aph. 29. & 30. sect. 4.*

a Ex diuturna observatione *Hippocratis & Galeni.*

b Etenim accessionum constantia denotat materiam morbificam firmam & stabilitam. *Ex Gal.*

Si rigor incidat febre non deficiente ægro jam debili,[c] lethale. *Ibidem. Aph.* 46.

Qui in diebus judicatoriis cum angore, aut incontinenti corporis jactatione absque sudore perfrigerantur, atque omninò qui perfrigerantur citra sudorem & citra [d] judicationem, male habent. *Coac.* 38.

Signa judicatoria quæ [e] nil decernunt, partim mortem, partim morbi difficilem solutionem significant. Quæ verò præmaturam judicationem dum cruda sunt omnia [f] occupant, morborum recidivas convehunt, & solutionem omninò malam & propè nullam portendunt. Perniciosa quoque evadunt si modum excedant. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 1. Quæcumque absque judicationis significatione disparent, malè decernunt, velut in erysipilate, quod Polemarchi ancillæ accidit. *Ibidem. sect.* 3. *pag.* 988.

Quæ in melius decernunt & judicant, non [g] statim apparere debent. *Ibidem. sect* 1. *pag.* 978.

Quæ parva copia apparent, velut stillæ sanguinis urinæ, vomitiones & dejectiones, malum quidem denunciant. Pessimum verò si se exiguis [h] intervallis consequantur. *Coac.* 600.

c Ut malum signum extremam imbecillitatem indicat, ut mala causa vites dissolvit. *Ex eodem Gal.*

d Nam judicatoria non judicantia aut sunt lethalia, aut difficilis judicii. *Duretus.*

e Quæ frustra fiunt & frustra apparent. *Duretus.*

f Motu morbi non naturæ, suntque tumultuantis materiæ non sapientis naturæ opera. *Ex Laurentio, Lib. de Crisi.*

g Eo nomine coctionis signa differunt à crisimis quod illa bona sint quovis tempore. Hæc non item, nisi enim decernant, aut sunt mortifera, aut judicatu difficilia. *Gal. ad Aph.* 12. *sect.* 1.

h Hinc enim apparet naturæ imbecillitas in summa excernendi imbecillitate.

Crisis per[a] *abscessum.*

In longa febre salutariter tamen affecto ægro, si neque ob inflammationem, neque ob ullam aliam evidentem occasionem dolor detinet, in hoc abscessus cum tumore aut dolore ad articulum aliquem expectandus, maximéque in inferioribus locis. Magis tamen & minori tempore hujusmodi abscessus contingere solent, iis qui trigesimum annum non attigerunt, & statim in considerationem adhibenda sunt, quæ ad abscessum spectant, si ultra vigesimum diem febris detinet, quæ tamen per longiorem febrem senioribus minus contingunt. Hujusmodi autem abscessum expectare convenit, si febris continua fuerit. In

a Duo Hippocrati celeberrima apostaseos genera, unum κατ' ἔκρισιν dicitur, seu per evacuationem, cum morbus excretione quadam, seu per effluxum veluti per quædam emissaria solvitur. Alterum per κατ' ἀπόθεσιν, seu per depositionem cum materia suo pondere in partem aliquam firmatur ac deponitur. Utrumque designatur in textu hic apposito. *Ex Lib.* 2. *Epid.* Notandum prætereà abscessum hic vocari morbi unius in alterum transitum, veluti febris erraticæ in quartanam.

quartanam verò firmari debere ubi intermiserit; & errabundum in modum prehenderit, & ita ad Autumnum deducuntur. Ut verò abscessus oriuntur, in his qui 30. [b] annis minores sunt, ita quartanæ annum agentibus trigesimum, aut senioribus. *ex Lib. Prænotionum. pag. 55. & Coac.* 143.

Scire autem convenit abscessus hyeme magis [c] contingere & tardius desinere, & minus intrò recurrere; *Ibidem.*

Quibus urinæ tenues & crudæ multo tempore redduntur, si reliqua [d] signa salutaria sint, in iis abscessus intra septum transversum expectari debet. *Dicto Libr. Prænotionum. pag. 46.*

Lassitudinem habentibus in febribus, in articulis & circa [e] maxillas potissimùm abscessus fiunt. *Aph.* 31. *sect.* 4.

Quibuscumque resurgentibus ex morbis, si quid laboraverint [f] his fiunt abscessus. Sed si ante morbum aliqua parte doluerint, hic [g] morbus firmatur. *Ibidem. Aph.* 32. 33.

Quibus febres longæ his tubercula, vel in [h] articulis labores fiunt. *Ibidem. Aph.* 34.

In febribus abscessus qui ad primas [i] judicationes non solvent morbi longitudinem [k] significant. *Ibidem. Aph.* 51.

Impetigines & lepra, albicantesque vitiligines, [l] si juvenibus aut pueris contingant, aut sensim se prodant, diuturnitate temporis augentur. In iis quidem eæ pustulæ abscessus [m] minimè existimandæ, sed morbi: at quibus ex his aliquid subitò multumque contingit, id certè abscessus dici potest. *Lib. 2. Prædictorum prope finem.*

Omnes naturæ emotiones quæ ad inferiora [n] tendunt probandæ. *Ibidem.*

Quæ abscedere nata sunt, ea per venas, ossa, nervos, cutim, aut alia hujusmodi diverticula abscedunt, bonaque sunt si infra morbum fiant. Qualia sunt varices & lumborum gravitates. Si ex superioribus

b Quin potius expectandum his abscessus qui trigesimum annum superarunt. *Ex coac.* 143. Quam tuetur *Duretus*, quod iis non ita sint in promptu tres illæ opportunitates ad omnē excretionem necessariæ, naturæ scilicet robur, meatuum libertas, & materiæ præparatio, quas habent juniores. Vide *Mercurialem in Comment. hujus Libri.*

c Adducta supra ratio in Abscessu.

d Nisi enim ita apparuerint, sola mors expectanda, at superior natura crudos humores in partes inferiores deponit.

e *Galenus* addit alas & inguina, partes non minus laxas nec minus idoneas excipiendis humoribus.

f Ut si quæ pars ante lassitudine fatigata fuerit. *Henrnius hic.*

g Pars enim remanet inde imbecillior & vicinarum veluti sentina.

h Nisi aliunde fiat morbi solutio seu cōcoctione, seu excretione urinæ crassæ, albæ, & copiosæ: *Henrnius.*

i Uti septimo, nono, vigesimo.

k Sunt enim judicatoria non judicantia.

l Quorum sunt proprii hi abscessus tum ob incautam victus rationem, tum ob expultricis facultatis robur.

m Quod non fiant confertim sed sensim & in pauca quantitate. At si succedant febris declinationi confertim & multum tunc fit abscessus per effluxum.

n Ut abscessus cruralis in peripneumonia.

ribus partibus ad inferiores demittantur, præsertim verò optimæ sunt quæ ad inferna & infra [o] ventrem remotissimè à morbo abscedunt, ac ea quæ per emissaria quædam effluunt aut per emissionem fiunt; quemadmodum sanguis è naribus, aut pus ex aure, sputum & urina per emissionem effluunt. Quibusdam non eodem modo abscedit, velut dentes, oculi, nasus, & sudor. Quin etiam quæ in cutem abscedunt, foras erumpentia tubercula, velut putrescentes & purulenti quidam tumores, aut ulcus, aut reliquæ hujusce generis in cute efflorescentes pustulæ, desquammatio, glabratio, & capillorum defluvium, vitiligines, scabies, aliaque hujusmodi quæ referto & repentino quodam confluxu, non autem dimidiato, & [p] semirepente abscedunt. Quemadmodum Temenei nepti ex valido morbo quiddam in digitum firmatum est, qui cum morbo suscipiendo non esset sufficiens ex interno recursu obiit. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 1.

Quæ per venas, alvum, nervos aut cutem abscedunt ad ossa, medullam dorsalem, aut alia quædam emissaria effluunt, qualia sunt os, [q] pudendum, auris, nares. *Ibidem consequenter.*

Quæ erumpere & febres decernere nata sunt ulcera, aut tubercula, si non [r] affuerint, judicationem ipsam tollunt. Quibus verò intrò subsistunt certissimas & celerrimas recidivas afferunt. *Ibidem. pag.* 981.

Tumores temerè præter quam rationem allevantes [s] imposturam significant. Quale quid Andronici filio [t] intrò recurrens erysipelas portendit. *Et cætera adducenda in Tumore.*

o Inde enim magis elucet naturæ robur, materiæ præparatio, & meatuum libertas.

p Cujusmodi sunt parotides, tum bubones, qui sæpius sunt dimidiati abscessus, & semiflui & morbo minores. Passim *ex Galeno.*

q Os quidem in vomitione, & ptyelismo, pudendum in urina purulenta, quæ in peripneumonia demittitur, aures & nares in diuturno capitis dolore. *Duretus.*

r Seu quibus ejusmodi non sunt, ut judicandi vim ullam haberent, ea sunt fi..nistri judicii aut etiam nullius. *Duretus.*

s Galenus vocat tergiversationem fraudulentam morbi. *ad Aph.* 12. *sect.* 1.

t Quale etiam in erysipelate ancillæ Polemarchi, *ex textu citato Articulo superiori, & in Calvo;* infra *in Femore, ex Lib.* 3. *Epid.* Adde Histor. Critonis afferendam infra *in Pede.*

Crisis cessatio. Acrisia.

Judicationis cessationes in febribus temporis quidem diuturnitatem, non tamen [a] perniciem significant. *Coac.* 74. In morbo non perturbari diuturnitatem in-

a Carent enim pepasmo & erethismo ob materiæ cruditatem, quæ eandem tan-

NOTÆ.

men concoqui possit & superari si valcant vires.

dicat. Judicatio verò morbi solutio est. *Lib. de Præceptionibus in fine.*

Crudus morbus. Cruditas[a] morbi.

Appendix ad Articulum de Coctione.

Quoad urina fuerit fulva & tenuis crudum morbum significat. *Ex Lib. Prænotionum. pag.* 49. Cruda & incocta, quæque in malos abscessus vertunt, aut judicationis cessationem, aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem significant. *Ex Lib.* 1. *Epid. sect.* 2. *pag.* 960.

a Cruditas propriè pertinet ex Aristotele ad fructus quorum inconcoctio fit aut caloris defectu, aut ex abundantia materiæ, quæ duplex aquosa scilicet & flatuosa. At quemadmodum coctio transfertur ad humores & morbos, sic etiam cruditas, quod pluribus explicat *Gorreus*.

Crura, Sura.

In febre convulsio, manumque ac pedum dolores, malignum quid denunciant. Malignus quoque ex femore doloris impetus, sed neque genuum dolor probari potest. Quin & [a] surarum quoque dolores [b] maligni sunt. *Ex Coac.* 30. mentem emovent. *Ex fine Coac.* 76. *&* Lib. 1. *Prædictorum. Sent.* 36.

In Aeno qui continenter leguminibus vescebantur, tum mares, tum fœminæ, crurum imbecillitate conflictabantur, cum qua vitam tolerabant, *& cætera adducenda infra in Leguminibus. Ex* Lib. 2. *Epid. sect.* 4.

a. b Tanta surarum præstantia communicatione officii cum partibus nobilissimis, ut quemadmodum in calcis fractura accidunt febres continuæ, acutæ, tremulæ, singultuosæ & mortiferæ. Sic in surarum doloribus à cacouhymia maligna per excursum secundùm arterias & nervos febris exardescat in corde, & delirium in cerebro excitetur, ipsa verò pars obsessa convellatur. *Duretus hic.* Addit *Martianus* id ita se habere in melancholicis, in aliis rariùs.

Cubitus. Cubiti affectus.

Cubi tigibbus sive ἀγκὼν dicitur cui innitimur, inde dicuntur [a] *Galiangones* seu *Mustelæ* cubito prælti quibus justo breviora & tenuiora brachia redduntur. *Lib. de Articulo & 6. Epid. sect.* 1. *text.* 15.

Cubitis cervicisque dolores convulsionem [b] minan-

a Hos Galli vocant *Manchots*, qui ob capitis humorem in alam prolapsum, brachium contractius habent, breviusque;

tur. Ex facie autem ad fauces ista procedunt. *Coac.* 270. & *Lib.* I. *Prædictor. text.* 114.

Quæ in cubitis discissa sunt præcipuè cum inflammatione ad suppurationem, sectionem & ustionem [c] perveniunt. *Lib.* 2. *Prædict. pag.* 112.

Plerumquè triginta ad summum diebus cubiti ossa coalescunt. *Lib. de Fracturis. pag.* 790.

Maximè excandescit cubiti gibbus, febresque ac dolores nauseam ac meracæ bilis vimitionem [d] movet: idque maximè ob torporem, si cubitus parte posteriore elabatur; secundùm id si anteriore. *Lib. de Articulis. pag.* 831.

In cubiti gibbero ex casu vulnerato, cubitus [e] syderatione tentatus pus colligit, quo maturescente sanies viscosa & glutinosa exprimitur, & citò sistitur velut Cleogenisco & Demarcho Agloethelis filio contigit. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1103.

NOTÆ.

a Mustelæ cubito præditi dicuntur ob quandam cũ mustela cubiti similitudinem. *Ex Comment. Gal.*

b Nisi occurratur venæ sectione.

c Quæ extremum remedium.

d Eadem ratione ac in suræ dolore, ac in calcis fractura, de quibus actum supra.

e Non intelligas hîc perfectam syderationem, verùm inflammationem vehementiorem, quæ tandẽ deducat ad gangrænam, ni præviderit Medicus, uti dictum in Cerebri syderatione. *Ad Aph.* 56. *sect.* 7.

Cucumer, seu Cucumis.

Cucumeres crudi, frigidi, ægreque [a] concoquuntur. Verùm flatus excitant. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330. Semen urinam magis quam alvum movet, implet autem & incrassat. *Ibidem. pag.* 325.

a Imò licet quis bellè confecerit, si tamen iis se expleverit temporis tractu succum crassum frigidumque venis acervabit nunquam in bonum sanguinem transiturum: At nisi concoquantur convertentur in succum veneno proximum. *Gal.*

Cucumer agrestis, infra *Elaterium*.

Cucumis pepo, [a] *Melopepo.*

Cucumis pepo & alvum & urinam movet, ac levis est. Alter autem pepo refrigerationem quandam inducit, & sitim sedat. Ab horum neutro nutritio non nisi tenuis procedit. Sed neque malum aliquod effatu dignum ab horum neutro. *Lib. de Affect. pag.* 547.

a Quæ fuerit differentia Veteribus inter peponem & melopeponem, aut quæ nunc sit ponenda fatetur *Mathiolus* se nescire.

[a] *Cucurbita.*

Cucurbita refrigerat & humectat, alvoque sece-

a Cucurbita cruda quidem insuavis stomachum lædit, ut qui comederit pondus sentiat in ventriculo. *Gal.*

dit. *Lib. 2. de Vict. ratione. pag. 329.*

Cuminum, [a] Cyminum.

Harpalidæ ſoror utero gerens, leucophlegmatiâ & aſthmate laborans, fabis melle conditis, Æthiopicóque cumino & vino epoto ſanata eſt. *Ex Hiſt. integra adducta infra in Gravidarum Affectibus.* Cumini fit mentio inter cibos. *Lib. 1. de Morb. mul. pag. 691.*

[a] Cumini ſemine maximè utimur ſicuti aniſi, carvi, petroſelini. Quibus convenit in qualitate excalefaciente ad tertium gradum. Urinam movet & flatum diſſipat. *Gal. Lib. 3. Simplicium.*

Cura gravis, [a] Morbus.

Viſcera velut ſpinarum aculeis [b] pungi videntur, anxietudo invadit, lucem & homines refugit, tenebras amat, metus corripit. Septum tranſverſum [c] intumeſcit, ad contactum dolet & expaveſcit, in ſomnis terriculamenta & formidanda cernit, quandoque mortuos: plurimos in vere [d] prehendit. Veratrum huic propinato, & [e] caput purgato. Deinde medicamentum per inferiora exhibeto, & poſtea lac aſininum. Cibis pauciſſimis utatur frigidis & alvum ducentibus, non acribus, non ſalſis, non pinguibus, non dulcibus. Calida [f] non lavet, nec vinum bibat, ſed aquam; neque ſe exerceat, neque deambulet. Sic ſucceſſu temporis liberatur, ſin moritur. Carptim *ex Lib. 2. de Morbis. pag. 485.*

[a] Seu difficilis & atrox *ex Salio*, qui exiſtimat cum *Fœſio*, hujus morbi nomine deſcribi melancholicum affectum.
[b] Ab humore melancholico in viſceribus aduſto.
[c] Dum veluti fermentatur & ebullit in hypochondriis atra bilis.
[d] Ver enim dum humores fundit maniam & atram bilem excitat. *Ex Aph. 20. ſect. 3.*
[e] Caput enim in ſympathiam adductum tandem videtur alter morbi focus.
[f] Ne à calido balneo tentetur cerebrum. At balneũ aquæ tepidæ multum prodeſt hypochondria humectando. Vide *Salium.*

Curſuum ratio, infra *in Exercitatione.*

Cutis. Cutanei Affectus.

Cutis raritas alvi [a] denſitatem efficit. Cutis coarctatio carnis auctionem, &c. *Lib. 3. Epid. ſect. 3. text. 1.*

Cutis ſqualida & plus æquo ſicca malè [b] affectæ alvi eſt index. In his prærubræ [c] carunculæ purulentæ ferè ex alvo proveniunt. *Coac. 625.*

Quibus cutes circuntenduntur aridæ & laxæ ſine ſudore [d] moriuntur. Quibus verò laxæ & raræ cum ſudore moriuntur. *Aph. 71. ſect. 5. & 6. Epid. ſect. 6. text. 15.*

[a] Quidam ventrem denſum id eſt adſtrictum habent, quoniam per cutem fit diflatio multa: contra verò qui ægrè diflantur per ſuperficiem reddunt urinam multam, ventremque exonerant: cutis autem coitio ſeu coarctatio immodici carnium incrementi cauſa eſt. *Gal. hic.* No-

Quævis

Quævis extenuatio cutem laxat; deinde distenditur refectio contra. Cutis collabentis corrugatio, renutritio, extensio, &c. *text.* 21. *sect.* 3. *Lib* 6. *Epid.*

NOTÆ.

iat verò *Martianus* cutis raritatem differre Hippocrati à ventris densitate, seu carnium. Per ventrem enim intelligit etiam musculorum cravitates & interstitia, vultque eos quorum cutis rarior, mares scilicet habere carnes seu musculos densiores; mulieres verò quibus ex Hippocrate laxior caro, densiores esse cutes, quod earum glabrities ostendit.

b Per alvum *Duretus* intelligit viscera à quibus efficitur sanguis ichorosus.

c Hepatis vitio fit alvi fluxus quo ipsius hepatis partes propè frustulatim exeunt, quas Hippocrates hic vocat purulentas caruunculas. *Duretus.*

d His siquidem exhausta fuit omnino humiditas etiam ex cute, illis verò cuti inest adhuc.

Cyclamen, [a] *Cyclaminium.*

Si uteri dolor urget Cyclaminis radicem ex vino albo jejunæ propinato. *Lib. de Nat. mul. pag.* 623. Si uteris hydrops insit, &c. Cyclaminis aliquantulum panno inditum, melleque subactum ad os uteri subdito. *Ibidem. pag.* 614.

a Tam potenter purgat; ut abdomini illitum ventrem subducat & fœtum perimat, seu ventri admotum, seu in pesso inditum, *Dioscorides.*

Cydonia mala. Struthiomela, Cotonea.

Cydonia [a] adstringunt, neque alvum dejiciunt. Malorum [b] autem succus vomitiones sistit. Urinam promovet, quod & odor ante vomitionem præstat. *Lib.* 2. *de vict. rat. pag.* 330. Contusa & aqua macerata in potu propinato, si alvus in febre ardente soluta fuerit. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 501.

a Stomacho utilia, urinam cient; verum tosta mitiora, prosunt cœliacis, dysenteriis, purulenta exrufflentibus, cholericis. *Dioscorides.*

b Particula autem videtur sermonem transferre ad mala in specie à cydoniis differentia; verùm quæ de odore & de vomitus sedatione afferuntur ad cydonia magis pertinere videntur.

Cynnus, Cyceon.

[Miscellanea potio, seu mixtura cibi & potus rationem habens frequenter occurrens apud Hippocratem, modò ex vino & melle, interdum ex vino & caseo admixta polenta, differens à Rophymate seu sorbitione quod bibatur, hæc verò sorbeatur, ut explicant *Gorreus & Fœsius.*]

D

[a] Dæmones.

INitium mihi ducendum ab iis quæ perpetuò fiunt, &c. In primis de morbo ſacro, de attonitis, de terroribus, ex quibus homines perterreantur, adeò ut deſipiant, & interdum noctu, quandoque interdiu Dæmones ſibi infeſtos videre ſe exiſtimant. Deinde ex viſione hujuſmodi ſtrangulati jam ſunt multi, ac mulieres plures quàm viri. Quòd muliebris natura animi ſit demiſſi & puſilli. At virgines quibus nuptiarum tempus inſtat. Iſtud ſub menſium deſcenſum magis experiuntur. *Lib. de Virginibus. pag.* 593.

a Conſule doctiſſimum *Fernelium. Lib.* 1. *de abditis rerum cauſis*, & elegantiſſimum *Riolani Commentarium.*

Decubitus ægrorum.

Ægrum à Medico in latus [a] dextrum aut ſiniſtrum recumbentem deprehendi oportet, manibus ac cervice paulùm reductis, totóque corpore molliter poſito. Is enim optimus decubitus, qui benè valentium ſimilis eſt. Supinum verò jacere, manibus, cervice, & cruribus porrectis minus bonum. Quod ſi pronus ad pedes de lecto delabatur magis [b] formidandum. Ubi verò pedes nudos neque admodum calidos habere comperietur, & manus, cervicem & crura inæqualiter diſperſa & nuda, malum; anxietatem enim ſignificant. Lethale quoque eſt hianti ore aſſiduè [c] dormire, & ubi ſupinus jacet cruribus valde contortis, atque implexis.

At in ventrem jacere non ita dormire aſſuetum, delirium, aut circa ventrem dolorem indicat. Ægrum verò rectum [d] ſedere in ipſo morbi impetu pravum quidem in omnibus morbis acutis, pulmonum verò inflammatione laborantibus peſſimum. *Lib. de Prænotio. pag.* 44.

Illa demum decumbendi ratio optima quam quiſque

a *Gal. Lib.* 2. *de Muſculorum motu. cap.* 1. obſervat quatuor corporis extremas figuras, quas etiã Hyperbolicas vocat, & duas medias. Extremæ sũt pronũ jacere in ventrem, ſupinum jacere in dorſum, tum extrema tenſio, & extrema flexio. Media figura duplex una abſolutè talis in qua æger in latus decumbit, collo, ſpina, manibus cruribuſque modicè reflexis. Quæ hic maximè probatur. Altera verò non abſolutè, media in qua decumbit æger in latus cum crurum & brachiorum extrema tenſione. Vide *Martinum, Comment. in text.* 2. *Lib. de Intern. Affect.*

b Indicatur enim extinctio facultatis animalis.

c Quod ſi non dormiens hiet etiam, eò pejus. *Gal.*

d Quod denotetur pulmonum magna anguſtia, quæ dum ſedet æger laxatur,

ſervat dum bene valet. Supinum verò jacere extentis cruribus indecorum: peſſimum verò ubi quis ſubinde ad pedes devolvatur. *Ex Coac.* 497.

Ægrum facilè converti oportet, & cum ſeſe attollit [e] levem eſſe: quod ſi gravis eſſe videatur, cum reliquo corpore tum manibus ac pedibus majori cum periculo eſt. *Lib. Prænotionum. pag.* 47. *& Coac.* 493.

Corporis [f] diſtenſiones, & Articulorum durities malo eſt, ipſeque æger exolutus, & artuum perfrictiones malum portendunt. *Lib. 6. Epid. ſect.* 1. *text. ultimo.*

ſupinis enim pulmones ſpinæ incumbunt & aeris tubos arctant. *Ex Gal.*

e Levitas hæc ſignificat facultatem animalem vegetam; Gravitas contra.

f *Galenus* interpretatur hanc diſtenſionem rigiditatemque artuum de ſumma viriũ proſtratione dum prorſus ſuccumbit natura.

Defluxio ſupra *Catarrhus.*
Dejectionum ratio.

Alvi dejectio optima eſt, ſi mollis [a] ſit & conſiſtat; eoque tempore quo per ſanitatem dejici ſoleat. Copia verò ciborum ingeſtorum rationi reſpondeat. Talis enim exitus inferiorem alvum benè habere declarat. At [b] liquida alvi dejectio ex uſu eſt, ſi neque ſtrideat, neque crebrò neque ex intervallis brevibus excernitur. Frequens enim deſidendi labor ægrum fatigat, eique inſomnium affert. Quod ſi affatim & ſæpè dejicit, periculum eſt ne animus deficiat. Verùm pro ingeſtorum ciborum copia bis aut ter interdiu, & noctu ſemel dejici debet. Plus prima luce pro hominis conſuetudine. Craſſiorem autem dejectionem [c] fieri oportet morbo ad criſim tendente, &c. At valde aquoſum, aut album, aut ex viridi pallidum, aut vehementer [d] rubrum, aut ſpumans dejici malum. Præter hæc malum quoque quod exiguum, glutinoſum, candidum, ex viridi ſubpallidum & læve exiſtit. His verò magis lethalia nigra, pinguia, livida, aut æruginoſa, aut fœtida. [e] Variegata his quidem ſunt diuturniora, at nihilominus ſunt lethalia. Hujuſmodi ſunt ſtrigmatoſa, bilioſa, cruenta, porracea & nigra modò inter ſe mixta, modò per vices prodeuntia. *Ex Lib. Prænotionum, pag.* 48. *& Coacis.* 600. 601. *& ſequentibus.*

a *Galenus* addit duas conditiones; ut ſit præterea ſubfulva, nec nimium graveoleat. *Ex Coac.* 681.

b Liquida prodit, quod non fiat chyli in jecur diſtributio, aut quia aliquid de jecore vel liene in ventriculum defluit. *Gal.*

c Intellige de ea dejectione quæ prodibat ab initio humida nec figurata quam oportet circa criſim craſſeſcere pepaſmo. *Duretus.*

d Hanc prærubram proluviem comparat *Galeni Comment. in text.* 2.

e Dejectiones quæ ſyncenæ malæ ſunt, dum ſimul prodeunt, variegatas efficiunt etiam malas, quod ex pluribus malis nil boni componatur; imò ſignificant affectionem pravam

Valde aquosa dejectio in acutis non [f] desinens mala est, maxime si sitis [g] vacuitatem fecerit. *Coac.* 610.

Pessima dejectio [h] liquida in sopore & torpore desentis. *Coac.* 611.

Alvi recrementa quæ in [i] spumosa & syncera desinunt, ingravescens malum significant. *Ex Coac.* 613.

Exactè candicans alvi recrementum in febre, nullam bonam judicationem [k] denunciat. *Coac.* 615.

Exitialis dejectio pinguis, nigra ac livida cum odoris gravitate, itemque biliosa simile [l] quid lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulentos sanguinis grumos, & infantium [m] egestionem odorem referens, ac varia, eademque diu perdurans, &c. Exitialis [n] quoque quæ prodeundo ægri sensum fallit. *Coac.* 631.

In iis qui longo tempore consumpti temerariæ & quæ præter rationem fiunt alvi exolutiones unà cum vocis defectione tremula perniciem [o] denunciant. *Coac.* 634.

In morbo diuturno fastidium [p] cibi & dejectiones synceræ, malum. *Aph.* 6. *sect.* 7.

Quibus in alvi profluviis excrementa [q] spumosa sunt, his ex capite fit defluxio. *Aph.* 30. *sect.* 7.

NOTÆ.

varias partes occupantem. *Gal.*

f Invalescente morbo & fatiscente natura.

g Quæ denotat delirium à rapta sursum bile, unde aquescit dejectio. *Duretus.*

h Quod denotet cruditatem eximiam.

i Varias lectiones hujus Sententiæ ejusque interpretationem require *ex Dureto.*

k Imò denotat perniciosam bilis ad caput translationem *Ex eodem Dureto.*

l Dum prodit dejectio similis ramentis cicerum lentium-ve fresorum ex humoris biliosi assatione. *Duretus.*

m Infantium foriæ parum fœtent ob simplicem ex lacte victum & caloris nativi suavitatẽ, quatũ odorem si referant ægrorum dejectiones, exitiosæ erunt, quod sint alienæ ab eorum ætate, & à febrium conditione, uti notatum de aurium sordibus dulce sapientibus. *Duretus.*

n Denotat enim delirium, aut virium prostrationem. *Duretus.*

o Fractis enim morbi diuturnitate viribus, omnis vacuatio funesta. *Duretus.*

p Quo solo vires dejectæ à morbi diuturnitate possunt restitui. *Henrnius.*

q Fiunt spumosa, quod flatus viscido humori inclusi illum extendant, & in ampullam convertant. *Mercurialis.*

De Dejectionibus nigris, appendix ad Articulum de Atrabile.

Dejectiones [a] nigræ, qualis sanguis niger sponte venientem seu cum febre, seu sine febre, pessimæ. Et quantò colores magis pravi fuerint plures, eò pejus. Cum medicamento verò [b] melius, & quantò colores plures non pravi. *Aph.* 21. *sect.* 4.

Quibuscumque ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, sive quovis alio modo extenuatis. Nigra

a Agitur de iis excrementis quæ à Medicis nigra vocantur, biles verò atræ exquisitè non sunt, nam nec acrimoniam nec excedendi nec exulcerandi vim habent, nec acerbitatem, sed sunt veluti limus & fæx sanguinis, *Gal. hic & ubi plura.*

gra bilis, seu uti sanguis niger de subter exierit, postridie [c] moriuntur. *Aph.* 23. *sect.* 2.

Nigra alvi dejectio mortem [d] significat. *Lib. de vict. rat. in acutis. pag.* 388.

Quibus nigra per alvum secedunt, ii tenuibus frigidisque sudoribus [e] difluunt. *Coac.* 618.

NOTÆ.

b Inde enim elucet naturæ robur cujus est vim medicamenti excitare, tum bona conditio materiæ medicamento cedentis. *Henrnius hic.*

c Hoc unum ex miris experimentis Hippocratis, quæ usu quotidie vera deprehenduntur, ex *Henrnio & Martiano.*

d At non rarò critico motu feliciter cedit, ut quotidie experimur.

e Succedente tandem exolutione funesta. *Duretus.*

Delirium.

Quibus per febres, ab initio vertigines & capitis pulsationes adsunt, & urinæ tenues, in his expectandum ut ad judicationem febris ingravescat, nec mirum [a] si delirent. *Lib. de Acut. pag.* 386.

Quicunque dolentes parte aliqua corporis dolorem non sentiunt, [b] his mens ægrotat. *Aph.* 6. *sect.* 2.

Præter consuetudinem aliquid [c] facere prius non consuetum aut contra, pravum & delirio proximum. *Coac.* 47. Moderati hominis ferox responsum, atque vox [d] acuta, malum portendit; iis præcordia intrò trahuntur & tendunt. *Coac.* 51.

Dementiæ in quibus ægri sunt tremuli, aut aliquid investigantium more contrectant, aut palpant, phenitidem [e] prænunciant. Quin & ad suram dolores iis mentem emovent. Carptim *ex Coac.* 76.

Desipientia cum difficultate spirandi & [f] sudore, lethalis: quinetiam cum difficultate spirandi & singultu, lethalis. *Coac.* 89.

Quæ circa res [g] necessarias versantur deliria pessima, & si ingravescant, mortifera. *Coac.* 98.

Desipientiæ quæ cum risu [h] securiores. Quæ verò cum studio periculosiores. *Aph.* 53. *sect.* 6.

Desipientiæ quæ admodum fractis viribus succedunt, [i] pessimæ. *Coac.* 100.

In omni morbo mente constare, & bene se habere ad ea quæ offeruntur, [k] bonum. *Aph.* 32. *sect.* 2.

a At mirū esset, si non delirarent, cum enumerata symptomata, humoris tenuis & biliosi raptum in cerebrum denotent.

b Quæ sit aut corrupta, aut impedita, aut depravata, quod explicat fusiùs hîc *Henrnius ex Zarabella.*

c Aut fieri solitum obmittere, in hoc enim non minus consistit deliriū quàm in novo splendore actionum insolitarum.

d Vox acuta; quæ ante fuerat gravis portendit delirium, cujus focus in diaphtagmate. *Ex Dureto.*

e Quantumvis leviter ægri palpent; aut tremant, denotatur phrenitis. Itaque iis sedulò invigilandum. *Gal.*

f Hujus Sententiæ difficiliorem explicationē quàm verborum perceptionem existimat *Duretus, cujus consulendus Commentarius.*

g Ut parum bibere in caussa sitifera, rarò spirare in febre ardente. *Duretus.*

h Nullum delirium tutum aut minus periculosum cū

NOTÆ.

risu, cum studio periculosius, cum audicia verò omnium pessimum. *Gal.*
i Denotant enim imbecillitatem spirituum animalium ab exhaustu. *Martianus.*
k Adducta ratio supra in Appetentia.
l Translato humore à venis in nervos.
m Solvuntur quidem tremores, at impropriè admodum pereunte ægro cum delirio. *Ex Galeno.*
n Utrumque enim exinanitione fit. *Gal.*
o Dum copiosiore sedimento bilis revellitur à cerebro.

Qui in frebribus ardentibus [l] tenuiores fiunt [m] delirio solvuntur. *Aph. 26. sect. 6.*

A sanguinis profluvio desipientia aut [n] convulsio, malum. *Aph. 9. sect. 7.*

Urina multum habens sedimenti deliria [o] tollit. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text. 22.*

Delirium mutum, silens. infra *Ecstasis.*

Dentium ratio, eorumque affectus.

A septimo ad decimum quartum annum tum maximi, tum cæteri omnes dentes producuntur postquam exciderunt; qui ab alimento ex [a] utero orti sunt, &c. Quinetiam hominibus plerisque quarto septenario duo dentes enascuntur, qui [b] moderatores nominantur. *Lib. de Carnib. pag.* 211.

Pueri sæpius anno septimo dentes [c] explent. *Ibidem, pag.* 215.

Quibus longa vita promittitur plures dentes [d] habent. *Lib. 2. Epid. sect. 6.*

Quibus circa dentes in febribus quidam [e] lentores nascuntur, iis fortes fiunt febres. *Aph. 53. sect. 4.*

In febribus dentibus [f] stridere, quibus à puero non est consuetum, insaniam & mortem significat. Quod si ajam deliranti, istud accidat, exitiale. Quin & dentes reficcari perniciosum. *Lib. Prænot. pag. 45. & Coac.* 335.

Dentis [g] syderatio abscessum ad gingivas [h] enatum exolvit. *Coac. 236.*

Ad dentis syderationem vehemens accedens febris cum delirio, [i] mortem minatur. Quod si servatur

a Triplex *Hippocrati* dentium generatio, prima à victu in utero. 2. à lacte. 3. à solidiore cibo.
b Vulgò dentes sapientiæ. *Aviçennæ* dentes sensus & intelligentiæ. Sunt autem ut plurimùm omninò 32. numero, divisi in incisores, caninos & molares.
c Ea siquidem ætate iis cadere incipiunt dentes ex lacte geniti.
d Sic ex *Aristotele* qui pauciores & rariores habent dentes, ii brevioris sunt vitæ.
e Fit enim hujusmodi lentor à multo calore humorem pituitosum exficcante. *Gal.*
f Unde significatio fit convulsorum musculorum temporalium. *Duretus.*
g Absoluta scilicet dentis corruptio.
h Dum scilicet dens ita

ægri, ulcera pus [k] colligent, & ossa abscedent. *Coac.* 137.

Quibusdam dentes quibusdam, etiam glandularum tumores morborum significationem [l] afferunt. *Lib.* 2. *Epid. in fine. sect.* 1.

In dentium doloribus, si dens erosus fuerit & moveatur, eximendus. Quod si neque erosus fuerit, neque moveatur, sed dolorem inferat, ustione resiccandus. Prosunt etiam quæ [m] commanducantur. Dolores etiam oriuntur ubi pituita in dentium radices se insinuaverit. Exeduntur autem & eroduntur partim à pituita, partim verò à cibis, si natura [n] debiles fuerint, cavitatem habeant, ac in gingivis malè fixæ sint. *Lib. de Affect. pag.* 528.

Aspasii uxori ex vehementi dentis dolore malæ in tumorem sublatæ sunt. At ubi ex castoreo [o] & pipere os colluisset allevabatur. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1051.

Metrodori puero ex dentis dolore syderatio maxillæ & supercrescens in gingivis caro, ac moderata suppuratio contigit, tum molares, tum maxilla ipsa [p] deciderunt. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1048. *&* 7. *Epid. pag.* 1114.

Athenedæ puero laboranti ulcere exedente (phagedœnam vocant) dens ex parte sinistra inferior, ex dextra verò superior doluit. In aure dextra [q] pus collectum est, non amplius urgente dolore. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1047.

corruptus cadit sponte vel eximitur; tunc enim gingivæ tumor exolvitur. *Duretus.*

l Est enim spes in angusto cum ingens febris accessionem habet delirii.

k Victrice natura primum suppurabit vicina denti caro, deinde luxata dentis gomphosi per hujusmodi suppurationem, is cadit tandem sponte. *Duretus.*

l Passim observamus fluxionem in dentes & in glandulas prænunciare affectus graviores, frequentissimè verò erysipelata.

m Masticatoria dicta inter quæ mirè efficax radix lapathi si admoveatur denti. *Ex Foresto.*

n Uti sunt dulces cibi, lac, saccharum, mel, & calidiores actu sumpti.

o Idem præstat decoctum radicum oxylapathi, vel urticæ, aut foliorum Persicariæ feræ, in oxycrato vel vino stiptico; aut in causa frigida parum nucis moschatæ, vel piperis.

p Quidam Lutetiæ partem maxillæ cum dente detraxit, vocatusque in jus liberatur, quia inventi dentes maxillæ continuati. *Ex Holler. Observat.*

q Decubitu materiæ ex aure in dentem inferiorẽ.

Dentitio puerorum.

Quibus cum dentes [a] erumpunt, alvus crebrior demittit, ii minùs convulsione tentantur. Quibus in dentitione febris acuta adest, ii rarò convulsionibus tentantur. Qui cum dentitione benè habito corpore permanent, gravi somno premuntur, periculum est ne convulsio prehendat. Quibus hyeme dentes erumpunt, ii cæteris partibus melius habent. Non omnes in dentitione, convulsione tentati moriuntur, plerique

a Nota dentes erumpere, non verò generari, etenim diu antequam se dent in conspectum etiam in utero adhuc manente puero, latent abditi in gingivarum alveolis, ut observatum in anatomia abortivorum fœtuum. At quosdam cum dentibus natos ostendunt variæ

etiam servantur. Qui cum tussi dentiunt, iis tardius dentes erumpunt. Carptim *ex Libello de Dentitione, pag. 233. 234. ubi plura.*

observationes *Schenchii*, maximeque Marci Curii ideò Dentati dicti apud *Plinium*.

[a] *Derivatio.*

Derivatione uti oportet, ubi revulsioni [b] aliquid concesseris. Lib. 6. *Epid. sect. 2. text. 5.*

a Derivatio dicitur quando succus aliquis vacuandus non fertur per convenientem regionem, non tamen valde remotam, ut si vitiosa vesica aut renibus derivetur per alvum. Sic utero malè affecto deflectitur materia per alvum aut urinas. *Gal.*

b Revellendus itaque primùm noxius humor, deinde derivandus per loca minùs incommoda.

Destillatio, supra *Catarrhus*.
Diaphragma, infra *Septum*.
Diæta, infra *Victus ratio.*

Dierum ratio, visque in morbis, Appendix ad Articulum de Crisi.

Circuituum [a] qui diebus paribus judicantur, primus decretorius est quartus, sextus, octavus, decimus, decimus quartus, vigesimus octavus, sexagesimus, octogesimus & centesimus. Circuituum verò qui diebus imparibus judicantur, primus est tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, decimus septimus, primus & vigesimus. Considerare autem oportet, quod si quid aliter extra hos præscriptos dies decernat, recidivas fore, perniciemque portendi. *Lib. 1. Epid. sect. 3.*

Dies inter alios insignes primi & [b] septimi. *Lib. de Septimestri partu. pag. 218.*

Quod ad Numerorum rationem attinet, dies tertius summam habet potentiam. Lib. 2. *Epid. sect. 6. pag. 996.*

Hæmorrhagia si quarto die oriatur diuturnitatem indicat, [c] & alvus effunditur, cruraque [d] intumescunt. *Coac. 530.*

Ulcera magna in capite & reliquo corpore quarto die

a *Galenus* existimat hic minùs propriè sumptam *Circuitus* vocem, & ita hunc textum explicat, ut in cunctis imparibus nil sit erratum; ex paribus verò parùm rectè numerentur, tum decimus, tum vigesimus octavus, siquidem nunquam sunt critici.

b. Vide infra *Articulum de Numerorum vi.*

c Quod nulla crisis bona sit quæ non fuerit judicata ad morbi speciem & ad tempus. At neutrum accidit in hæmorrhagia dici.

die [e] inflammatione tentari incipiunt. Septimo verò inflammatio sedatur, aut decimo quarto, aut duodevigesimo. *Ex fine Lib. de Carnibus.*

Plurimi qui perierunt ægri, sexto die defuncti sunt Epaminon, Silenus & Philiscus. *Lib.* 1. *Epid. in statu* 3.

Dies [f] impares [g] verendi, quod magnam ægrorum in hanc vel illam partem inclinationem faciant. *Lib. de Acutis. pag.* 387.

Quæ diebus paribus invasionem habent, paribus decernunt, quorum verò accessiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus judicantnr. *Lib.* 1. *de Epid. sect.* 3.

Febricitantem nisi diebus [h] imparibus febris reliquerit, recidivare solet. *Aph.* 61. *sect.* 4.

Humor imparibus diebus magis conturbatur, nimirum cum corpus ad ventriculum [i] humiditatem transmittat, & siquis jam commotum medicamento magis commoveat, non mirum est [k] si homo ex his pereat. *Lib.* 4. *de Morb. ubi plura.*

Qui accessione correpti, postero die gravius habent, iis [l] malum denunciatur. Quibus tertio die subsistit accessio, & quarto ingravescit, malum denunciatur, & metus ne hujusmodi accessiones phrenitim inducant. *Coac.* 78. 79.

Plurimos accessiones diebus [m] paribus invadebant in constitutione pestilenti. *Lib.* 3. *Epid. sect* 3.

Philiscus febre acuta malignaque laborans, die sexto obiit; hinc accessiones diebus paribus invaserunt; Carptim *ex Histor.* 1. *Lib.* 1. *Epid.*

Pithio ex febre acuta & maligna diebus paribus gravius habebat, decimo defunctus est. Carptim *ex Hist.* 3. *sect.* 3. *Lib.* 3. *Epid. pag.* 1012.

Virgini cum sexto die judicatio obvenisset, sexto in morbum recidit, judicata verò est per sextum diem. Hisce temporibus omnia. [n] sexto & octavo judicabantur. *Ex initio Lib* 4. *Epid.*

Larissæa virgo [o] sexto die copiosa naribus hæmorrhagia, quodque muliebria illi tum primùm descen-

quarti quæ nullo præceditur in dice, neque incidit in paroxysmum, nisi tunc adsit concoctio urinæ quæ spem afferat liberalis hæmorrhagiæ in septimum, tuncque ea non decernit sed indicat.

[d] Quòd omnis irrita proritatio vertatur in cruditatē & malos abscessus, labefactata naturali œconomia. *Ex Dureto.*

[e] Vide infra in *Vlceribus.*

[f] De dierum paritate seu artiasmo & imparitate cōsule *Duretum ad cap.* 39.

[g] Idest attentè considerandi, quod *Galenus* intelligit *de Morbis acutis.*

[h] Pro imparibus, *Gal.* legit criticis, quod putet decimum quartum & vigesimum pares esse. Alii verò censēt impares, quod ex imparibus constent.

[i] Intellige humorem febris fomitem.

[k] Hinc nota cautè utendum esse pharmacis in alvi profluviis.

[l] Quæcumque enim apparent, & fiunt contra naturam morbi, ea pessima, quod pluribus explicat *Duretus.*

[m] Hoc notat *Hippocrates*, ut insinuet malum harum febrium morem.

[n] Quod omnes morbi tunc judicarentur paribus diebus attribuuntur à *Martiano* occultæ cuidam aeris immutationi, quam affert in exemplum divini illius

dissent feliciter judicata est. Dolores paribus diebus invadebant. Carptim *ex Histor.* 12. *sect.* 3. Lib. 3. *Epid.* *Nuper adducta in Crisi.*

NOTÆ.

quod inesse aliquando in morbis docet *Hippocrates in Lib. Prænot.*

o Hæc mira in sexto die curatio attribuenda dupli- ci sanguinis evacuationi, tum per nares, tum per uterum. Quódque insignis sit efficacia mensium, præsertim in prima illa eorum eruptione.

Digitorum affectus.

Junge Pes. Pedum affectus infra.

Digiti Articulus, ubi exciderit, facilè quidem videtur. Restituitur autem in directum contendendo, & quod eminet propellendo. Contrarium autem in alteram partem impellendo, &c. *Ex Lib. de Articulis, pag.* 832.

Magnæ navis Præfecto anchora manus dextræ indicem & os inferum collisit, ex quo inflammatio, [a] syderatio, & febris successit, quo modicè per alvum repurgato calores & dolores leves fuerunt. Ex digito aliquid excidit: post septimum diem laudabilis sanies exibat, ac deinde se non posse linguam explicare dixit. [b] Prædictio facta est partium posteriorum distentionem (*Opisthotonum* dicunt) adventare, & ad id contulerunt maxillæ cohærentes, deinde ad collum affixæ. Tertio die totius corporis in posteriora convulsione cùm sudore tentabatur. Sexto à prædictione die mortuus est.

a Existimandum hæc symptomata ipsumque interitũ successisse ingenti nervosarum partium contusioni adddućto tandem in consensum cerebro.

b Notanda hæc prædictio admodum mira, quæ ostendit divinam Hippocratis peritiam in hac Medicinæ parte nobilissima.

Telephanes plagam deorsum in pedis pollice accepit, ex qua inflammatio & vehemens dolor consequutus est. Quo remisso in agrum profectus est, unde rediens ex lumbis doluit, lavit, sub noctem maxillæ cohærebant, & in posteriora distentio aderat, sputum spumans ægrè dentes pertransibat. Tertio die mortuus est. *Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1095.

* *Divinatio.*

Divinationis hoc munus est, ut ex manifestis obscura quidem cognoscat, ex obscuris manifesta, ex præ-

* Plura infra in Prædictione; solent enim confundi divinatio, vaticinium, prænotio, conjectatio, prophetia, inquit *Mart. Delerio. Lib.* 4. *Disquisi-*

ſentibus quæ ſunt futura, ex mortuis viventia. *Lib.* 1. *de vict. rat. pag.* 308.

Medicina & divinatio magnam inter ſe habent cognationem, quando quidem duarum Artium pater unus Apollo progenitor noſter, qui & præſentes & futuros morbos prædicebat; ægrotantes ægrotaturoſque curabat. *Ex Epiſtola ad Phylopemem.*

tionum magicarum ſtatim initio.

Divinitatis * *ratio.*

* Junge *Articulum de Medici religione.*

Neque hominis corpus à Deo inquinari. Exiſtimo impurum à puriſſimo, quin ſi fortè contingat ut ab alio coinquinetur, aut quid patiatur à Deo expiari & purificari magis quam inquinari cupiat. Maxima ergo ac ſcelerata peccata Deus expiat ac purificat, tutelaque noſtra exiſtit. Noſque Diis ipſis templorum ac delubrorum terminos conſtituimus, quos nemo niſi purus tranſcendat, & ingreſſi non tanquam inquinati reſpergimur; ſed ut ſi quod etiam antea ſcelus contraximus, illud expiemus. *Lib. de Morbo ſacr. pag.* 284.

Divinum quid-ne in [a] *morbis?*

Simul & ſi quid divini in morbis ineſt, hujus quoque providentiam ediſcere oportet, ſic enim ſibi admirationem & boni Medici exiſtimationem conciliaverit. *Initio Lib. Prænot.*

De morbo ſacro, ſic ſe res habet, neque quicquam aliis morbis divinius aut ſacratius habet, ſed eandem cum reliquis naturam. Homines verò ex imperitia & admiratione ei naturam & cauſam divinam eſſe cenſuerunt, &c. Quod ſi divinus cenſeatur quod admirationem quandam habeat, multi morbi ſacri futuri ſunt, quos tamen nemo ſacros exiſtimat, ac primùm quidem febres quotidianæ & tertianæ & quartanæ, neque minus ſacre, neque minus à Deo fieri quàm hic morbus videntur & ſi nullam admirationem habeant.

a *Galenus* reſpondet affirmativè, alioqui Hippocrates fuſtra commendaret rei cognitionem cujus exiſtentia nulla fuerit. Illud autem ab ipſo Hippocrate interpretatur *Galenus* de aeris nos ambientis conditione, de qua tractatur *Lib.* 3. *Aphoriſ. & Lib. Epidem* Exemplum verò hujus divinitatis præbēt ii morbi, quos ſexto & octavo die judicatos attulimus nuper *Articulo de Dierum ratione*, ob peculiarem anni conſtitutionem *ex Martiano*; at *Mercurialis* divinum hic interpretatur quicquid eſt abditum, ſive pertineat ad dies criticos, ſive ad aerem, ſive ad Dæmonas & Deos quo ſenſu

NOTÆ.

dictum existimat initio Lib. de Nat. mul. Divinum numen esse causam in morbis mulierum: At nulli divini morbi eo sensu quo vulgus existimat epilepsiam divinam; non enim inquit *Galenus* divina vocamus quæ causas habent incognitas, sed ubi mirabilia habentur dumtaxat.

Carptim *ex Lib. de Morbo sacro. pag.* 281.

Plerique Scythæ eunuchi fiunt & muliebria munia obeunt, vocanturque evirati ac effœminati. At regionis incolæ causam Deo acceptam referunt, & hujusmodi homines reverenter habent & colunt, timentes ne quid tale contingat. At hi affectus divini sunt, ut & reliqui omnes, nullusque altero [b] divinior, &c. *Lib. de Aere, Loc. & Aquis. pag.* 269.

b Ratio reddita ab ipso *Hippocrate eodem Lib. de Morbo sacro* & adducta Articulo superiore, quod scilicet hominis corpus non inquinetur à Deo, &c.

Dolor, [a] doloris ratio.

a Idest tristis sensus motionis, cujus duæ generaliores causæ, alteratio nimirum intemperiei affatim facta, & continui solutio. *Ex Gal. Lib.* 2 *de Loc. affectis.*

Dolor oritur ob frigus, ob calorem, propter nimiam copiam & propter paucitatem, &c. Cum enim cujusque natura immutatur & corrumpitur, dolores fiunt, & sanantur contrariis. *Lib. de Loc. in hom. p.* 418.

Dolores sensim ingravescentes, si ad jugulum & ad superiores partes transeunt, perniciem [b] minantur. *Coac.* 70.

b Hæc Sententia pertinet ad pleuritidem, quæ gravior sursum tendens, tum etiam ad hepatis inflammationem.

Febres ex vehementibus doloribus obortæ [c] diuturnæ. *Coac.* 75.

c Quin etiam plures brevi necant non paucos post jactationem diuturnam; evadit nemo nisi diu multumque exercitus. *Duretus.*

Dolores qui fiunt in lateribus, [d] pectoribus, atque aliis partibus an multum differant perdiscendum. *Aph.* 5. *sect.* 6.

d Proponit dolores lateris & pectoris, quod nulli sint fallaciores, ut si in hisce discernendis, non decipiatur Medicus, possit facilè alios notiores dignoscere. *Mercurialis hic.*

In febribus convulsio, manuumque ac pedum dolores [e] malignum quiddam prænunciant: Malignus quoque ex femore doloris impetus, sed neque genuum dolor probari potest. Quin & surarum dolores maligni. *Ex Coac.* 30.

e Vide Articulum de Malignitate.

Dolores ad inferiores partes delati toleratu faciles. [f] *Ex fine text.* 114. *Lib.* 1. *Prædict.*

f Probantur enim omnes naturæ emotiones ad inferiora, ut notatum *in Crisi per abscessum.*

Dorsum. Vide plura in Lumbis.

a Particula *ex* denotat proprium dorsi vitium, ita ut illic sit morbi focus.

Quæ ex dorsi [a] dolore initia ducunt ægritudines difficiles. *Coac.* 309.

Crebri

Crebri ex dorso horrores subinde locum [b] mutantes graves & difficiles, laboriosam urinæ [c] suppressionem minantur. 1. *Prædict. text.* 75. In dorsi ac coxendicum doloribus ex poplitibus ac malleolis [d] exterioribus venas secare oportet. Ad lumborum verò ac testium dolores ex poplitibus ac malleolis internis. *Lib. De Ossium natura. pag.* 245.

unde majus periculum sit quam si per simplicem excursum materiæ. *Duretus.*

b Consentientibus dorso partibus principalibus ob vasorum amplitudinem, nervorum multitudinem, & subjacentis spinalis medullæ viciniam. *Martianus.*

c Frequens est Auctori hujus *Lib.* Quæ forsan semel concurrere observarit adducere in regulam parùm firmam, quod passim notat *Galenus* perpetuus Lib. Prædictorum & Coacarum flagellator.

d Ob majorem communicationem vasorum.

Dorsalis [a] *morbus.*

Rigor febris, tussis, spirandi difficultas, & sputum cum virore pallidum, interdumque aliquando cruentum expuit. Dolor dorsum & inguina vexat; Tertio aut quarto die urinam cruentam reddit, & septimo die moritur. Si verò quartum diem effugerit, convalescit. *Lib. 2. de Morb. pag.* 477. 478.

a Quem *Salius* interpretatur de inflammatione mediastini, qua parte dorso connectitur.

Dorsalis pleuritis, infra *Pleuritis dorsalis.*

Dorsalis [a] *tabes.*

Hæc ex spinali medulla oritur; præcipuè verò recenter sponsos & libidinosos corripit. Febris sunt expertes, benè comedunt & colliquantur. Quod si ita affectum perconteris, asseret sibi videri ex superioribus partibus à capite veluti formicas in spinam demitti. Cumque stercus aut urinam reddit, semen genitale copiosum & liquidum prodit, neque [b] generatio fit, & inter dormiendum cum uxore dormiat nec-ne veneris ludibria patitur. Hic temporis progressu vehementibus [c] febribus correptus perit ex febre lipyria. *Lib. 2. de Morb. pag.* 474. 475.

a Hujus quatuor species refert *Schenkius* ex Hippocrate, primam ex venere, alteram à sanguine copiosiore in spinā irruente: tertiam ex ejusdem partis reficcatione. Quartam ex prava in eam distillatione, unde inducitur affectus Batavis familiaris *Lumbago* dictus, ut notat *Senertus.*

b Ob seminis aquositatem frigiditatemque.

c Facultatibus omnibus debilitatis, æger initio febris expers, tandem incidit in febrem putridam è genere malignarū in quibus interiora uruntur in-

NOTÆ.

flammata aliquatenus spinali medulla, *ex eodem Senerto.*

Dorsi ruptio, infra *Ruptio pectoris & dorsi.*

Dorsi vulnera.

a Penetrante scilicet vulnere in thoracis capacitatem,

Bilo in dorsum vulnerato spiritus [a] multus cum strepitu ex vulnere prodiit, & sanguis multus prorupit. Deligato verò medicamento quod cruentis vulneribus adhibetur, sanatus est. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1055. *&* 7. *Epid. pag.* 1094.

Qui jaculo acuto in posteriorem partem sauciatus est, vulnus accepit haud fatu dignum, neque enim altè penetrabat. Non longè autem postea, posteriorum partium [b] distentione correptus periit. Carptim *ex Hist. Integra quæ afferetur in Tetano.*

b Quod fortè vulnus incidisset in aliquem ex nervis è spina oriundis,

a Nomen ponderis, mensuræ, & nummi. Porrò apud Medicos ponderalis dragma Attica dicta Obolos sex pendet. *Gorreus.*

Dragma, [a] *passim meminit Hippocrates.*

Dysenteria. Difficultas intestinorum,

a Etenim ut variant ejus causæ, ita & species, nam accidit aliquando ob crus amputatum, hæcque salutaris est. Aliquando accidit dum excernitur cruenta alvi prôluvies quæ in Coacis dicitur dysenteria hepatica. Sæpius verò accidit exulceratis intestinis seu à pituita, seu ab alterutra bile. *Heurnius ad Aph.* 24. *sect.* 4.

Dysenteriæ hæ quidẽ omnes [a] malæ, si cum febre, invadunt, aut variis alvi recrementis, aut jecoris inflammatione, aut hypochondriorum, aut ventris, aut quæcumque doloribus cruciant, aut cibos cohibent sitimque inferunt. At celerrimè is perit quem maxima pars horum morborum occupat. Huic verò plurimùm inest spei cui horum paucissima adsunt; isque morbus potissimum pueros à quinto anno perimit ad decimum usque; cæteræ ætates tutiores sunt. Utiles autem sunt Dysenteriæ quæ his malis non affligunt. At ubi sanguis & strigmenta per alvum rejecta fuerint, septimo die desinunt, aut decimo quarto, aut vegesimo, aut quadragesimo, aut intra hoc tempus. Hujusmodi [b] namque dejectiones etiam eos qui ante fuerunt morbos tollunt. Inveteratos quidem temporis spatio majore; recentes verò etiam paucis diebus levare possunt, siquidem & prægnantes ipsæ plerumque ad partum [c] supersunt, & ex partu fœtuque con-

b Constituunt siquidem quandam criseos differentiam adductam *Articulo de Crisi ex Coac.* 150 *&* 151.

c Id confirmat Historia uxoris Epicharmi hîc adducta.

servant, etiam si per multos menses sanguis & strigmenta per alvum secedant, nisi si [d] dolore affligantur, aut aliquod ex malis signis prædictis accesserit: Quod si horum aliquod adfuerit, fœtui perniciem ac prægnanti periculum denunciat. Carptim *ex Lib.* 2. *Prædict. pag.* 104. 105.

Cum dysenteria detinuerit dolor totum [e] ventrem occupat, & tormina, bilem, pituitamque & sanguinem adustum per alvum demittit. Hujus [f] purgato capite, medicamentum quod supra [g] pituitam purget propinato, & alvo lacte cocto abluta reliquum corpus curato, & siquidem febris [h] expers fuerit, alvum unguinosis, pinguibus, dulcibus, ac liquidis semper subducito, & si dolor detinet, partes sub umbilico calida multa lavato, &c. Oritur hic morbus cum bilis & pituita in alvum decubuerint. Male quidem afficitur sanguis, & [i] corruptus per inferiora demittitur, male quoque intestinum afficitur, raditur, & exulceratur. Longus hic morbus redditur, laboriosus & lethalis. Et siquidem valido adhuc corpore curatio adhibetur, sanationis spes est. Sin verò colliquefacto ventreque penitus exulcerato, vitæ nulla spes est. *Lib. de Affect. pag.* 536.

Dysenteria si ab atra bile incœperit, [k] lethalis. *Aph.* 24. *sect.* 4.

A difficultate intestinorum habito, si veluti [l] caruncul æ exeant, lethale. *Ibidem. Aph.* 25.

Dysenteria intempestivè suppressa abscessum facit [m] in costis, visceribus aut articulis, ac fortè biliosa quidem in [n] articulis, sanguinea in costis ac visceribus. *Coac.* 462.

Dysenteria suppressa vel abscessum, vel tumorem aliquem pariet, nisi in [o] febres vel sudores vertatur, & urinæ crassæ, albæ & læves apparuerint, vel [p] in tertianas, vel in [q] varicem, vel [r] testem, vel [s] crura, vel coxendices dolor obfirmetur. *Lib. de Acut. p.* 391.

Dysenteria laborantibus vomitio biliosa circa [t] initia mala. *Coac.* 463. Iisdem aliquantùm rubræ, limosæ,

d Nisi etiam adsint frequentes tenesmi. *Ex Aph.* 27. *sect.* 7.

e Licet ulcus unicam intestini partem occupet, cæteræ enim ejus partes ex sympathia dolent.

f Ideò purgatur caput, quod hic agatur de dysenteria à pituitæ affluxu è cerebro cui misceatur parùm bilis.

g Ad revulsionem. Habet autem locum vomitio hæc in dysenteria maligna. *Sennertus.*

h Non eam dysenteriam febris comitatur, sed eam duntaxat cujus humor est acerrimus; isque è visceribus aut venis magna copia profusus. *Fernelius.*

i Tuncque necesse prorsus adesse febrem.

k Nil enim differt ab exulcerato cancro, cujus curatio minus speranda in intestinis quàm in partibus externis.

l Ramenta tam magna ut carnis appellationem mereantur; quæ an possint revera dejici disputat *Sennertus in Quæstionibus.*

m Tuncque fit pleuritis vel peripneumonia, aut hepatitis eadem ratione qua suppressis hæmorrhoidibus fit hydrops aut tabes. *Ex Aph.* 12. *sect* 6.

n Etenim ut ex colica, sic & ex dysenteria fit arthritis *Duretus.*

o Seu essentiales seu symptomaticas. *Ex Martiano.*

p Refluente bile in venas.

& copiosæ dejectiones, in flammeo [u] colore prærubroque colore perfusis solutæ, [x] insaniam suspectam faciunt. *Coac.* 465.

Dysenteria non longa lienosis [y] utilis, longa [z] mala. Nam ubi desinit, si aqua intercus aut lienteria superveniant, mortem adferunt. *Aph.* 48. *sect.* 6. & *Coac.* 466.

In longis difficultatibus intestinorum, inediæ ex fastidio, malum; [aa] & cum febre pejus. *Aph.* 3. *sect.* 6. 6. *Epid. sect.* 8. *text.* 1.

A dejectione syncera [bb] difficultas intestinorum, & *Lib. Aph.* 23. *sect.* 7.

A diarrhœa dysenteria. [cc] A dysenteria [dd] lienteria. *Ibidem. Aph.* 77. & 78.

Ad dysenteriam fabarum purarum quadrantem, & 12. rubiæ surculos tritos admisceto, & ex pingui aliquo delingendum [ee] porrigito. *Lib. de Acut. pag.* 398.

Impudens scortatio dysenteriæ [ff] medetur. *Ex fine Lib.* 7. *Epid.*

Eratoli puer dysenteria cum febre correptus est; alvi recrementa biliosa erant, tenuia, multa, & aliquantùm cruenta, ventris dolor vehemens; epoto autem sero & lacte candentibus calculis incenso dolores moderatiores evadebant, &c. Post primos sex dies febricula [gg] neque ægroto, neque multis toto morbi tempore adesse videbatur, adeò obscura erat intemperies, tamen pulsatio aderat, lingua impensè sicca, sitis moderata, insomnia, &c. Cum decimum quartum diem attigisset, tumores ad utramque aurem suborti, duri crudique sensim [hh] evanuerunt. Summa erat oblivio, &c. Epoto per duos dies lacte asinino cocto ad novem heminas Atticas biliosa purgatio vehemens extitit, dolores cessarunt, & ciborum appetentia suborta est. Postea lacte [ii] bubulo ad 40. dies usus est. Post septuagesimum à primo diem à balneo sub noctem sudor subortus. Carptim *ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1083. 1084.

Ctesicrati totum ventrem dolenti cum exurrectione

NOTÆ.

q. r. s Hi affectus succedunt ob suppressionem materiæ melancholicæ. *Ex eodem Martiano.*

t Cum natura opprimitur à causis morbificis, nec dum superabilis crisis. *Duretus.*

u Est enim egregiè colorata facies certum signum imminentis insaniæ.

x Ita solutæ ut cessent immeritò. *Duretus.*

y Quod fiat à forti contentione naturæ.

z Diuturnitas enim hæc tribuenda vel ipsi lieni ab oppressione fatiscenti, vel humoris efferi offensioni. *Duretus.*

aa Serpente malo ad ventriculum in sympathiam tractum tandem à diuturno intestinorum affectu. *Gal.*

bb Ob ferociam meracæ bilis, quæ vellicat acrius intestina. *Gal.*

cc. dd Intellige hæc ita se habere ut plurimùm. *Ex Mercuriali.*

ee Linctus hujusmodi ratione fabarum adstringit, rubiæ per urinas divertit; pingnedinis dolorem demulcet.

ff Id confirmat *Amatus Lusitanus*, Hist. 7. centuriæ 2. experientia & exemplis.

gg Vulgus febrem lentam vocat.

hh Minus mirum innoxiè disparuisse parodites in hoc puero, cum sæpe in ea ætate illas videamus evanescere.

ii Lac bubulum opportunè hic datum, tum quòd præcessisset asininum, tum quod nulla adesset febris nisi lenta, quæ ubi intensior, tunc lac bubulum instar veneni est. *Ex Amato Lusitano.*

næ crebra, & dejectione cruenta, farina lacte subacta, magis [kk] sero caprino contulit. *Ibidem.*

Larissæ Onesidemi ancillæ exulcerata est alvus, & intestinum à bile commota, ac sursum & deorsum bilis & sanguis prodibant, & febris detinuit. Huic imbecillæ in potu exhibitum est medicamentum deorsum [ll] purgans, imbecillum, aquosum, & paucum, ex quo copiosa sunt vomitione reddita, & amplius per inferna subierunt, ac sub vesperam repetiverunt. Postridie febris aderat, verùm debilis, & eædem adhuc dejectiones erant. Tertio die vehementi febre correpta [mm] periit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1042. 1043.

Uxor Epicharmi ante partum dysenteria laborabat, dolor aderat, dejectiones aliquantùm mucosæ, cruentæ, ubi peperit statim [nn] convaluit. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1111. 1112.

kk Hoc enim sua detersione nimiâ fluxum augebat minis.

ll Colligimus ex hac Historia Hippocratis ævo jam usurpata dysentericis mitiora purgantia.

mm Forsan ob nimis præcipitatam alvum à pharmaco: periculosum enim fluxum fluxui addere *ex Avicenna.* Itaque summus esto delectus in iis eligendis, quæ moderatè purgando, simul roborans ventriculum & intestina.

nn Quod humor dysenteriæ parens derivatus fuerit per evacuationem lochiorum.

Dysenteria tum plethoricorum, tum mutilatorum.

Hæc ex plenitudine contingunt quibus ventriculus cibum quidem concoquit, carnes verò minimè [a] recipiunt: alimentum intus manens flatum infert, &c. In dies verò corpus calefacit, perturbat, & alvi profluvium infert. Hoc enim nomine donatur, quoad alimentum solum computrescens per alvum secedit. At ubi calefacto corpore acria purgantur, & intestinum raditur, ac exulceratur, crudaque per alvum demittuntur, hoc dysenteria vocatur. Carptim, *ex Lib. 3. de vict. rat. pag.* 345. 346.

Quibus Ossium discessiones contingunt, sperandum est fore ut procedente tempore, [b] cruentis dejectionibus corripiantur. Nam & plerisque in his quæ denigrantur, & in sanguinis ab ulcere profusionibus cruentæ dejectiones superveniunt. Atque id

a Carnes non recipiunt nec trahunt alimentum, quod sint plenæ, nec indigentiam sentiant. Itaque ab iis neglectum refluit in intestina ubi primùm parit fluxum cœliacum, deinde dysenteriam.

b Quod natura tantum sanguinis conficiat quantum necessarium pro integro corpore, nisi qui mutilatus fuit aliquid de alimentis detrahat, quod

NOTÆ.
etiam locum habere docet Gal. In iis qui consueta exercitia subitò obmittunt, nec ciborum quantitatem imminuunt.

plerumque fit, jam judicatione absolutis denigrationibus & sanguinis eruptione, ferturque id impetu largo & vehementi; sed neque multis diebus perseverat, neque lethale est, neque cibos admodum aversantur, nec inedia conducit. *Lib. de Articulis. pag.* 869.

Dysenteria critica [a] *popularis.*

a Cui opponitur è diametro quæ non raro vagatur dysenteria epidemica, maligna & pestilens.

Æstate intestinorum difficultates populariter vagatæ sunt, & quidam eorum qui conflictabantur, quibus etiam sanguis è naribus eruperat, hunc exitum habuerũt, ut in difficultatem intestinorum inciderent, (quale quid Erationis puero Myllo accidit) qui post multam è naribus sanguinis profusionem in intestinorum difficultatem delapsi sunt & periculo exempti, in quibus fuere Bion, Cratia, Aretonis puer, & Menesistrati uxor. *Lib.* 1. *Epid. sect.* 2. *Statut.* 3. At verò in hoc statu ex quatuor maximè signis servabantur ii quibus scilicet aut sanguis è naribus profluxisset, aut urina multa, quique per alvum expurgati fuissent, aut in intestinorum difficultatem delapsi. *Ibidem. pag.* 963. 964.

Dysphoria, supra *Anxietas.*

E

Ebrietas, *Temulentia.*

a Propter admixtos vini vapores à quibus incalescens sanguis etiam rarescit & tumet lactis ebullientis instar.

b Ad hilaritatem non ad dementiam usque, licet contrarium suadeat Poeta his versibus.
Aut nulla ebrietas, aut tanta sit ut tibi curas

Per ebrietatem aucto [a] repente sanguine animi functiones ejusque intellectus concidunt, & malorum instantium obliti homines futurorum bonorum spem concipiunt. *Lib. de Flat. propè finem.*

Quibusdam conducit semel atque iterum [b] inebriari; sed non supra modum. *Lib* 3. *de Vict. rat. pag.* 352.

Inebrietur æger quoad sanguis è [c] naribus erumpat. *Lib. de Intern. Affect. in Morbo Venarum cavarum.*

Si ebrius quispiam repente obmutuerit convulsus moritur, [d] nisi à febre corripiatur, aut ubi ad horam venerit, qua solvuntur crapulæ vocem recuperet. *Aph.* 5. *sect.* 5.

Si quis ex temulentia voce [e] deficiat, siquidem confestim eum febris corripiat, convalescit. Sin minus intra tres dies moritur; cum ita offenderis multa calida lavato, & spongias calida imbutas capiti admoveto, & in nares cepas detracto cortice immittito, &c. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 460.

Ex multa potatione rigor & desipientia, [f] malum. *Aph.* 7. *sect.* 7.

Post ebrietatem, ciborum mutationem, locorumque transmutationem [g] vomendum. *Lib.* 3. *de vict. rat. pag.* 340.

Nicolai filio circa brumam ex compotationibus horror obortus est. Sub noctem febris, postridie vomitus biliosus, syncerus, paucus. Tertio die frequenti adhuc concione sudore per totum corpus oborto desiit, *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1054.

NOTÆ.

Eripiat, si qua est inter utrumque nocet.

c Consentaneum est sanguinem à vino non modò auctum, sed & fervidiorem redditum per nares erumpere, in juvenibus præsertim.

d Ob nervorum repletionem. *Gal.*

e Hæc Aphonia fit à crassis vini vaporibus carotidem ac choroidem plexum intercipientibus, unde sensus & motus non planè tollitur ut in apoplexia, sed stupor quidam succedit apoplexiæ æmulus. *Henrn. ad Aph* 5. *sect.* 5

f Nam significat calidum innatum exhauriri aut suffocari, *ex Henrnio*, qui affert Hist. viri fortissimi à vino intra quartum diem cum delirio & aphonia perempti.

g Ut citissimè exoneretur ventriculus suâ sarcinâ.

[a] *Elaterium.*

Si medicamentum fortius voles, elaterium & æris florem misceto in subdititio. *Lib. de Superfœtatione. pag.* 231.

Si mulier aut capra cucumeris agrestis succum, aut cucumim sylvestrem devorarint, etiam pueri [b] purgantur. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 33.

a Elaterii nomine quidvis fortius catarthicum intelligit Hippocrates ut notat. *Gal.*

b *Galenus* addit Thracas non se alia ratione purgare quà sumpto lacte capræ herbis purgantibus nutritæ, unde constet medicamentorum & alimentorum vim non ita refringi in corpore quia suam facultatem communicent humoribus.

Elleborus, infra, *Veratrum*.

Empyema, in genere, infra, *Suppuratio*.

Empyemata pectoris, infra, *in Pectore*.

Empyemata ventris, infra, *in Ventre*.

Empyemata uteri, infra, *in Utero*.

Enema, Clyster, Infusum.

In omnibus morbis ubi alvus non [a] subducitur, eam per infusum subluito, aut glandes supponito. *Lib. 2. de Morb. pag.* 477.

Æstate à canis ortu 50. dierum spatio à pharmacis cavendum, sed potius clysmis indulgendum ubi opus est; alioqui idem discrimen inerit. *Lib. de Purgatoriis remediis.*

In febre ardente, si per initia curandum ægrum non susceperis, sinere oportet dum judicatio præterierit, neque medicamentum, neque clysterem exhibere, *& Cætera afferenda infra in Febre ardente.*

[a] Notat *Mercurialis Comment. in Lib. de Acutis*, etiam si alvus aliquid reddat, utiliter tamen quotidie injici enemata in pleuritide, peripneumonia & & aliis morbis acutis. Monent alii esse abstinendum in febribus pestilentialibus & malignis in quibus facilè excitatur plerumque lethalis alvi fluxus.

Enematis Hippocratici nonnullæ formulæ.

Salis triti pugillum ad olei heminam admisceto & hordei decocti heminas duas injicito; deinde hujusmodi infusum immittito. *Lib. de Intern. Affect. in curat. Morbi coxarii.*

Infusum ex ptisanæ [a] cremore cum melle injicito. *Ibidem. In Tetani curatione.*

Ad heminas duas vini albi & mellis heminam dimidiam, olei etiam heminam dimidiam addes, nitri Ægyptii quadrantem, & succi foliorum cucumeris agrestis tusorum & expressorum heminam. His omnibus mixtis, infusis & fervefactis per infusum subluito. *Ibidem. 57. in Hydrope.*

[a] Hinc sumi potest exemplum clysteris lenientis, in quo tamen sæpe peccari notat *Martianus Lib. de Medicament. purgantibus*, dum eo conturbantur non vacuantur humores.

Engastrimythi,

Engaſtrimythi, Ventriloqui.

In pectore ſtrepitus audiebatur, idemque accidebat quod fatidicis mulieribus quæ [a] Pythone afflatæ, quod ventre oracula fundunt *Engaſtrimythæ*, hoc eſt ventriloquæ dicuntur, &c. Supra in Hiſtoria Polemarchi conjugis. *Articulo de Angina adducta.*

a Pytho hic ſumitur pro dæmone obſidente corpora fatidicarum mulierum, cujus impulſu ex imo ventre engaſtrimythæ dictæ vel στεϱνομάντεις, quod aliquando ſub pectore dæmon loqui videretur. Dicuntur & Pythoniſſæ ea ratione qua Apollo Pythius dicitur.

Ephelida, infra, *in Facie.*

Epiglottis, infra, *in gula.*

Epilepſia, Morbus [a] *ſacer.*

De morbo ſacro ſic ſe res habet, neque quicquam divinius aliis morbis habet, *& cætera nuper in Divinitate adducta.*

Initium ſecundùm cognationem ducit: ſi enim ex pituitoſo pituitoſus: Ex lienoſo lienoſus. Quid vetat ut cujus parentes hoc morbo detinentur, eoque poſteriorum aliquis [b] corripiatur. Eſt aliud præterea magnum argumentum, hunc morbum eſſe reliquis nihilo diviniorem, quòd natura [c] pituitoſis oboriatur. Bilioſis verò minimè. *Lib. de Morb. Sacr. pag.* 284. 285.

Quibus in puerili ætate ulcera in caput, in aures, & in reliquum corpus erumpunt, ſi ſalivoſi, mucoſique extiterint, ſi procedente ætate facilè degent, & hoc morbo minimè [d] corripiantur. Qui verò puri fuerint, ut neque ulcus ullum habeant, neque mucus, neque ſaliva prodierit, periculum eſt ne hoc morbo corripiantur. *Ibidem. pag.* 288.

Qui ætate parvula hoc morbo corripiuntur, ferè intereunt, ſi copioſa & humida fluxio contingat. Venæ [e] namque cum tenues ſint, pituitam craſſam & copioſam recipere nequeunt, ſed refrigerantur & condenſatur ſanguis, hocque modo pereunt. At ſi pau-

a Dicitur & puerilis morbus & mater puerorum; Herculeus etiam ob ſævitiam & magnitudinem. Sõticus quod noceat: Comitialis quod ſæpe in Comitiis deprehendatur, vel quod ea diſſolvat. Lunaticus quod ſecundùm lunæ converſionem redeat.

b Itaque hæreditariis morbis accenſetur à *Fernelio Lib.* 1. *de Morbis.*

c Quales ſunt pueri: at familiaris etiam melancholicis, iis præſertim qui ingenio valent, quod confirmat *Rondeletius* Cæſaris, Mahumetis & Caroli Quinti exemplis.

d Aurium enim humiditate achoribus & naſi, palatique pituita avertitur ſenum illud malignũ epilipſiæ parens.

e Etiam aſſignat rationem *Mercurialis*, quod ſcilicet puerorum cerebrum ſit adeo præ nimia humidi-

ca fluxio fuerit [f] evadunt, nota tamen ex morbo impressa relicta. Aut enim contrahitur os, aut oculus, aut cervix, aut manus, &c. Grandiores autem natu cum intervenerit, non interficit, neque contorquet: nam & venæ amplam habent capacitatem, & sanguine calidiore refertæ sunt. Valdè verò senes interficit, aut parte aliqua [g] resolutos reddit, quod venæ vacuæ jam redditæ, paucum sanguinem tenuem & aquosum continent. Si igitur copiosa fluxio fuerit, & hyems instet, interficit. Suffocando enim spirationem intercipit, & sanguinem congelat, si in utramque partem fluxio contingat; sin verò in alterutram ea parte syderatum reddit. Carptim *Ibidem. pag.* 290.

Cum vigesimum annum præterierint, non [h] amplius prehendit, aut certè paucos, aut nullum nisi pueritiæ fuerit familiaris. Venæ enim sanguine refertæ, & cerebrum compactum ac rigidum, ita ut non defluat in venas. Quod si defluxerit sanguinem copiosum & calidum non superat. In quo verò à puero increvit & adolevit, is per ventorum [i] mutationes idpati consuevit, & hoc modo plerumque corripi, præcipuéque Australi temporis conditione difficilis [k] liberatio contingit. Cerebrum enim humidius quam pro natura existit. Carptim *Ibidem. pag.* 291.

Cum inveteravit amplius curari non potest. *Ibidem. pag.* 292.

Quicumque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt. Quibus autem vigesimo quinto anno [l] commoriuntur. *Aph. 7. sect.* 2.

Quicumque juvenes morbo comitiali laborant mutatione ætatis, temporum, locorum & victuum liberantur. *Aph.* 45. *sect.* 2.

Puerorum fulgores [m] cum pubertate in quibusdam mutationem accipiunt. *Lib. 6. Epid. sect.* 1. *text.* 4.

Ex Africæ incolis nullus ab hoc morbo sanus evadit, quod in pellibus caprinis recumbant & carnibus caprinis [n] vescantur. *Lib. de Morb. Sacr. pag.* 282.

Sacrum morbum fieri censeo, cum spiritu copioso

NOTÆ

...tate imbecillū ut nequeat seu dissolvere seu propellere noxium humorem.

f Evadunt sanè nec amplius epileptici fiunt, quod ubi natura invenit semel viam propellendi noxii humoris eam servat deinceps; ita ut partis unius noxa incolume tueatur universum corpus. *Ex eodem Mercuriali.*

g Succedente, nimirum paralysi, licet *Galenus Lib. 4. de Loc. Affect.* neget epilepsiæ in paralysim degenerationem, at constat experientia, pluribusque Historiis à *Schenchio* relatis non esse infrequentem.

h Ita se habet ut plurimū; at refert idem *Schenchius* plures Historias tum exortæ tum sanatæ epilepsiæ in quavis ætate.

i Quod hæ ventorum mutationes humores exagitent, ex iisque commotis multos flatus in cerebrum attollant.

k Ideò difficilior liberatio Australi tempore, quod Auster caput gravet, corporique segnitiem & lentitudinem afferat. *Aph. 5. sect.* 3.

l Ob inemendabilem diathesim à cerebro contractam. *Henrnius.*

m Hujusmodi effulgescentias multi de epilepsia interpretantur, quorum sententiam sequi videtur *Galenus in Comment.* At *Martianum* intelligit omnes morbos pueriles.

n Noxiæ carnes majorum

per totum corpus universo sanguini permixto, obstructiones multæ multis modis circa venas contingunt, &c. Totum [o] corpus undique contrahitur, & corporis partes perturbantur, sanguine ipso ad tumultum & conturbationem subministram operam suppeditante, & ex sanguinis perversione variæ etiam corporis perversiones oriuntur. Tunc verò nil omnino sentiunt, neque quæ fiunt vident, nec dolorem sentiunt, nec quæ dicuntur audiunt; ad hunc enim modum conturbatus aer, simul quoque sanguinem conturbat. Spuma [p] etiam per os excurrit. Per jugulares enim venas aer subiens exit quidem ipse, secundumque id quod est in sanguine tenuissimum subvehit; humidum verò permixtum albescit. *Lib. de Flatibus. pag.* 280.

Ex morbo sacro [q] ægerrimè emergunt ii quibus à puero increscit, & in virilem ætatem adolescit; deinde quibus florente ætate ortus nempe post vigesimum quintum annum ad quadragesimum quintum usque. Quos deinceps consequuntur quibus morbus accidit, neque ante in partibus venientis mali [r] sensus inest. Quibus namque [s] ex capite initium ducere videtur aut latere, aut manu, aut pede, ii facilius [t] sanantur. Ex his tamen molestissimi [v] sunt qui à capite originem trahunt, deinde ex latere. Qui verò ex manibus ac pedibus præcipuè [x] sanantur. His manum medicam admovere oportet ubi juvenes fuerint, & laboribus dediti, nisi iis mens malè affecta sit, aut quis attonitus fuerit. Ejusmodi namque vehementes mentis emotiones nil [y] conducunt. Reliquæ verò naturæ emotiones quæ ad inferna tendunt [z] probantur; longeque optimæ hoc loco consendæ quæ maxime [aa] cruentæ. At senes qui corripi cœperunt moriuntur, ac nisi pereant celerrimè sua sponte servantur, minimumque à Medicis juvantur. *Lib.* 2. *Prædict. p* 98.

A quartana capti non admodum [bb] convulsionibus capiuntur. Si verò prius capiuntur, & quartana supervenerit, liberantur. *Aph.* 70. *sect.* 5.

NOTÆ.

sylvestrium animaliũ pisciumque lacustrium *Mercurialis*.

o Aliquando in solo capite epilepsiam fieri sine ulla partium concussione, sed solius capitis observarunt *Scoliographi Hollerii*. Non semper etiam epilepticos cadere, sed solo capite moveri docet *Erastus apud Schenchium*.

p Spuma hæc generatur ex fractura agitataque pituita ex cerebro dilabente, ipsiusque oris saliva; cum spiritibus & vaporibus qui attolluntur ex spiritibus eo modo quo mare spumescit ventis agitatum. *Mercurialis*.

q Ægerrimè quidem, aliquando tamen emergunt, ut quidã quadragenarius sanatus ab epilepsia exorta ab infantia.

r Derepente corripi citra mali ex parte aliqua assurgentis sensum, indicium est cerebri primariò graviterque affecti.

s Ex aliqua exteriore capitis parte.

t Quàm si primariò cerebri vitio.

v Ob viciniam subjecti cerebri.

x Cum enim minera morbi distet longè à cerebro ejus insultus præcaveri potest facilius.

y Imò facultatem animalem obruunt vitamque adimunt tandem.

z Quod naturæ majus robur ostendant.

aa Fluentibus opportunè hæmorrhoidibus aut menstruis.

bb Convulsionem epilepticam intelligit *Galenus*, cujus consulendus *Comment.*

Atra bile vexati morbo quoque comitiali corripi consueverunt, & morbo comitiali laborantes atra bile divexari. At horum utrumque magis accidit prout ad alterutram partem morbus inclinaverit. Etenim si in [cc] corpus morbo comitiali laborant, si verò in mentem atra bile vexantur. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text.* 54.

Insania epilepsiam invadendi consuetudine familiarem solvit. *Lib. de Judicat. pag.* 70. Furor [dd] magnum morbum solvit. *Lib. 1. Epid. sect. 9.*

Largæ ex naribus hæmorrhagiæ, vi suppressæ interdum [ee] convulsionem accersunt. Unde liberat venæ sectio. *Coac.* 376.

Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si sitičulosi sunt, neque profuderint sanguinem, morbo comitiali pereunt. *Lib. 2. Prædict. text.* 131.

Venas [ff] interiores secare oportet dum magni morbi vehementia intenditur, quem solvunt coxendicis dolor, oculorum perversiones, excæcatio, testium tumor, & mammarum elevatio. *Lib. 2. Epid. sect. 5. pag.* 994.

[a] *Epinyctis.*

Pustulas noctu inquietantes epynictidas vocant viris familiares donec annos sexaginta superarint. *Lib. 2. Prædict. pag.* 99. (Vide Historiam Anaxienoris infra in Lienis Affectibus.)

Epithymum.

Huic ventrem Epithymo [a] aut scammonio aliquantulùm purgato. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 561. *In Renum exulceratione.*

Equina caro, Equinum lac.

Equinæ carnes asininis leviores. *Lib. 2. de victus rat. pag.* 326.

Equinum

NOTÆ.

[cc] In mentem fertur humor melancholicus dum ipsius cerebri temperiem evertit. In corpus verò dum præcipitatur in ventriculos ut pluribus explicat *Galen. Lib. 3. de Loc. Affect.*

[dd] Seu mania hic propriè sumatur ex communiori interpretum calculo, seu sumatur pro melancholico morbo ut sæpius accipiendam esse apud Hippocratem existimat. *Henrnius.*

[ee] Nisi succurratur venæ sectione, quâ retrahitur Rheuma cōcitatum & detrahitur Rheuma consistens incisâ venâ humeraria è directo partis convulsæ.

[ff] *Mercurialis in Practica* venam secat, primum in brachio si adsit plethora, deinde è pede, & deficiente plethora è solo pede, unde etiam detractus sanguis in utero gerentibus citra abortum.

[a] Pustula pessima, non major faba, noctu ferè erumpens cum vehementi inflammatione, quâ rupta remanet ulcus quod herpetis nomen meruit. *Gorræus ex Celso.*

[a] Habet thymi facultatem, sed efficaciorem bilem pituitamque vacuat, præcipuéque melancholicis prodest. *Dioscorides.*

Equinum lac eodem modo quo aſininum exhibeto. *Lib. de Intern. Affect.* (de eo plura infra *in Lactis differentiis.*)

Ericia , Erinacea.

Erinaceorum terreſtrium carnes urinam provocant, & humidiores [a] ſunt. *Lib. 2. de vict. rat. pag. 326.*

Erinaceorum aquatilium ova alvum movent , & urinam provocant. *Ibidem. pag. 327.*

a Im. ... digerunt & deſiccant , eorumque caro in pollinem redacta potuique exhibita elephantiaſi , epilepſiæ , cachexiæ , anaſarchæ prodeſt. Quod confirmat *Cardanus Libris de Sanitate tuenda.*

Eruilia.

Eruilia & phaſeoli magis quam piſa alvum dejiciunt, minus inflant , & [a] probè nutriunt. *Lib. 2. de victus ratione. pag. 325.*

a Medium locum tenent inter alimenta euchyma & cacochyma , eupepta & diſpepta. *Ex Gal.*

Eruca.

Eruca [a] eadem facit cum ſinapi , de quo ſuo loco. *Ex Lib. 2. de vict. rat.*

a Adde *ex Martiali*, quòd *Excitat ad venerem tardos Eruca maritos;*

Eruum, Orobus.

Alvum ſiſtit & validum eſt , incraſſat , explet , & bonum [a] colorem homini conciliat. *Lib. 2. de victus rat. pag. 325.*

a Quatenus enim amaritudinis particeps , catenus incidit , extergit , & obſtructiones expedit. *Gal.*

Eryſipelas , Ignis Sacer.

Eryſipelas ab exterioribus verti ad interiora non bonum ; ab interioribus verò ad exteriora bonum. *Aph. 25. ſect. 6.* Tutiſſimum fuerit eryſipelas, [a] cæteroſque abſceſſus foras maximè converti. *Coac. 365.*

Ab Eryſipelate putredo aut ſuppuratio non [b] bonum. *Aph. 20. ſect. 7.*

a Non eryſipelas ſolum, ſed & alium quemvis affectum ex profundis & principibus partibus adduci ad cutem, bonum eſt ſignũ & bona cauſa. *Gal. hîc.*

b Utrumque enim malũ quo eryſipelati ſupervenire conſtat cohibitâ tranſpiratione. *Gal.*

Etesiæ.

Ego bono animo Abderitas esse jubebam, quòd Etesiarum tempestate [a] fretus nullum quidem malum, aut id brevi corrigi posse sperarem. *Ex Epistola Hippocratis ad Damagetum de Democrito sanando.*

a Sunt venti anniversarii stato anni tempore post canis ortũ, scilicet recurrentes ad temperandum suo leni afflatu & aquilonari refrigeratione cæli ardorem. *Valeriola.*

Eunuchi.

Eunuchi neque [a] podagra laborant, neque [b] calvi fiunt. *Aph.* 20. *sect.* 6.

a. b Jamdudum conquesti *Seneca & Gal.* Eunuchorum ingluvie eversam fuisse Aphorismi veritatem.

Exacerbatio, supra *Accessio.*

Exanthemata, [a] *Ectymata.*

Sileno ex lassitudinibus, potationibus, & exercitationibus intempestivis acuta febre correpto, circa octavum papulæ cum sudore rubentes, rotundæ, parvæ, varis similes permanebant, nec abscessum faciebant. Undecimo obiit, Carptim *ex Histor. secund. Stat.* 3. *Lib.* 1. *Epid.*

In febribus æstivis circa septimum, octavum, aut nonum diem aspredines quædam miliaceæ, [b] culicum ferè morsibus similes, non multùm tamen prurientes in summa cute subnascebantur, & ad judicationem usque perseverabant, ac ne masculorum ulli erupérunt. Mulier verò cui talia fierent, nulla mortua est. Soporosæ tamen erant, &c. *Ex Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. *de Febribus in Perintho regnantibus.*

Euphranoris filio pustulæ pulicum morsibus similes; verùm pauco tempore durarunt. Postridie [c] febris invasit. *Lib* 5. *&* 7. *Epid. pag.* 1054. 1112.

Pherecidæ febre continua maligna & lethali laboranti, cutis variis modis compuncta erat, præcordia dextra in tumorem sublata, biliosæ dejectiones, octauo die veluti culicum morsus apparuerunt. Ante

a Exanthemata dicuntur ab Hippocrate pustulæ, aut papulæ, & leves in cutem eruptiones, sive in ea extuberent, sive ejus superficiem non excedant, sed tantum exasperent ut notat *Fœsius.* Exanthematum autem & Ectymarum eandem esse naturam docet *Duretus ad Coac.* 14. *cap. de Vomitu.*

b Culices sunt alati vermiculi, quorum aculeo dum pungitur cutis, statim bullatur; uti rubet ex morsu pulicum. At Sæpe per febres assurgunt exiguæ pustulæ culicum puncturis similes ab acri & venenato ichore per abscessum, quæ vocantur ab Hippocrate Phlyctenæ, Phlyzacia, Ectymata, & Exanthemata. *Duretus hîc.*

c Ergo invadunt aliquando sine febre? nisi dixerimus non raiò ab initio febrem comitari in gradu ita remisso ut negligatur tantisper. Donec sensim aucta post pustularum eru-

exitum rejecit velut ex muco concretos fungos, pituita alba circumvolutos. Carptim *ex longiore Historia Lib. 7. Epid. pag.* 1106.

His aderant papulæ parvæ, quæ nec satis pro dignitate morborum excretioni respondebant, sed contra celeriter disparebant, aut aurium tumores sensim evanescentes. *Ex Stat. 2. sect. 2. Lib. 1. Epid. Vbi de Febribus ad morem tertianarum accedentibus.*

ptionem videatur tum demum invasisse ægrum.

Excreatio, infra *Sputatio.*
Exercitatio, *Exercitium.*

Qui comedit, nisi etiam laboribus utatur, sanus esse [a] non potest; cibi enim & labores adversas in se facultates, mutuò tamen ad sanitatem, conferentes obtinent. Labores enim ea quæ adsunt, consumere solent. Cibi verò & potiones quæ vacuata sunt explent. *Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 302.

Labor [b] siccat corpus validumque efficit: deambulationes præ reliquis à natura sunt. Habent tamen quid violentum; earum hæc est facultas. A [c] cœna deambulatio alvum, corpus & ventriculum exsiccat, ipsumque hanc ob causam amarum evadere non sinit. Cum homo movetur, corpus & cibi incalescunt; humiditatem igitur caro attrahit, neque ventrem amarum [d] evadere finit. Impletur igitur corpus, exsiccatur verò venter: has autem ob causas exiccatur, quod agitato & incalescente corpore, alimenti pars tenuissima partim ab insito calore consumitur, partim cum spiritu foras excernitur, partim etiam per urinam emittitur. Quod verò in cibis est siccissimum remanet, ita ut cum ventre etiam caro resiccetur. Deambulationes matutinæ extenuant, & quæ circa caput sunt levia, [e] agilia & prompta efficiunt, alvumque solvunt, &c. vacuato autem capite repurgatur visio [f] & auditio, & agiles homines redduntur. At deambulationes quæ post exercitationes obeuntur, corpora pura reddunt, & emaciant, neque carnis colliquatio-

[a] *Cardanus, Lib. de Sanitate tuenda*, differentiam magnam ponit inter sanitatis, salubriorisque vitæ auxilia, & ea quæ ad vitæ diuturnitatem faciunt, censetque exercitium nisi moderatius fuerit vitam abbreviare; licet videatur nos reddere salubriores; concluditque quietem ciborum abstinentiæ junctam vitam producere, sumpta experientia à Monialibus, multisque hominibus, qui absque exercitatione ad annum centesimum vixerunt.

[b] Labor & exercitium synonyma sunt. *Galeno. Lib. 2. de Sanit. tuenda.* Ubi docet exercitationem tria afferre commoda, membrorum scilicet duritiem ex eorum attritu: calores nativi augentur, & spiritus citatiorem motum.

[c] Cum Antiquis liberalior fuerit cœna, ejus nomine hic etiam prandium comprehendi probabile est, utrique verò deambulationem conferre, modò fuerit moderatior.

[d] Dum citius exercitii ope transmittitur bilis in

nem, quæ ex labore provenit colligunt, ſed eam re- purgant. Carptim *ex Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 334. 335.

A cœna minimè [g] deambulandum, ſed ſtandum; manè verò deambulationibus utendum. *Lib. 3. de Vict. rat. pag.* 342.

Per hyemem [h] celeriter, & per æſtatem [i] leniter iter faciendum, niſi per Solis ardorem via ſit facienda. *Lib. de Salub. Vict. pag.* 297.

Ex curſibus autem hæc contingunt, longi quidem & flexi ſenſim facti, carnem calefaciendo concoquere ac diffundere queunt, & ciborum vim in carne concoquunt, tardiora autem & craſſiora corpora afficiunt quàm qui in orbem fiunt, &c. Siccis igitur & multum carnoſis [k] conferunt, cùm quis carnem detrahere volet, & ſenioribus propter corporis frigiditatem. Curſus autem rurſus ad carceres redeuntes, & indefiniti equeſtres, carnem quidem minus diffundunt, ſed magis extenuant, quia cum externis animæ partibus, hi labores obeantur, humidum ex carne retrahunt, corpuſque attenuant & ſiccant. Quique verò in orbem fiunt, carnem quidem minimè diffundunt, ſed extenuant, carnemque & ventrem maximè deducunt, quò l cum citiſſimo ſpiritu utantur, humidum ad ſe promptitiſſimè attrahunt; concuſſiones autem derepente quidem ſiccant, neque tamen accommodæ, neque utiles ſunt. Convulſiones enim ideò inutus afferunt quod calefactum corpus cutem vehementer tenuat, carnem verò minus cogunt quàm curſus qui in orbem obeuntur, eandemque humore vacuant. Commotiones & in ſublime elevationes, carnem quidem minimè excalefaciunt, ſed corpus & animum commovent & ſpiritum vacuant. [l] Lucta & frictio exterioribus corporis partibus laborem magis præbent, carnem autem calefaciunt, firmant, ideóque augent, quòd quæ natura ſolida ſunt, dum fricantur, in ſe coguntur, cava verò augeſcunt & quæcunque venas habent, excalefactæ enim carnes alimentum per venas ad ſe trahunt, deinde increſcunt.

Volutatio

NOTÆ.

corporis ambitum, aut per dejectiones, aut urinas inde coloratiores.

e Hæ corporis excrementa repurgant tum à colico affectu, tum à calculo vindicant, coctionem promovent, oculos exhilarant & totum corpus roborant. Hæque ſolæ ſenibus exercendis ſatis ſunt. *Ex Cardano.*

f Roboratis organis, depuratiſque ſpiritibus animalibus.

g Liquet ex integriore textu hic loqui Hippocratem de obambulatione in æſtate, quæ tunc minimè conveniat ob cœli æſtum, licet aliis tempeſtatibus conducat.

h Ut incaleſcat algeſcens corpus.

i Ne æſtuoſū alioqui corpus periculosè incaleſcat.

k De variis hiſce curſuum differentiis, concuſſione, commotione, in ſublime elevatione, maximè de lucta notanda *Cardani* Cenſura. Omnes ſcilicet hujuſmodi exercitationes eſſe periculoſas & noxias, quod longè majus ab his immineat periculum, quam ſit ſperandum auxilium. Itaque vitandas eſſe, ne videamur viles piſciculos hamo aureo piſcari.

l Luctæ id peculiare ut maximum ruptionis venarum periculum immineat. *Cardanus.*

Volutatio in pulvere eadem quæ lucta facit, sed propter pulverem magis exficcat, carnemque minus gignit. Lucta quæ fit confertis fummis manibus extenuat, carnefque ad fuperiora trahit. At [m] Corycum decertatio & manuum gefticulatio eadem efficiunt. Spiritus retentio meatus per vim cogere, cutim tenuare, & humiditatem ad cutim propellere valet. Quæ in pulvere & oleo exercitationes obeuntur, hoc differunt quod pulvis quidem frigidus, oleum verò eft calidum, &c. Frictio ex oleo & aqua emollit, neque vehementer incalefcere finit. Carptim *ex Lib. 2. de Vict. rat. pag. 336. 337.*

Penfiles [n] geftationes ex vehiculis utiles. *Lib. 2. de Morb. mul. pag. 707. in curatione Fluxus uterini.*

Qui non exercentur cum humidam carnem habeant, ubi laboraverint concalefacto corpore, multam colliquationem [o] demittunt. *Lib. 2. de Vict. rat. p. 336.*

Quæcunque ufum aliquem præftant corpori, ea fi quis moderatè exerceat, hac quidem parte brevi valent, augentur, & ad maturam fenectam perveniunt. Sin contra ocientur, [p] morbis patent, incremento privantur, celeriterque confenefcunt. *Lib. de Articulis. pag. 861.*

Labor Articulis [q] & carnibus confert, [r] vifceribus verò cibus & fomnus. *Lib. 6. Epid. fect. 5. text. 9.*

Ulcera [f] erumpunt ubi quis non purgatus exercitio utatur. *Ibidem. text. 32.*

Exercitationis modum indicat fudor [t] guttatim erumpens, velut ex aquæ ductibus, aut ex tumore compreffio. *Ibidem. fect. 3. text. 4.*

Herodicus febricitantes tum multis obambulationibus, tum multa lucta, & fomentis conficiebat, idque [v] malè, febris enim fami, luctæ, obambulationibus, curfibus, frictioni, iis utique omnibus inimica. Laborem igitur labore curabat, inde venarum rubor, livor, pallor, aut laterum dolores molles contingebant. *Ibidem. text. 13.*

[m] Corycum decertatio feu Corymachia eft pilæ cujufdam lufus de quo tractat abundè *Mercurialis in arte Gymnaftica.*

[n] Maximè probatur exercitatio quæ olim fiebat penfilibus lectis. Proxima huic exercitatio infantium per exagitatas cunas. Laudatur etiam vectatio in equo gradario, aut mulari aut dum quis fecundo flumine devehitur, aut in rheda. *Cardanus.*

[o] Tum fudore, tum tranfpiratione infenfili.

[p] Ob rationem adducendam infra in *Otio.*

[q] Roboratis attritu Articulis, carnibus verò à fuis excrementis repurgatis.

[r] Dum roboratur à fomno naturalis facultas.

[f] Intellige omnes ad cutem eruptiones, quas provet exercitium.

[t] Sudore itaque erumpente defiftendum eft ab exercitio. *Gal.*

[v] Malè quidem quod hæc etiam in acutioribus febribus adhiberentur ab *Herodico.* At eadem exercitia, fcilicet obambulationes ad plura ftadia, lucta, lignorum fectio ab ipfo Hippocrate præfcribuntur in chronicis affectibus, ut in primo lienis morbo, *ex tertia Tabis differentia, infra.*

Exercitatrix Ars [a] Gymnastica dicta.

Ars Gymnastica & Medicina inter se cõtrariæ sunt. Si quidem quæ exercitationibus præest, nullis eget permutationibus ut Medicina. Sano namque præsentem statum permutare nil prodest, sed ægroto. *Lib. de Locis in homine. pag.* 416.

a Hæc fuit Gymnastica dicta, quòd quondam in urbibus esset locus quidam omnibus patens quò fricandi, ungendi, luctaturi, discum jacturi confluebant, qui vocabatur Gymnasium; cujus Præsides etiam Gymnastæ dicti.

Experientia, experimentum.

Experimentum periculosum. *Aph.* 1. *sect.* 1. Experimentum fallax. *Lib. de Articulis. pag.* 849.

Extasis, [a] Delirum mutum.

In febribus vehementes mentis emotiones cum taciturnitate in eo qui voce deceptus non est, perniciem [b] minantur. *Coac.* 65.

Vehementes mentis emotiones silentes, & absque quiete oculis quoquoversùm intuentes, spiritum efflantes, perniciem minantur, &c. *Coac.* 486.

Dealcis uxor [c] febre horroris sensu insigni correpta ex mœrore, ab initio pannis contegebatur, & ad finem usque taciturna fuit, manibus palpabat, evellebat, scalpebat, floccos legebat, lacrymas fundebat, moxque ridebat, somnum non capiebat, parùm nec nisi commonefacta bibebat; urinæ tenues & paucæ. Primo & vigesimo die defuncta est. Huic respiratio perpetuò fuit rara & magna. Phrenitide laboravit. Carptim *ex Hist.* 5. *sect. ultim. Lib.* 3. *Epid.*

a Delirium in quo summa sunt omnia mentis perculsæ, aut alienatæ; unde fanatici homines nominantur, in quo pro clamore silentium. *Duretus.*

b Ob feritatem bilis atræ à qua fit hujusmodi delirium, *Duretus.*

c Notat *Mercurialis* in *Comment. Epid.* hanc mulierem laborasse ab initio febre horrifera ex mœrore, quam foveret cacochymia partim biliosa, partim melancholica. Unde varia occurrunt hic symptomata utriusque humoris naturam redolentia tandemque prævalente bile phreniticam factam ferendo morbo imparem fuisse.

Extrema: Extremorum corporis ratio.

Caput & pedes & manus frigidas esse, ventre & lateribus calentibus, mali [a] morbi signum est. Optimum verò totum corpus æquè calidum & molle esse. *Ex*

a Hæc Sententia explicatur à *Gal. de Acutis morbis*, in quibus hæc inæquali-

Lib. Prænot. pag. 47. & *Coac.* 492.

Celeres extremorum corporis ad utraque extrema mutationes perniciem denuntiant, &c. *Ex Lib.* 1. *prædictorum. Sent.* 43.

Venæ omnes in pedum ac manuum digitos desinunt. *Lib. de Nat. puer. pag.* 194.

tas attribuenda viscerum inflammationi, maximéque in lipyriis febribus. At in longis morbis, aut in periodica annotatione intermittentium febrium non censet ea inæqualitate malum portendi.

Exurrectiones turbulentæ supra *in Clamoribus.*

F

Faba.

Fabæ alimentum quoddam alvum [a] sistens & [b] flatuosum præstant. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 324. In alvi perturbatione fabas coctas apponito, aut cuminum cum fabis, nisi partes superiores admodum biliosæ sunt. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6.

a Ideò quidam oxycrato decoctam dysentericis, cœliacis, & vomitionibus propinant. *Gal.*

b Meritò itaque ejus interdictus usus à Pythagora suis discipulis.

Faba Ægyptia, [a] *Colocasia.*

Fabam Ægyptiam detracto cortice amaro inspergens triticeæ polentæ ammixta hordeacea & lini semine, potui exhibeto. *Lib. de Victu in Acut. pag.* 395. *ubi de Hydrope.*

a Ut nostratem magnitudine superat, ita & naturam humidiorem & magis excrementitiam sortita est. *Gal. Lib.* 1. *de Alimentis.*

Facies, [a] *ejusque ratio in morbis.*

In morbis acutis, in primis ægroti facies consideranda, sit ne bene valentium, præcipuéque sui similis. Ita enim optima existimanda. Quæ verò ab eo plurimùm recedit gravissimum periculum portendit, qualis fuerit nasus [b] acutus, oculi [c] concavi, collapsa tempora, [d] aures [e] frigidæ & contractæ, imisque suis fibris [f] inversæ, cutis circa cutem dura, intenta, & re-

a Quæ solius hominis propria; solus enim prospicit ante versus, vocemque ante versus emittit. Cæteris animalibus os aut rostrum natura dedit. *Laurentius.*

b Exhaustis musculis narium pinnas adducentibus.

c Spiritus animalis paupertate & trium humorum consumptione.

siccata, & totius faciei color ex viridi pallescens, aut etiam niger, aut [g] lividus, aut plumbeus. *Ex initio Lib. Prænot. & Coac.* 212.

Faciei corruptela (vulgò *facies cadaverosa*) lethalis, minus tamen, si ob vigilias, [h] aut inediam, aut perturbationem contingat, nam quæ ex his causis orta corruptelæ species una die aut nocte in integrum restituitur. *Ibidem.*

Si venæ pulsent & facies benè colorata fuerit, præcordiáque minimè mollia, diuturnus [i] morbus significatur. Nec sine [k] convulsione, [l] hæmorrhagia, aut [m] singultu, aut coxendicum [n] dolore desinet *Coac.* 128.

Egregiè colorata facies, tetrica, & vultuosa in acutis malum significat. Insuper frons contracta [o] phrenitidem denunciat. *Coac.* 213. *&* 1. *Prædict. Sent.* 49.

Nariũ rubores alvi liquidæ [p] sunt indices. *Coac.* 215.

Ubi facies ruboribus [q] efflorescit, & alvus liquidior, pus in pulmone collectum habent. *Ex fine Coac.* 423.

Ægrotantium facies [r] multæ; ideò Medico advertendum est, ut ne eum manifesta aliqua causa lateat, tum earum quæ considerantur ratiocinatione, tum earum quæ die pari vel impari apparere necesse est. *Lib. de Acut. pag.* 387.

NOTÆ.

d Consumptis temporalibus musculis.

e Quæ frigoris capacissima quod exangues sint.

f Quadam convulsionis specie.

g Quod certissimum argumentum corruptionis, defraudatæque partis suo nectare vivifico. *Duretus.*

h Nec terrere debent quæ habent manifestam immutationis causam. *Gal.*

i Ob materiæ contumaciam, perennemque generationem, quæ pendet ab hypochondrii vitio valde fixo.

k Per transitum materiæ à venis in musculosum genus.

l A Citatiore & majore pulsu venarum quem natura ciet versus nares.

m *Duretus* obmittit singultum.

n Per abscessum in laxiorem & imbecilliorem Articulum. *Duretus.*

o Nisi fugax cum sit tantisper spem faciat hæmorrhagiæ criticæ. *Duretus.*

p *Duretus* intelligit suffusionem erysipelatosam narium per seri substillum in narium densitate subsistentis, quo cum redundet caput, & hinc in alvum delabatur diarrhœa excitatur. Eadem ratione qua in balbis. Ex eodem Hippocrate.

q Malæ rubent à pulmonum Anathymiasi, in has tussiendo expressa & ibi subsistente ob angustiam venularum γαυσίωσιν majorum excipientum quæ non expirat. *Duretus.*

r Vide annotationem *Mercurialis* hujus sententiæ dignitatem affetentis adversus *Galenum.*

Faciei Ephelidæ, Rosa vulgò.

Elatum faciei [a] colorem, ejusque cutis vitia omni colorum genere distincta, Ephelidas vocant. *Lib.* 2. *Prædict. pag.* 105.

Faciei maculas Ephelidas dictas erui decoctum [b] tollit, betæ jus, ovorum candidum, ptisana aut cucumeris agrestis radix sicca cum fæce vini trita aut illita, aut admixta mori folia. *Lib.* 2. *de Morb. mul. pag.* 743.

a Apparent præsertim circa malas & nasum hæ maculæ, sic dictæ quod similem asperitatem & colorem habent rubori & asperitati ab insolatu contractis. *Gorreus.*

b Penè ineptiæ sunt lentigines & varos vel curare, sed quid facias? Mulieribus eripi sui cura non potest, inquit *Celsus.*

Facultates inesse Corporibus, valentiores [a] calido, humido, frigido, sicco.

Neque sicco, neque humido, neque calido, neque horum quopiam hominem lædi existimarunt prisci Medici, neque horum aliquo ei opus esse, sed quod in uno quoque potentius esset id lædere censuerunt, & tollere conati sunt. Est enim valentissimum inter dulcia dulcissimum, inter amara amarissimum, inter acida acidissimum, & quod in re quaque summum est. In homine namque inest & amarum & salsum, & dulce, & acidum, & insipidum, aliaque sexcenta, quæ pro copia & viribus, varias habent falcultates. Et hæc quidem mixtione, & varia contemperatione neque cernuntur, neque quemquam molestia afficiunt, &c. *Lib. de Prisca Med. pag.* 19. Nec calidum est quod magnam vim habet, verùm acerbum, & insipidum, cæteraque tum in homine, tum extra hominem: in iis quæ eduntur, aut bibuntur, aut foris illinuntur. *Ibidem. pag.* 21.

Quæcumque hominem malè afficiunt, ea omnia ex facultatibus [b] oriuntur, veluti si amarus humor, quem bilem flavam nuncupamus, effusus fuerit, quænam anxietates, æstus, & impotentiæ detinent. Quibus interdum liberati vel spontanea purgatione, vel medicamento doloribus planè & calore defunguntur. At quandiu ista sublata, inconcota, minimeque temperata fuerint, nulla arte, neque dolores, neque febres finientur; & quibus quidem acres & æruginosi humores instant, quinam furores & viscerum & thoracis lancinationes, animique abjectio inde oriuntur. *Ibidem. pag.* 23.

a Junge quæ supra adduximus *Articulo de Coctione*, quæque infra *de Morborum causis sunt afferenda*.

b *Matianus* docet conscriptum ab Hippocrate Librum de vetere Medicina contra recentiores quosdam qui calidum & frigidum omnium morborum principium statuebant, adversus quos probat intemperantias absque humore non habere energiam, nec multum lædere, indeque patere quantum *Galenus* à præceptore discesserit in morborum causis assignandis, siquidem tantùm tribuat primis qualitatibus, ut à simplici intemperie morborum differentias constituerit.

Fames, *Junge quæ* infra *de Ienunio.*

Fames morbus [a] est; quicquid enim homini molestiam affert morbus est; hujus remedium est cibus; ut sitis potus. *Lib. de Flatibus.*

Famem [b] thorexis ideſt vini potio ſolvit. *Aph.* 21. *ſect.* 2.

Fames plurimùm [c] prodeſt in hominum natura ad ſanitatem & imbecillitatem, tum ad mortem inferendam. *Lib. de Priſca Medicina. pag.* 16.

Non conſuetam cibi abſtinentiam moleſtius ferunt qui ſupernis [d] partibus copioſam amaram bilem colligunt. Qui verò iiſdem partibus pituitoſi ſunt, facilius ferunt. *Lib. de Victu in Acut. pag.* 372.

Ubi fames laborandum non eſt. *Aph.* 16. *ſect.* 2.

Corporibus carnes habentibus [e] humidas fames adhibenda. Fames enim corpora ſiccat. *Aph.* 59. *ſect.* 7.

Morbi quicunque ulcerum genere continentur, & reliquo corpote ſupereminent, unà cum medicamentis etiam fame [f] curandi ſunt. *Lib. de Locis in homine. pag.* 416.

[Ex inedia immoderatiore attrahi à capite [g] cruda, à viſceribus verò bilioſa conſtat. *Ex text. de Acut. adducendo infra*, *Articulo de Victu ægrorum.*]

a Eſt ſaltem ſæpe morbi cauſa, nam diutius tolerare famem, ventriculum malis implet humoribus. Is enim ut peſſimus creditor, quæ prius commodaverit, intempeſtivè repetit.

b *Galenus* interpretatur caninam; *Martianus* verò etiam naturalem.

c Ideò acrius invehitur *Cardanus* in *Galenum*, quod *Libro de Sanit. tuenda*, inter innumera ejus auxilia de fame ne verbum quidem fecerit.

d Quos *Hippocrates picrocholos* ideò nuncupare ſolet.

e Humidis nativo temperamento quales ſunt pueri ſervanda humiditas, uti etiam mulieribus. At humidis ex ingluvie & otio, ea fame corrigenda. Unde *Heſiodus* otioſis famem neceſſariam dicit. *Mercurialis ad Aphor.*

f Meritò quidem cum ulcera curenrur per exſiccationem.

g Quæ à capite defluunt in ventriculum, à viſceribus in eundem irrepunt ichores bilioſi.

Farina, *Furfures.*

Farina [a] pura ex aqua pota refrigerat, & lotura farinæ aqua maceratæ & ſubactæ igne cocta. Furfurum ſuccus coctus lenis, alvum ſubducit. At farinæ ex lacte exhibitæ propter ſerum magis per alvum ſecedunt quàm quæ ex aqua, præſertim ſi cum alvum dejicientibus, miſceantur. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 324.

Farinæ confuſaneæ [b] minus nutriunt, magis alvum dejiciunt; puræ verò plus nutriunt, minus per alvum ſecedunt. *Ibidem.* 323.

a Hujus nomine deſignari præſertim hordeaceam farinam apud Hippocratem docet *Gorreus.*

b Non omnino ſcilicet à furfuribus repurgatæ.

Recentes farinæ craffiores [c] & tenuiores, vetuftis ficciores quod igni & operationi viciniores fint. Ex vetuftis enim calor expirat, frigiditas verò inducitur. *Ibidem. pag.* 324.

c Seu tam quæ funt craffiores polentæ hic à *Marinello* dictæ quàm quæ tenuiores.

Fatuitas. Morofis, infra *Stoliditas.*

Fauces. [a] *Appendix ad Articulum de Angina.*

Fauces exulceratæ cum febre grave [b] aliquid portendunt. *Ex Lib. Prænot. & Coac.* 276. Faucium gracilium [c] dolores fuffocantes convulfionem [d] minantur. *Lib.* 1. *Prædict. Sent.* 14.

Faucium gracilium præfocantes dolores, ubi ex capite ortum duxerint, convulfionem minantur. *Coac.* 262.

Quibus ad fauces irritamenta fiunt, iis moderata ad aures [e] tubercula excitantur. *Coac.* 264. Vehementer dolentes fauces abfque tumore cum labore & moleftia præceps [f] exitium minantur. *Coac.* 263.

In præcipitibus morbis ftrangulatus gracilefcentibus faucibus perniciem minantur. *Coac.* 61. Si à febre habito tumore non exiftente in faucibus ftrangulatio repente fupervenerit, lethale.

Si à Febre habito [g] collum pervertitur & vix poteft devorare fine ullo tumore, lethale. *Aph.* 34. 35. *fect.* 4.

Ubi fauces in acutis graciles funt parvæ & dolentes, atque ubi os hiarit, fi gracile appareat, nec [h] facile contrahi poffit, mentis emotionem metuere oportet, indeque fuccedens phrenitis defperata. *Coac.* 207.

Si fauces inflammatione laborent, oris collutione utendum eft. *Lib. de Affect. pag.* 528.

a Per fauces intelligenda ex *Galeni Comment. in Prognoft.* amplitudo illa in qua gemina apparent oftiola gulæ & gutturis.

b Quod fæpius hujufmodi exulceratio fiat à catarrho ferino.

c Quæ carent rubore, calore & renixu.

d Tranflatione materiæ ad cervicis medullam, membranas, mufculos & nervos.

e Eaque falutaria, nam ex iis moderatis parotidibus excitata falivatione periculum arcetur tabis.

f Pertinent enim ad primam differentiam anginæ. *Ex Dureto hîc.*

g *Galenus* interpretatur hunc Aphor de angina & vertebræ luxatione.

h Non quidem ob impedimentum faucium, cum non fint impeditæ, fed ob negligentiam ægri jam in delirium tendentis. *Duretus.*

Febris: Ejus [a] *natura & caufa.*

Febris maximè communis morbus, omnium aliorum morborum præcipuè inflammationis comes eft. *Lib. de Flat. pag.* 275.

a Effentia febris eft præter naturam caliditas in totum corpus effufa, aut faltem in plurimas vel nobilliffimas partes. *Ex Gal. in Comment. Epid.* Is etiã

Febres magna [b] ex parte à bile [c] oriuntur, *& cætera Articulo sequenti afferenda, ex* Lib. *de Nat. hominis.*

Cum bilis, [d] aut pituita [e] incaluerit, ab his totum corpus incalescit, & hoc febris vocatur. Calescit autem bilis & pituita intra quidem à potibus & cibis, ex quibus nutritur & incalescit. Extra autem à caloribus & vulneribus, & à calido supra modum calefacto, & à frigido plus æquo refrigerato. Incalescit quoque à visu & auditu. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 44.

Oritur febris ferè ex bile & pituita & sanguine quæ calidissima existunt. Ex aqua [f] autem, nec admodum vehemens nec diuturna febris oritur, cum aqua igni minime idonea suppeditet alimentum. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 517.

Incalescente corpore per hoc aquosum quod est febri maximè infestum præcipuè exhalat, relinquitur verò pingue & leve quod est biliosum & proprium febris alimentum. Non secus ac si quis affusa in vas æneum aqua & oleo, ligna succendat, aqua certè longè paucior futura est, cum ex vase exhalet, oleum verò paulò imminuitur, quòd aqua quidem ob raritatem ab igne extenuari, & levis [g] reddita exhalare potest; oleum verò cohærens & densum extenuari nequit, neque uti aqua exhalare. Ita sanè & in homine se res habet; incalescente namque corpore aqua foras exhalat, quod verò est biliosum cum cohærens & densum sit, non similiter [h] extenuatur & exhalat. Verùm extenuatus humor biliosus efficit ut corpus magis incalescat. *Ibidem. pag.* 515.

Neque calidum simpliciter febricitantium, neque ipsum solum affectionis causa est, sed est [i] amarum & calidum idem, & calidum & acutum, & salsum & calidum, aliaque innumera, ac frigidum aliis facultatibus conjunctum. Lib. *de Prisca Medicina. pag.* 22.

Febrium omnium [k] aer auctor existit, *& cætera Articulo primo afferenda.*

NOTÆ.

docet ad *Aph.* 16. *sect.* 1. febrem esse conversionem naturalis coloris in igneū.

b. e 1mo à sola bile *ex Iouberto* aliisque.

d. e Dum modò bilem, modò pituitam febrem excitare ait, humorem respicit qui ad febrem efficiendam majori quantitate concurrit aut energia. At dum bilem, solam nominat, respicit principiū & originem febris. Hæc enim in bilem tanquam in fomitem & succendiculum accenditur primùm; à bile verò in alios humores propagatur, *ex Martiano*, qui addit utrumque humorem tunc febrem concipere dum disgregatur à naturali permixtione qua prius continebatur innoxius.

f Notabis aquæ nomine hic maximam interpretum partem intelligere humorem melancholicum. At *Salius* interpretatur de seroso humore.

g. Dum facilè in vaporem resolvitur.

h Exhalat quidem tandem & exuritur tum oleū, tum bilis, sed non tam citò ac resolvitur aqua.

i Idcircò *Senertus tract. de Febribus*, vult differentias desumi commodè ex varietate humorum salsorum, amarorum, acidorum, insipidorum, dulcium, acerborum, &c.

k Quo sensu aer sit febrium & morborum causa, explicatur. *Articulo de Aere.*

Febrium differentia.

Febrium duo ſunt genera, unum quidem omnibus commune [a] peſtis appellatur; alterum ob privatam cujuſque victus rationem, horum autem utriuſque aer cauſa exiſtit. *Lib. de Flatibus. pag.* 275.

Febres magna ex parte à bile oriuntur. Quarum quatuor ſunt genera præter [b] eas quæ eximios dolores ſectantur. Earum nomina ſunt, Continens, quotidiana, tertiana, quartana. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 181.

Febrium quædam manui [c] mordaces apparent, quædam verò mites, quædam minimè mordaces, increſcentes [d] tamen; aliæ autem [e] acutæ quidem, at quæ manui cedant. Aliæ confeſtim exardeſcunt; aliæ in totum debiles apparent & aridæ. Quædam [f] etiam ſalſæ. Nonnullæ verò flatulentæ aſpectu [g] horrendo. Aliæ tactui mordaces: aliæ quoque [h] prærubræ. Quædam etiam lividæ. Quædam præpallidæ; aliæque id genus. *Lib. 6. Epid. ſect.* 1. *text.* 17.

[a] Propriè vocandum erat epidemium; at quod inter epidemios præcellat peſtis, hujus nomine deſignatur communis morbus ſporadico oppoſitus.

[b] Quæ ſolent nuncupari ſymptomaticæ.

[c] Pro varia conditione efferveſcentis humoris calor à corpore exhalans modo mordax fuliginis inſtar, modò mitis & blandus manu percipitur, ceu balnei vapor.

[d] Quibus opponuntur aliæ confeſtim exardeſcentes quas ſubjungit.

[e] Intellige febres quæ prima manus attrectatione acutæ, ſeu tactui acres apparent; mox verò tactui cedunt, ſiquidem hujuſmodi differentiæ non oculis ſed tactu explorantur. *Gal. hîc.*

[f] Pruritum, morſumve tactui afferentes.

[g] Pemphygodes dictæ, de quibus infra.

[h] Quæ hic ſubjunguntur differentiæ non à calore, ſed à cutis vario colore deſumuntur.

Febris ephemera, diaria.

Ex bubonibus febres omnes malæ [a] preter diarias. *Aph.* 55. *ſect.* 4. *& Lib.* 2. *Epid. ſect.* 3. *pag.* 998.

Si febris ex bile [b] non habeat, multa calida capiti infuſa ſolutio [c] fit febris *Aph.* 42. *ſect.* 7.

Si quem calor aut febris prehendat, neque ex bile aut pituita, ſed ex laſſitudine, alia-ve cauſa, calida multa affuſa caput irrigato, donec [d] pedibus ſudor excitetur, &c. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 6. *Circa finem.*

Febres hanc ob cauſam oriuntur cum corpore [e] humidiore reddito carnes intumuerint, pituita biliſque concluſæ conquieverint, nihilque refrigeretur, ne-

[a] Quod ferè à viſcerum inflammatione oriantur. *Gal.*

[b] Fuit enim Hippocratis Sententiâ, omnes putridas febres à bile naſci, inquit *Heurnius.*

[c] Dum capitis lotione reſerantur pori per quos tranſpirant febriles fuligines.

[d] Quò uſque ſcilicet totum corpus ſudet; eo enim æqualiter cooperto pedes ſudant ultimi

[e] Seu à laboribus, ſeu à

que exeat, neque moveatur, neque aliud quid subeat. Cum laſſitudo, febris, & plenitudo detenuerit, multa [f] aqua lavandum & liquidò illinendum, & maximè calefaciendum, quò calor aperto per ſudorem corpore exeat, idque aut [g] quatuor diebus conſequenter faciendum, & ni ſedetur, medicamentum quod bilem educat propinato, &c. *Lib. de Loc. pag.* 413.

cibis, alia-ve cauſa obſtruantur pori. *Martianus.*

f Quod febres ephemeræ iis ex cauſis excitari ſoleant; ideò curationem auſpicatur à balneis *Martianus.*

g Solent enim diariæ protrahi in tres vel quatuor dies, quos ſi excedant, cenſendæ ſunt à bile, ut loquitur *Hippocrates*, ſeu putridæ ut loquitur *Galenus*. *Ex eodem Martiano.*

Febris intermittens in genere.

Quibus in febribus quotidie [a] rigores fiunt, quotidie febres [b] ſolvuntur. *Aph.* 63. *ſect.* 4.

Febres in quibus labra exulcerantur, ferè [c] intermittunt. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 8. *text.* 41.

Febrium hæ quidem continuæ, hæ verò interdiu prehendunt, noctu intermittunt; aut noctu prehendunt interdiu intermittunt. Sunt & ſemitertianæ, tertianæ, quartanæ, quintanæ, ſeptimanæ, nonanæ. *Lib.* 1. *Epid. ſect.* 3. *text.* 2.

a Rigoris nomine intelligit *Galenus* etiam horrorem & frigus.

b Solvuntur quidem, at remanet in corpore affectio quædam præter naturam; à qua in orbem novi generantur paroxyſmi, & tanquam ex fonte quodam aut foco ſcatuiunt & reaccenduntur. *Ex Gal.* At cum in corpore febre ardente affecto non remaneat hujuſmodi diſpoſitio, ideò unico rigore critico, non verò pluribus periodicis ea diſcutitur. *Heurnius.*

c Promptéque ſolvuntur, quod hís veluti abſceſſibus excernantur febrilia miaſmata, morbidaque effluvia.

d Ut plurimùm ita contingit. Intermiſſio ſiquidem denotat neque phlegmone vexari viſcera, neque venenoſa qualitate humores affici. *Ex Gal.* Licet ex certis caſibus aliquando iis periculum accidat, ut notabitur in Tertiana.

Febris quotidiana [a] Hippocratis, ſeu duplex Tertiana recentiorum.

Febris quotidiana ſecundùm continentem ex pluri ma bile ortum habet, præ aliis citiſſimè liberat, at continente eò longior, quò pauciore ex bile provenit quodque corpus in ea quietem habet, quod in continente nullo modo quieſcit. *Lib. de Natur. hominis. pag.* 181.

a Hanc præmittimus tertianæ ipſius Hippocratis ordinem ſecuti, differre autem à quotidiana *Galeni* & recentiorum oſtendunt verba ipſa Auctoris, non modò *ex text. Lib. de Nat. hominis*, qui *Galeno* ſuſpectus, ſed ex altero *Lib.* 2. *de Morb.* notatumque jam ſupra Hippocratem nullam agnoviſſe febrem putridam, niſi á bile *ex Aph.* 42. *ſect.* 7. Et communiori interpretum conſen-

Si quis bile vexetur, febris eum quotidie [b] prehendit & dimittit, potissimùm verò dimidio [c] die detinet, os amarum est, & cum sine cibo fuerit, offenditur; ubi verò comederit [d] strangulatur, & paucis cibis impletur, eos execratur, & vomitionibus tentatur: ad [e] lumbos & crura gravitas detinet, multúmque [f] dormit. Huic si post febrem, frigido & copioso sudore exudarit, neque febre liberetur, [g] diuturnus morbus evadit; si verò minimè exudarit, citius [h] judicabitur, cum sic habuerit, ubi nonum diem attigerit, medicamentum purgans adhibeto. Si enim statim per febris exordia exhibueris, postquam purgatus fuerit, febris repetit, rursusque medicamento indiget, & cætera ad curationem pertinentia. *Ex Lib. 2. de Morb. pag.* 466. 467.

fu. At quotidianam *Galeni* doctissimi quidem omnino rejiciunt ut *Platerus*, alii rarissimam volunt, ut *Fernelius*.

b Notanda vox *Quotidie* quâ opinantur designari febrem quotidianam, ut verba sonant; licet *Salius* hîc intelligat tertianam intermittentem non exquisitam à bile prædominante quidem sed pituitæ permixta. Interpretaturque vocem *quotidie* eo sensu, ut illimitatè seu indeterminatè diem afflictionis denotet.

c Seu *ex Marinelli versione* detinet maximè in meridie quâ horâ viget bilis maximè, inquit *Salius in Comment.*

d *Salius* vertit *Æstuat*, quod nullus hîc sit strangulationi locus, & verbum πνίγω etiam *Assare* significet, quasi æger à bile assetur & æstuet.

e Quod incalescant lumbi vicinia vasorum cum anxietate quâ gravantur ita crura ut corpus sustinere nequeant. *Ex eodem Salio.*

f Quod passim observamus accessionum initiis.

g Sic enim fuerit judicatorium non judicans.

h Per aliam quampiam evacuationem puta diarrhœam biliosam.

Febris tertiana.

Tertiana febris quotidianâ [a] longior, & à bile pauciore fit. Quóque diutius in ea quàm in quotidiana corpus quiescit, eò diuturnior hæc febris est quàm quotidiana. *Lib. de Natur. hominis. pag.* 181.

Tertiana exquisita quinque aut septem periodis ad summum judicatur. *Aph.* 49. *sect.* 4. Judicatur ad summum nono. *Coac.* 148.

Febres quæ uno die intermissionem habent, altero perfrictionem, judicium ad diem septimum sustentant. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. Celerem habet judicationem, neque [b] lethalis est. *Lib.* 1. *Epid. sect.* 3.

Si tertiana febris detineat, siquidem per tres accessiones quarta [c] prehendat, medicamentum deorsum purgans bibendum dato. Quod si tibi medicamento

a *Galenus* censet hanc posteriorem partem. *Lib. de Nat. hom.* additam à quodam Sophista Medicinæ ignaro, quòd hic dicatur quotidiana fieri à plurima bile, & præ aliis febribus citissimè liberari, cum Hippocrates statuerit alibi, tertianam febrem habere celerem judicationem. At constat Hippocratem per quotidianam febrem intellexisse biliosam differentem penitus à quotidiana *Galeni*.

b Sunt tamen plures casus quibus evadit lethalis apud *Mercurialem & Sennertum*.

indigere videatur, Pentaphyli radices acetabuli quantitate tritas bibendas dato. Si verò ne sic quidem sedetur, ubi multa calida laveris, trifolium & laseris siccum cum vino pari aqua admixto propinato, reclinatumque multis vestibus donec exudet contegito, &c. *Lib. 2. de Morb. pag. 467.*

Cum febris tertiana detinuerit siquidem impurgatus æger tibi videatur, quarto [d] die medicamentum purgans exhibeto. At si medicamento non tibi opus esse videatur, in potu ea medicamenta [e] exhibenda sunt, quibus febris transmutetur, aut [f] desinat, quemadmodum in [g] medicamentis scriptum est. Et in accessione quidem intermissione & potu nutriendum. Intermediis autem diebus cibis alvum subducentibus. *Lib. de Affect. pag. 533.*

Febris [a] *quartana.*

Quartanæ tertianis tanto longiores sunt quanto minus [b] bilis calorem exhibentis obtinent. Tum quia in his corpus liberalius refrigeratur, iisque ab atra bile cumulus accedit, ut non nisi ægrè depelli queant. Bilis enim cum sit omnium quæ in corpore insunt glutinosissima, maximè [c] diuturnas stationes facit. Quod autem quartanæ sint humoris melancholici participes ex eo cognosces quòd Autmuno præcipuè homines quartana corripiantur, & ea [d] ætate quæ est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimum quintum; tum etiam quod hæc ætas præ aliis est atræ bili obnoxia, ut inter anni tempora autumnale maximè accommodatum. Si qui verò extra hoc tempus & eam ætatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem, nisi quid aliud malè hominem habeat, non fore [e] diuturnam. *Ex fine Lib. de Nat. hominis. pag. 181.*

Quartanæ non ante annum [f] desinunt. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text. 23.*

Febris quartana omnium tutissima, placidissima, longissima, & à magnis morbis liberat. *Lib. 1. Epid. sect. 3.*

NOTÆ.

c Nota perendinatam hac ratione in diem nonam, unde succenset *Martianus* iis qui nunc citius ad purgationem currunt. Sic in quotidiana expectatũ nonum diem ab Hippocrate videmus *Articulo superiori*

d Per quartum diem intellige intermissionis diem quæ excipiat tertiam aut quartam accessionem.

e. f Quæ febrifuga vocari possunt & febris antidota, de quibus consule *Senertum, tract. de Febribus.*

g Intellige librũ ab Hippocrate medicamentis cõscriptum, de quo vide notam 2. appositam *Articulo de Medicamentis.*

a Quam *Plinius* vocat quadrimam, *Favorinus* unam novercam, duas matres; dicitur & Saturni filia.

b Nigræ scilicet quam sæpe bilis nomine simpliciter posito designari notat *Martianus.*

c Ut minus miremur in 12 annos aliquando productam. *Ex observationibus Schenchii.*

d Nulli tamen ætati parcit, *ex Aetio*, quod comprobat puerorum senumque frequens quartana.

e Hoc sensũ *Avicenna* vult quartanam non ultra annum durare, nisi admittatur error.

f Ut plurimum ita se habet præsertim si sit hyberna & ab humore frigidò.

Qui quartanâ vexantur, nullo alio [g] magno morbo corripiuntur. Quod si ante corripiantur, quartanâ succedente [h] liberantur. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text. 9.* Quartanâ capti non admodum convulsionibus capiuntur, & si prius capiuntur quartanâ supervenien- te liberantur. *Aph. 70. sect. 5.*

Æstivæ quartanæ breves, Autumnales verò longæ, maximè quæ ad hyemem attingunt. *Aph. 25. sect. 2.*

Hybernæ quartanæ ferè in acutos [i] morbos transeunt. *Coac. 159.*

Quibus per quartanas sanguis è naribus fluit, [k] malum. *Ex Aph. spuriis.*

Si quartana prehenderit, si quidem impurgatus fuerit, primùm quidem caput [l] purgandum, & tribus aut quatuor interjectis diebus sub ipsam accessionem medicamentum sursum purgans in [m] ipsa accessione exhibendum; rursus aliquo intervallo interjecto, aliud medicamentum deorsum purgans in ipsa accessione dandum. Quod si per hæc non sedatur, rursus intermissis aliquot diebus multa calida loto, medicamenta quæ scripta sunt, exhibenda. Potionibus autem & sorbitionibus reliquaque victus ratione velut in tertiana utendum. *Lib. de Affect. pag. 533.*

Cum febris quartana detinet, si quidem ex alio morbo non purgatum corripiat, medicamentum deorsum purgans propinato; deinde capite purgato postea medicamentum deorsum purgans iterum dato. Quòd si nec his factis cesset, interpositis duabus post purgationem per inferiora accessionibus, post calidæ balneum, semen Hyosciami [n] milii magnitudine, Mandragoræ [o] pari quantitate, lasaris succum trium fabarum quantitate, & trifolii parem modum ex vino mero bibendum dato. *Lib. 2. de Morb. pag. 468.*

Post Vergiliarum occasum Attici famulus quartanâ correptus, stupidus permansit. *Lib. 4. Epid. pag. 1023.*

NOTÆ.

g Magnum morbum interpretatur *Galenus de Comitiali.*

h Solvit siquidem dum pituitosos humores pituitæ parentes excernit rigoris violentia, dumque eosdē concoquit per calorem rigori succedentem. *Ex eodem Galeno.*

i Hujus transitus periculosissimi causa est frigus hyemale oppositum excursui humorum à centro in circumferentiam pro solutione paroxysmi, dum retruduntur intra venas.

k Tum ut signum sanguinis ichorosi & tenuioris, tum ut causa attritionis virium morbi diuturnitate fractarum. *Mercurialis.*

l Hoc consilium ineundæ curationis à capitis purgatione à medendi recta methodo alienum censet *Zacutus. Lib. 4. Histor. Medicorum Principum*, adversaturque textui sequenti, *Lib. 2. de Morb.*

m Longè tutius expectare intermissionis tempus.

n.o *Salius* censet hæc Narcotica addita ad correctionem succi laseris calidioris. *Martianus* verò vult præscribi hic non tanquam stupefacientia ex vulgari opinione, sed quatenus incrassando & refrigetando sistunt motum tum spirituum tum humorum, sicque febris invasionem prohibent. Quiescentibus enim humoribus non accidit eorum disgregatio, quâ febrem excitari existimat; quæ si vera sunt, minus mirum à *Paracelso* solo suo *Laudano* sedatum febrium insultum.

NOTÆ

a Hos rariores typos in dubium revocat *Galenus*, quod nunquam observarit illos; Quos plerique neoterici Auctores gravissimi se vidisse affirmant *apud Schenchium*.

Febres [a] quintanæ, septimanæ, nonanæ.

Quintana est omnium pessima; hæc nempe ante tabem, aut jam tabescentibus, ubi supervenerit, perimit. Septimana longa, non tamen lethalis, nonana adhuc longior, nec lethalis. *Ex Lib.* 1. *Epid. sect.* 3. *pag.* 966.

b Nil frequentius experimur quam certis temporum statibus passim vagari modò febres tertianas, modò quartanas, sæpissime etiam erraticas, quasdam etiam quæ inter has & illas ambigant.

Febres intermittentes [a] Epidemiæ.

At verò tertianæ plures quidem quàm ardentes & laboriosiores fuere. Atque in his omnibus ritè & ordine à primo insultu ad quaternos circuitus processere. In septem verò absolutè judicabantur; neque horum cuiquam reverterunt. Quartanæ autem multis per initia certo & rato tenore cœperunt. Quibusdam verò ex aliis febribus & morbis secessus [b] in quartanas fiebant, interdum quàm pro consuetudine longiores. Sed & quotidianæ nocturnæque & errantes multæ diu plerisque perseverarunt tum erectis tum decumbentibus, &c. *Lib.* 1. *Epid. sect.* 2. *pag.* 957.

b Quæ degeneratio morbi unius in alium pertinet ad crisim per abscessum.

Febris [a] semitertiana Hemitritæus.

a Dicitur etiam Hippocrati φικώδης seu horrifica, licet autem ex quotidiana continua & tertiana intermittente componatur ex communiori Sententia. Nomen tamen à tertiana sola accepit ob manifestiora hujus quàm illius symptomata.

In Febre quæ semitertiana dicitur tum morbi acuti accidunt, tum etiam preter cæteras ipsa lethalis est, quinetiam tabes & quicumque alii morbi longi affligunt, in hac potissimùm detinent. *Ex Lib.* 1. *Epidem. sect.* 3. *pag.* 966.

Plurimis (in Thaso scilicet laborantibus) febres aderant horroris [b] sensu insignes, assiduæ & acutæ, in totum quidem non desinentes, sed quæ erant ex semitertianarum genere, uno die leviores, altero verò ingravescẽtes, omninoque vehementius increscentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus dispersi. Extremorum refrigeratio quæ vix

b Qui quidem horror non solum accessionis initio apparet, sed toto exacerbationis tempore durat. *Senertus.*

quidem incalescebant. Alvi conturbatæ biliosa pauca, syncera, tenuia, mordacia egesserunt, crebróque assurrexerunt. Urinæ tenues, crudæ, decolores, atque pravæ. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 1. *pag.* 954. 955.

Diopethis sorori semitertiana affectæ, sub accessionis tempus vehemens ventriculi dolor contigit, totò die perseverans, & hujusmodi ventriculi oris dolor reliquis mulieribus similiter contingebat, viris rarius. Carptim ex *Lib.* 5. *&* 7. *Epid. pag.* 1054. 1111.

Terthymi conjugem in semitertiana febre anxietas & vomitus cepit, horrorque per febris exordia, & sitis progressu temporis, per initia moderatus calor, mulsa epota & vomitione rejecta horror & anxietas cessarunt. *Ibidem. Lib.* 7. *Epid.*

Febris [a] *Tritæophya.*

Febres quæcunque non intermittentes tertio die fortiores fiunt magis periculosæ, quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur. *Aph.* 43. *sect.* 4.

Febres assiduæ quæ tertio quoque die intenduntur, in periculum [b] deducunt. *Coac.* 116.

Rigores velut in febribus quæ propius ad tertianarum naturam accedunt, si in medio [c] ingravescunt, febre nullum ordinem servante, maligni valde sunt, &c. *Ex Coac.* 33.

Febres ad tertianarum naturam accedentes, ubi in dies pares transierint, molestiam [d] exhibent. *Coac.* 37.

Continuæ omnino febres erant, nihilque intermittebant, sed omnes invadebant earum febrium more quæ ad tertianarum naturam propius accedunt; uno die leviores, altero vehementiores; omnium quæ tunc contigerunt longissimæ & laboriosissimæ. Per initia leves & in totum perpetuò incalescentes, judicatoriis diebus deterius affligebant. In his omnino rigores incompositè & errabundè contingebant, paucissimi & minimi, sudores perpauci nil allevantes, sed

a Quæ ingravescit tertio quoque die sine rigore horrore-ve periodico stato-ve ad differentiam semitertianæ, quæ habet exacerbationes horriferas statas. *Duretus ad Coac.* 37.

b Quod maligna quædam cacochymia, vel in visceribus vel in majoribus vasis tanquam in ergastulo conclusa stabulatur. *Duretus.*

c Ob varietatem humorum calidiorum frigidiorumque inæqualiter putrescentium, ut fusius explicat *Duretus.*

d Quod non respondeant naturæ humoris biliosi, cujus proprium est imparibus diebus exasperari, *Duretus.*

noxiam afferentes. His magna extremorum perfrictio quæ vix recalescerent, neque penitus pervigiles erant. Maximè verò etiam [e] sopore vicissim gravabantur. Alvi omnibus conturbatæ, urinę plurimis tenues, crudæ, decolores, aliquantoque post intervallo non nihil coctæ. Carptim *ex Lib.* 1. *Epid. sect.* 2. *Stat.* 2.

e Cum nascantur hujusmodi febres ex diversa cacochymia, nil mirum si ægri modò vigiles, modò somnolenti, & lethargici cum delirio appareant. Inquit *Duretus ad Coac.* 33.

Febris erratica, [a] *inconstans.*

Quæ febres intermittentes incerto & vago ordine prehendūt, ex Autumno præsertim in quartanam trāseunt, maximè his qui trigesimum [b] annum superarunt: per hyemem verò potius abscessus accidunt, & tardius cessant minusque recurrunt. *Ex fine Coac.* 143.

In erraticis febribus nigrę nubeculæ quartanam [c] denunciant. *Coac.* 582.

In longis febribus, parvis, vagis tenuium urinarum dejectiones lienis affectionem [d] denunciant. *Coac.* 594.

Inconstantes febres donec consistant [e] sinere oportet; atque ubi constiterint victu & convenienti curatione occurrendum. *Lib. de Victu in Acut. pag.* 38.

a Hujusmodi febres *Celsus* vocat incertas & vagas, nos erraticas & errones per omnes febrium species vagantes, quibus febres periodicæ opponūtur, statæ *Plinio* dictæ; *Fœsius in Oeconom.*

b Vide quæ notavimus supra *Articulo de Crisi.*

c Quod generetur quartana ab humore nigro, cujus redundantiam ostendunt nubeculæ urinarum nigræ. *Duretus.*

d Induruit enim lien à congesta sensim pituita, aut melancholico humore: inde redditur catarrhopos. Ut explicat *Duretus.*

e Maximè si sint acutæ, in quibus non diu cunctandum quin consistant. *Martianus.*

Febris lenta, [a] *Febricula.*

Eratoli puero difficultate intestinorum laboranti post primos sex dies, febricula neque ægroto, neque multis toto morbi tempore prorsus adesse videbatur adeò obscura erat; *& cætera adducta in Dysent. Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1093.

a Hujusmodi febricula dignoscenda potius ex languore, inappetentia, corporisque gravitate quàm ex vehementia symptomatum, ita ut dicere possimus cum *Rialano cap.* 9. *Methodi medendi*, hujusmodi ægros non sentire morbum nisi privativè, dum solitas actiones non possunt obire facilè.

Febris hectica.

[De Febre hectica nullos habemus Hippocratis locos, quando quidem is minimè agnoverit hanc febris differentiam, ut annotat *Martianus Comm. in Lib. de Locis*, ipseque dubitat an hujusmodi febris possit subsistere

sistere sine partis alicujus offensione, quo casu pertinet ad febrem symptomaticam.]

Febris continua in genere.

Ex copiosissima & meracissima bile oritur, & quàm brevi judicatur. Corpus namque vehementi calore incalescens, nec unquam refrigescens celeriter colliquescit. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 181.

In febre continua morbi sunt valde [a] præcipites, maximi [b] & gravissimi, [c] maximéque lethales. *Lib.* 1. *Epid. sect.* 3. *pag.* 966.

Continua febris quibusdam ubi incœpit floret, & viget [d] maximè, & in gravius tendit, circa judicium verò & in ipso judicio extenuatur. Nonnullis leniter & latenter incipit, increscit autem in dies exacerbaturque, sed sub judicium & in ipso judicio micat abundè. Est ubi ex moderatis augescit & exasperatur, & simul atque aliquantisper vigorem acceperit ad judicium usque, sub ipsumque judicium se remittit. Atque hæc in omnem febrem omnemque morbum cadere solent. *Ibidem. pag.* 967.

a. b. c. Præcipites seu acutissimos dicit morbos qui brevi decernunt, maximos qui validissimi; & gravissimos qui periculo sunt conjuncti. *Galenus.*

d Notat etiam *Galenus* hic modos seu differentias tradi ab Hippocrate non minus pertinentes ad febres intermittentes quàm continuas, quin etiam ad quoscũque morbos etiam diuturnos.

Qui validis [e] febribus impliciti jacent, his non ante febris remissionem pharmacum dare oportet, sin minus cunctandum, saltem ne citra decimum quartum diem. Carnes enim ipsorum & ventres cum incendio flagrent, pharmaca retrahunt, nihilque purgantur: tunc enim magis incandescit febris, coloremque auriginosum ducunt agitata perturbataque bile, &c. *Lib. de Purgatoriis remediis.*

e Nota in validis præsertim febribus non concedi purgationem ab Hippocrate ne incandescat magis febris agitata bile. At in mulieribus secus se habet, si quidem *Lib. de Affect. pag.* 531. hæc proferat *Hippocrates* à nobis obmissa. Si febris detinet, neque supra vel infra purgantur: tertio vel quinto die leni medicamento per inferiora purgandum. Quod consilium Hippocratis de minus acutis febribus interpretamur.

Febris ardens, Causus.

Febris ardens ferè biliosos prehendit, corripit etiam pituitosos hoc [a] modo, ubi bilis toto corpore commota fuerit, & fortè evenerit ut venæ & sanguis ma-

a Præter modum hic traditum generationis causi in corpore universo, is

gnam bilis copiam ex carnibus & ventriculo trahant. Qui verò prius ineſt utpote natura calidiſſimus in corpore ſanguis exiſtens, cum ex carnibus & ventriculo incaluerit, ſupra eum qui jam ineſt, amplius adhuc à bile, reliquum etiam omne corpus calefacit. *Ex Lib. 1. de Morbis, ubi plura.*

Fit febris ardens cum reſiccatæ venulæ æſtivo tempore acres & bilioſos tenues humores ad ſe attraxerint, & febris multa detinet corpusque oſſaria laſſitudine laborat & dolet, fit quoque magna ex parte ex longo itinere & longa ſiti ubi arefactæ venulæ acres calidaſque fluxiones ad ſe attraxerint. Fit etiam [b] lingua aſpera & ſicca, & ob ventris [c] morſum dolor eſt, alvi egeſtiones tũ valde liquidæ, tum pallidæ ſunt. Sitis adeſt vehemens, & vigiliæ, interdumque mentis alienationes. Huic aquæ & mulſæ coctæ & aquoſæ quãtũ voles potui exhibeto, & ſi os amarum fuerit vomere conducit, & alvum ſubluere. Quod ſi ad hæc non ſolvatur, lacte [d] aſinino [e] cocto purgato. Salſum nil neque acre exhibeto. Sorbitionem verò niſi dies judicatorii exceſſerint non dabis, & ſi ſanguis è naribus fluxerit ſolvitur affectio atque ſi ſudores judicatorii convenerint cum urinis albis & craſſis, & lævibus ſedimentis, & ſi abſceſſus aliquis fiat. Sin verò citra hæc ſolvatur, revertetur morbus, vel coxæ vel [f] crurum dolor continget, & ſi evaſurus ſit craſſa expuet. *Lib. de Acutis pag.* 382.

Febris & ſitis vehemens detinet, lingua aſpera eſt, nigra ex virore pallida, ſicca & valdè rubra. Oculi ex virore palleſcunt, alvi excrementum dejicit rubrum & ex virore pallidum talemque urinam reddit, & multum ſpuit. Plerumque etiam ad pulmonis inflammationem tranſit atque delirat. *Lib. 2. de Morb. pag.* 481. Ubi autem in pulmonis inflammationem tranſierit celeriter [g] perit. *Lib. 3. de Morbis. pag.* 489.

A cauſo habito rigore ſuperveniente [h] ſolutio. *Aph.* 58. *ſect.* 4. Cauſum ſuccedens rigor ſolvit. *Coac.* 135.

In cauſo ſi alvus [i] profuſè feratur, lethale. *Coac.* 129.

NOTÆ.

etiam gignitur in quavis corporis parte. Verùm enim verò cum ſit, in toto corpore ſitim omninò parit. Cum in una tantum parte non de neceſſitate, niſi pars ipſa ſitim pariat ut maximè os ventriculi & pulmo. Poteſt præterea fieri cauſus dum ex validioribus partibus ad aliquã imbecilliorem tranſmittuntur bilioſi ichores *Ex Galeno hic.* Is etiam docet *Lib. 3. de Loc. Affect.* Cauſum fieri ex jecoris ventriculi pulmonumque flammeis diſpoſitionibus. Docet etiam ad *Aphor* 59. *ſect.* 4. eatenus differre cauſum à tertiana, quatenus bilis utriuſque parens in cauſo concluditur intra venas. In tertiana verò febre è venis in totum corpus movetur defertmrque. Appoſitè verò *Mercurialis Comment. in Lib. de Acutis,* duplicem ſtatuit cauſi ſedem, venas ſcilicet, aut partes corporis deſignatas viſcerum præſertim.

b Linguæ aſperitas, ſiccitas, nigrities fit ob æſtum pulmonum ferè ſemper inflammatorum.

c Quam excitant bilioſæ dejectiones.

d Non exhibet aquam ſolam quod tardè permeet & morâ putreſcat; non mulſam etiam niſi dilutiorem ne ratione mellis bileſcat. *Galenus hic.*

e Præfert *Galenus* lactis ſerum. At *Martianus* probat ex variis locis, numquam Hippocratem uſum fuiſſe ſero in æſtivis morbis, ſed in aliis tantum anni tempeſtatibus ob ejus acrimoniam nimiam in æſtate.

f Per abſceſſum forſan cruralem in peripneumo-

Febre ardente laborantibus ſi aurium ſonitus cum viſus hebetudine & ad nares gravitate accedant, niſi ex naribus ſanguis fluat, furioſa mentis [k] emotio metuenda. *Coac.* 131.

Quibuſcumque in febribus ardentibus tremores fiunt delirio ſolvuntur. *Aph. 26. ſect. 6.* In febre ardente temores delirio [l] ſolvuntur. *Coac.* 132.

In febre ardente [m] ſanguinis ex naribus fluxus 4°. die obveniens, malus. At die quinto minus adfert periculi. *Coac.* 133.

Qui à febre ardente intereunt, omnes ex [n] ſiccitate intereunt. *Ex fine Lib.* 1. *de Morb. pag.* 451.

Huic curationem ſic adhibere convenit. Singulis diebus bis aut ter capite excepto calida lavato. In judicationibus autem lavandum non eſt. [o] Primis diebus per inferiora purgandum, & aqua potui exhibenda; aqua enim ut plurimùm [p] vomitum inducere ſolet. Poſtremis à purgatione diebus humectandum, ſorbitionibus viniſque dulcibus [q] utendum. At ſi per initia curandum non ſuſceperis, ſed ſignis jam in [r] lingua apparentibus, ſinere oportet, dum judicationes præterierint, linguæque ſigna mitiora evaſerint, & neque medicamentum, neque per clyſterem [f] infuſum priuſquam judicationes præterierint, exhibueris. *Lib. 3. de Morb. pag.* 489.

Si liquidam [t] alvum habenti febris ardens oboriatur, ſi tibi medicamentum purgans idoneum videatur, id tribus primis diebus non exhibendum, ſed [v] vel quarto. *Lib. de Acutis. pag.* 385.

Huic refrigerantia & alvo [x] & exteriore capitis parte admovere convenit, ea cautione adhibita ut ne inhorreſcat. Potiones quoque & ſorbitiones crebræ & paulatim frigidiſſimæ exhibendæ. Alvus verò curanda, & ſi opus ſit ſubluenda, & per infuſa [y] frigidiſſima quotidie vel tertio quoque die refrigeranda. *Lib. de Affect. pag.* 530. Idque Carptim.

nia familiarem. At conſtat hîc loqui Hippocratem expreſſiusque *ſequenti textu de Cauſo degenerante in peripneumoniam*; unde ſubjungit evaſurũ ægrũ ſi craſſa expuat.

g Niſi craſſa expuat. *Ex textu ſuperiori.*

h Dum rigorem ſæpius excipit ſudor, non numquam alvi dejectio, aut vomitus; quod ſi rigori nulla ſuccedat evacuatio, lethale ſignum. *Heurnius hîc.*

i Larga & profuſa dejectio damnatur. At non improbanda quæ fit paulatim per mulros dies perſeverans. *Ex Martiano. Duretus* verò interpretatu de hepaticis excremẽtis ſuẽtibus morbi initio.

k Tunc enim prædicta Symptomata ſunt à febre focum habente in cerebro, nec ſunt ſigna perturbationis critica. *Duretus.*

l Per impropriam ſanè ſolutionem, cum tremori ſuccedat delirium lethale. *Galenus.*

m *Duretus* interpretatur de ſolo ſtillicidio narium, quod pravum, niſi liberalis hæmorrhagia ſuccedat in ſeptimo.

n Si quidem ab æſtu febrili major fiat corruptio humidi primigenii in ſeptem diebus quàm à calore naturali. 70. annis. *Duretus ad Coac. 65. cap. de Pleurit.*

o Ita tamen ut non ante tertium diem elapſum, ſed 4°. exhibeatur leve catarthicum. *Ex text. ſequenti.*

p Præſertim ſi copioſior propinetur, inquit *Martianus.*

q Ad promovendam expectorationem; ferè enim cauſus degenerat in pulmonis inflammationem.

r Dum ejus aſperitate & nigritie morbi rigor denotatur.

f Notanda etiam Hippocratis religio in usu clysteris dum viget morbus.
t' Intellige mollem adstrictæ oppositam dum fæces excernuntur molles debito tempore.
v Forsan habita ratione legis statutæ ab Ægyptiis, ne purgarentur ægri ante diem quartum.
x. y Nota Hippocratem forsan quod habitaret regionem calidam injecisse clysteres actu frigidos in febribus, admovisseque etiam topica actu frigida; adhibita tamen cautione ne horum vel illorum nimio frigore inhorresceret æger.

Febris ardens [a] *spuria, seu Causus nothus.*

a. A pituita salsa putrescẽte in vasis cordi præsertĩ proximis. *Martianus hic.* Habet eadem symptomata cũ legitima sed remissiora; ideò longior nec tam exactam diætam admittit. *Ex Gal. Comment.*
b Ob admixtam bili pituitam salsam. *Gal.*
c Ob pituitæ crassitiem. *Gal.*
d Præsertim si causus hujusmodi, fuerit malignus putrescente circa viscera humore. *Gal.*
e Febres enim à pituita frequentius per abscessum judicantur. At miratur *Mercurialis* ad collum probari Hippocrati alibi laudanti solas eas naturæ emotiones quæ fiunt infra morbum ad partes inferiores.
f. g Pudendi livorem testiculique contentionem fieri partium genitalium cum pectoralibus consensu existimat *Mercurialis hic.*

Aliud febris ardentis genus est in quo alvum subit, sitis intensa, lingua aspera, sicca, [b] salsa, urinæ [c] intercipiuntur, vigiliæ torquent; [d] refrigeranturque extrema. Huic judicatio minimè continget, nisi sanguis ex naribus profluxerit, aut abscessus circa [e] collum, aut crurum dolor oboriatur, & sputa expuat (quæ suppressa alvo contingunt) aut coxæ dolor, aut pudendi [f] livor obveniat; testiculi [g] quoque contentio judicationis significationem facit. *Lib. de Acutis. pag.* 382.

Febris ardens Epidemia salutaris.

Horum plurimis benè admodum constituto & composito judicationis ordine febris ardens cum intermissione in septemdecim diebus solvebatur, atque haud scio an quisquam tunc ex hac ipsa interierit, aut ad phrenitidẽ devenerit. *Ex Lib.* 1. *Epid. Stat.* 2. *pag.* 957.

Febris ardens [a] *Lipyria,* [b] *Epiala.*

a Lipyria est ex continuarum genere & valde malignarum in viscerum inflammatione consistens, quâ interna uruntur; extrema verò frigent. *Ex Galeni doctrina passim.*
b Epiala verò ea est in qua simul febricitant ægri & rigore concutiuntur. *Lib.* 2. *de Differentiis febrium,* fitque ex communi Medicorum Sententia à pituita vitrea & acida.

Solet febris ardens in Lipyriam transire, feréque quadraginta diebus occupat, & in epialam, hoc est febrem algidam desinit; ex lipyria eodem die prehendit & dimittit. Capitis dolor etiam oritur. Quod si eum lipyria febris per quadraginta dies non dimiserit, sed longius deducta fuerit, dolorque caput detinuerit,

nuerit, ac deliraverit, eum purgato. L*ib. de Judicat. pag.* 67.

Exteriore parte ad contactum febris levis eſt, intus verò ardet, lingua aſpera, naribus & ore calidum expirat. Ubi verò diem quintum attigerit, præcordia dura ſunt, dolentia, & color qualis in ictero detento apparet, urinamque craſſam & bilioſam rejicit; hunc ſi quidem ſeptimo die rigor & vehemens febris prehenderit, ac exudarit, bene habet; ſin minus [c] ſeptimo, aut [d] nono moritur. Corripit autem maximè ſi anni tempus [e] minimè ſqualidum fuerit. Cum ſic habuerit quotidie [f] calida lavato, aquam mulſam aquoſam copioſam propinato, & ſuccum ptiſanę frigidum bis die ſorbendum dato, & poſt ſorbitionem vinum aquoſum album, modicum bibendum, &c. L*ib.* 2. *de Morb. pag.* 467.

Si partes exteriores non admodum igneæ videantur, ſed interiores, linguaque aſpera & nigra reddatur, & pedes ſummæque manus frigidæ ſint, huic ne medicamentum [g] quidem exhibueris, ſed curationem per refrigerantia & ventri & toti corpori adhibita facito. Hæc febris ardens nominatur, judicaturque ferè undecimo & decimo quarto. L*ib. de Affect. pag.* 531. 532.

In febribus non intermittentibus ſi partes exteriores frigidæ & interiores uruntur & ſitiunt, [h] lethale. *Aph.* 48. *ſect.* 4.

Febres lipyriæ non niſi per choleram morbum diffuſa [i] bile ſolvuntur. *Coac.* 120.

Virgini ubi menſes ceſſant, febris [k] lenta mitis, epialos dicta, detinet, *& cætera adducenda in Menſium ſuppreſſione, ex Lib. de Superfœtatione.*

[c] Ita ut vehementem hiuſmodi rigorem nullus ſudor, alia-ve vacuatio critica exceperit.

[d] Judicatoria enim non judicantia ſunt lethalia.

[e, f] Suſpicarer particulam *minimè* hîc temerè additam cum balnei lavacrum adhibemus pro remedio melius conveniat anni tẽpore ſqualido; idque tempus videatur magis aptum ingenerandæ hujuſmodi febri ex ardentium genere. At cum eandem particulam negativam retineat etiam *Marinellus*, Doctiorum judicio acquieſcam facilè.

[g] Facilè intelligent omnes Hippocratem hic loqui de medicamento purgante, cui nullus ſit locus, imò neque clyſteribus, niſi cum cautione aliqua & poſt judicationem. *Ex textu Lib. 3. de Morb. adducto in Febri ardente, ex Lib. de Purg. remediis.*

[h] Niſi hujuſmodi frigus ſitiſque ſint criſis prænuncia, inquit *Heurnius hîc.*

[i] Critica naturæ contentione miraculo ferê apponenda. *Ex Dureto, cujus conſulendus Commentarius.*

[k] Quam albam amatoriamque vocant Medici: chloroſim verò aptiſſimè; de qua conſule *Langii epiſtolas.*

Febris [a] *anxioſa, Aſſodes.*

Quos febris detinet cum anxietudine & præcor-

[a] Anxioſæ febres pendent ferè à particulari ſtomachi malitia. *Ex Galeno hîc.* Anxietas autem hæc duę

NOTÆ

plex *ex Coacis.* Nauseabunda una seu ναυτιώτης. Altera minimè mansueta seu ἀνέμετος. Prima fit cum os ventriculi vexatur pravorum humorum morsu. Altera quæ pejor, cum facultas à corpore sic gravatur, ut nullam ferat figuram, quod mortiferum existimant *Gal. Duretus, Martianus.* Has autem febres nunc frequentissimas notat *Mercurialis.*

diorum contentione, ii jacentes loco stare nequeunt, & extremis omnibus perfrigerantur, magnamque tum curam tum custodiam requirunt. Hos sic transigere oportet, ut nihil præter acetum mulsum dilutius exhibeas, neque sorbitionē offeras, donec febris desierit & urina concocta fuerit; recumbere autem debent in domo obscura, & stratis mollissimis reclinari, longo tempore eundem decubitum perferre, & quam minimè incontinenter se jactare. Ad præcordia lini semen illitum imponere exactè tepidum aqua & oleo incoctum, cavendo ne inhorrescat æger. *Lib. de Acutis. pag.* 387.

b Hæc anxietas fuit primùm nauseabunda rejecta sursum bile. Deinde ἀνέμετος ægro lethalis. Hanc verò Historiam *Zacutus Lusitanus* offert in exemplum febris anxiosæ.

Chartadæ febris ardens fuit, bilis sursum, rejectio multa & deorsum dejectio, insomnia, oris ventriculi [b] anxietas erat, parvus sudor. Primùm mentis compos erat, procedente verò tempore anxietas & inquies. Jactatio major, spiratio crebrior, confidentius loquebatur, in utrumque latus se dejiciens nullo tempore quiescebat, pedes frigidi, tempora & caput incalescebant magis, instante morte, multisque sudoribus parvis diffluebant. Carptim *ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1087.

a Longo tempore perseverare singultum oportet, aut per totum morbum cum febre intendi, ut febris singultuosa nominetur. *Ex Gal. in text. Lib. de Acut.*

b Cum adsit tussis cum hæmoptysi & successione empyematis, probabile est hanc febrem symptomaticam esse censendam ex inflammatione loborum pulmonis ventriculo propiorum.

Febris [a] *singultuosa.*

Febris detinet vehemens, rigor, febris & singultus. Sanguinis grumos [b] cum tussi rejicit, ac 7°. die moritur. Quòd si decimum diem superarit melius habet. Vigesimo autem die suppuratus evadit. *Lib. 2. de Morb. pueril. pag.* 481. 482.

In febre singultuosa laseris succum, acetum mulsum, daucum tritum potui exhibeto, & galbanum ex melle cum cumino delingendum, posteaque ptisnæ cremorem sorbendum dato. Neque is evadere potest, nisi judicatorii sudores & somni æquales accesserint urinæque crassæ & acres percurrerint, aut ad abscessum se morbus converterit. Nux pinea cum myrrha in ecclegmate detur. Acetum mulsum quàm

minimum potui exhibeatur, aut si admodum siticulosi fuerint, aqua hordei. *Lib. de Acutis. pag.* 390.

Febris [a] *vertiginosa.*

Febres vertiginosæ & cum tenuis intestini morbo, & sine hoc perniciem intentant. *Coac.* 106.

Quibus per febres ab initio vertigines & capitis pulsationes adsunt & urinæ [b] tenues, in his expectandum est ut ad judicationem febris ingravescat, nec mirum si delirent. *Lib. de Acut. pag.* 386.

a Febrem intellige conjunctam vertigini, quæ seu ab impuritate alvi & fæcum sursum revolutione contingat in ileo, seu à pulmonum æstu & impuritate absque ileo, semper lethalis est. *Duretus hîc.*

b Quæ urinæ tenuitas attribuenda *ex Gal.* cruditati: attribui etiam potest bilis in cerebrum translationi; unde vertigo & delirium.

Febris [a] *laboriosa.*

Quibus speratur abscessum futurum ad Articulos, liberat abscessu urina multa, crassa, & alba facta qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri; si verò etiam ex naribus sanguis fluxerit, brevi solutio fit. *Aph.* 74. *sect.* 4.

Lassitudine conflictati singultuosi, & alto sopore detenti malè habere significantur. *Coac.* 45.

a Hæc duplex statuitur *ab Hollerio in Comment.* Una ex vehemẽti motu & exercitio, ut siquis æstate diu sub sole se exercuerit, quæ biliosissima & judicanda potius sudore aut hæmorrhogia quàm abscessu: altera verò ex multitudine crudæ & crassæ materiæ, in qua nullo etiam prægresso labore, sentit tamen æger magnam lassitudinem, qua laborabat Archigenis puer.

Febris caliginosa, ἀχλυώδης.

Febres quæ soporem, lassitudinemque inducunt, aut in quibus caligant ægri, insomnia ac tenuibus sudoribus vexantur, malignæ [a] sunt. *Ex Lib.* 1. *Prædict. Sent.* 74. Delassati ægri, caligine obducti, pervigiles & sopore detenti cum tenui sudore recalescentes, malè habent. *Coac.* 35.

a Quòd vaporibus caput repleant & sensuum instrumenta, quibus dum inficitur tum aqueus, tum chrystallinus humor, visa occurrunt fallacia, & turbulenta, qualia descripsit Hippocrates in Dealcis uxore, nisi hæc contingant instante crisi. *Duret.*

Febris sudatoria, vide infra *Sudamina.*

[De hac febre quam *Galenus* helodem seu palustrem vocat *Comment. ad Aph.* 42. *sect.* 7. quidam interpretantur sudamina commemorata inter æstivos morbos. *In fine Aph.* 21. *sect.* 3.]

Febris [a] hyemalis.

Quæ febres ex hyeme ſive ex vino, ſive ex laſſitudine, ſive quavis re alia oriuntur, diligenter obſervandæ: ſunt: interdum enim in [b] acutas tranſeunt, earumque tranſitus fit hujuſmodi. Agitatis duobus humoribus tum bile, tum pituita. Ubi quæ minimè conveniunt corpori adhibentur, ipſi in ſe collecti, in eam corporis partem, quamcumque fors obtulerit, incidunt, fitque morbus lateralis, aut pulmonis inflammatio, aut phrenitis. *Lib. de Affect. pag.* 531.

Si in febre hyberna lingua aſpera fuerit, & [c] animi deliquia incidant, huic & ſi febris remiſſio contingere conſuevit, eum tamen in perfecta [d] inedia continere & aquæ ac mulſæ potione, ptiſanæque [e] cremore conſervare oportet, neque febris remiſſioni fidendum eſt, quòd hujuſmodi ſigna ægrum de vita periclitari teſtentur. *Lib. de Acutis. pag.* 388.

a Quæ ſcilicet aut fiat hyeme, aut quæ hyemi ſua natura reſpondeat, veluti quæ fit à pituita. Quemadmodum æſtiva eſt quæ fit à bile non minus conſiderata natura humoris quàm tempeſtatis, inquit *Gal.* At *Mercurialis* intelligit ſolam febrem hyeme contingentem à quocumque humore.

b Ardentes ſcilicet quæ ex *Ariſtotele* ſunt æſtivis graviores.

c, d, e Quomodo perfecta fuerit inedia & concedatur ptiſanæ cremor ſciſcitatur *Galen*: nec ſolvit nodum. At reſponderi poteſt, concedi ptiſanam virium reficiendarum cauſa, habita ratione deliquiorum animi, quæ ſi ceſſent continendus erit æger in perfecta inedia.

Febris nocturna, diurna.

Nocturna non admodum lethalis, longa tamen; diurna longior; non nullis autem ad tabem vergit. *Lib.* I. *Epid. ſect.* 3. *pag.* 966.

Febris [a] flatuoſa, aſpectu horrendo, ſeu Pemphygodes.

De hac ſupra in Febrium differentiis.

a Febri flatuoſæ ſeu Pemphygodi, ſi id jungatur quod fit aſpectu horrendo, non malè accipi poterit de febre variolas & morbillos comitante. *Videndus Galeni Commentarius.*

Febris rubra, livida, præpallida.

Aliæ quoque febres [a] prærubræ, quædam etiam [b] lividæ, aliæque id genus. *Ex prædicto Loco Lib.* 6. *Epid. ſect.* I.

a Licet *Galenus* has tres differentias deſumptas exiſtimet à ſolo cutis colore, ſunt tamen qui prærubras interpretantur febres exanthematis comitatas, quas vulgus purpuratas vocat.

b Quæ conſtituant lividum morbum Hippocratis; de quo ſuo loco infra.

Febris [a] *maligna, aliquando etiam Epidemia.*

Febres quæ soporem lassitudinem-ve inducunt, aut in quibus caligant ægri, insomnia, ac tenuibus sudoribus vexantur, malignæ. ***Supra in Febre caliginosa.***

In febre convulsio, manuumque ac pedum dolores malignum quid prænunciant. ***Supra in Dolore.***

Qui per accessiones tussiunt & leviter exudant malignè habent. ***Coac.* 112.**

Ex præcordiorum dolore obortæ febres malignæ. ***Coac.* 31.**

Quibus per febres assiduas [b] pustulæ toto corpore enascuntur, [c] lethale, nisi quid [d] purulentum abscedat. His parotides adnasci solent. ***Coac.* 114.**

Statim initio febris acuta cum modico rigore prehendebat, vigiles erant, impotentes animi, sitibundi, æstuatione & incontinenti corporis jactatione conflictabantur cum parvo tenuique sudore circa frontem & claviculas oborto, nunquam per totum corpus diffuso. Multùm deliri erant, timore & mœrore confecti, animumque despondentes, extrema paulatim frigescebant. Diebus paribus accessiones contingebant, plerisque omnibus maximi labores die 4°. aderant, sudoresque longissimè subfrigidi, nec extrema amplius recalescebant, sed livida & frigida permanebant, neque amplius sitiebant. Urinæ his erant nigræ, tenues & paucæ, alvique restiterant. Ac ne his quidem sanguis ex naribus profluxit, sed paucus stillavit. Neque horum cuiquam res ad recidivam devenit. Verùm cum sudore 6°. die perierunt. ***Ex Lib.* 1. *Epid. Stat.* 3. *pag.* 963.**

a Cacoethes dicitur Hippocrati, de morbo difficili, qui ut malignam habet causam & suspectam, ita pessima & deterrima symptomata, unde difficilius curatur. Aliquando etiam malignum pro simpliciter malo sumi notat *Fœsius*. *A Fernelio* aliisque recentioribus maligna febris est, quæ non modò calore, sed etiam venenata qualitate cor fatigat.

b Phlyzacia Hippocrati in bullarum morem erumpentia. *Duretus.*

c Quod fiant ab ichore venenato & maligno; non autem per secessum criticum.

d Ut in abscessu crurali.

Febris [a] *mortifera, interficiens.*

Febris & rigor detinet, & supercilia suspensa esse videntur: caput dolor vexat, salivam calidam & bi-

a Seu febris interficiens *ex versione Salii*, qui docet esse hanc febrem ex genere ardentium omniũque vehementissimam à bile flava in ventriculo au-

NOTÆ

jecore accensa quæ crebertimè, & celerrimè interficit.

lem copiosam vomitione rejicit, interdumque per inferiora demittit, oculorum loca eos capere nequeunt, dolor cervicem & inguina occupat, infirmis est viribus & delirat. Hic intra septem dies aut etiam prius moritur, quos si superaverit, plerumque convalescit. *Lib. 2. de Morb. pag.* 482.

Febris pestilens, [a] *Pestis.*

Annus austrinus [b] imbribus abundans, atque in totum à ventis tranquillus fuit, &c. Ante ver autem unà cum frigoribus cõsequutis; [c] Ignei sacri plurimi atque hi maligni multos sustulerũt. Multi ex faucibus [d] laborabant, voces vitiatæ erant; febres [e] ardentes unà cum phrenitide, [f] serpentia oris ulcera, pudendorum tubercula, lippitudines, carbunculi, alvi perturbatæ, cibos [g] aversabantur, & si quidem partim [h] fisticulosi, partim [i] sine siti erant. Urinæ turbulentæ, multæ, malæ reddebantur. Sopore ut [k] plurimùm detinebantur, rursusque [l] pervigiles, morborum solutiones [m] prorsus nullæ, partimque difficiles, aquæ [n] intercutem, [o] tabidi multi, atque hi morbi populariter [p] vagabantur, & ex eorum morborum uno quoque laborabant multi & moriebantur [q] plurimi. Multis certè ignis sacri occasio ex contemnendis & valde parvis ulcusculis toto corpore oblata est, præcipuéque sexagenariis [r] circa caput; nonnullis autem etiam inter curationes ipsas magnæ [s] inflammationes contingebant, multisque ignis [t] sacer celeriter ubique populabatur. Horum igitur plurimis abscessus ad [v] suppurationes vertebant, carniumque ac ossium & nervorum ex decidentia magnæ [x] mutilationes fiebant. Neque verò contracta fluxio puri erat affinis, sed aliud quoddam putredinis [y] ac fluxionis multæ ac variæ genus. Quibus itaque circa caput hujusmodi aliquid contigit, totius corporis & menti glabrationes, ossiumque denudationes & prolapsus acciderunt, multæque fluxiones fiebant, istaque partim in febribus, partim sine [z] his aderant. Atque hæc terrorem

a Dari pestem sine febre docet *Galeni Comment* 3. *Lib.* 3. *Epid.* nec designare certum morbi genus, sed esse communem innumeris ægritudinibus, dysenteriæ, pleuritidi, peripneumoniæ, aliisque.
b Sic ex Poeta.
Traxit iners cœlum fluidæ contagia pestis.
c Erysipelate vulgò à bile maligna erodente & putrefaciente.
d Acri sero è cerebro in fauces & vocis organa affluente.
e Invadentibus tum jecur, tum cerebrum biliosis excrementis.
f Ob adductam malignam putredinem.
g Extincta in ventriculo appetentia.
h. i. k. l Prævalente modò putredine, modò malignitate.
m Ob materiæ malignitatem & naturæ offensionem.
n. o Succedebant aut hydrops aut tabes pro varia viscerum dispositione.
p. q Populariter vagari commune est omnibus epidemiis morbis; at plures perire, paucos servari, id propriè ad pestilentes pertinet.
r Quòd senum caput sit ob naturæ imbecillitatem frigidius. *Hactenus ex Galeno.*
s. t Prævalente modò sanguinis ipsius, modò bilis copia.

potius quàm periculum [aa] denunciabant. Quibus namque talium maturatione ad ſuppurationem res devenit, plerique ſuperſtites evadebant. At verò quos inflammatio quidem ſacerque ignis reliquerat, nullumque hujuſmodi abſceſſum creaverat, ii frequenter [bb] periêre. Similiter quoque & quacunque corporis parte oberrarunt, iſta contigerunt. Multis ſiquidem brachium aut cubitus totus [cc] defluebat. Nonnullis verò iſta latera malè vexabant, aut anteriorum, aut poſteriorum aliquid. Eſt etiam ubi femur integrum, aut tibia, aut pes totus denudabatur. Horum autem omnium graviſſimè urgebant, quæ circa [dd] pubem pudendaque contingebant. ***Ex Stat. peſtilenti, Lib. 3. Epid. pag.*** 1005. 1006.

Aliæ inſuper [ee] viguerunt febres, in quibus [ff] multis os ſerpentibus ulceribus affectum fuit; fluxiones ad pudenda multæ, exulcerationes, tubercula intus & extra circum inguina, lippitudines humentes longæ non ſine doloribus, palpebris foris & intus adnaſcebantur quædam, quæ multorum aciem perderent, ficos nominant, &c. Carbunculi æſtate multi, atque alia quæ putredinis nomine donantur. Puſtulæ item magnæ, ſerpentia ulcera plerìſque maligna. Quantùm autem ad alvum ſpectabat, plerìſque circa eam multa & [gg] noxia evenêre, &c. Purgationes plurimos magis offendebant. Eorum verò plerique ſubitò moriebantur, multi etiam diutius perdurabant; atque ut ſemel abſolvam tum qui diuturnis, tum qui acutis tentabantur morbis, ex ventris vitio [hh] periêre ferè omnes. Siquidem omnes pariter venter ſuſtulit; omnes autem in quos incidi, [ii] cibos averſabantur, corporis etiam gravitas inerat & ſopore detinebâtur. Carptim ***ex eodem Stat. peſtilenti. pag.*** 1007. 1008. 1010.

Cum aer inquinamentis, quæ hominum naturæ adverſantur, plenus fuerit, tunc homines ægrotant, & *cætera adducenda Articul. de Miaſmatis.*

NOTÆ.

v Minimè quidem laudabiles, ſed inſidas & malignas, ut conſtat ex ſucceſſione mutilationis mēbrorum.

x Ex carnium & ligamentorum gangræna. Hujuſmodi autem mutilationū exempla apparuerunt in Athenienſium peſte deſcripta à *Thucydide.*

y Oberrabat fluxio corpus temerè & ſine ordine, quæ non prævideri potuerit à Medico. *Gal.*

z Fortè hîc defuiſſe dicitur febris his quibus non adfuit manifeſta.

aa. bb Pejor fuit conditio eorum quibus humor ſeceſſit in profundum viſcera oppetens, quàm quibus eryſipelata, glabrationes & denudationes prædictæ aderant. *Gal.*

cc Sic pes à tibia, brachium à ſcapula aliquando gangræna divulſum fuit, inquit *Palmarius, tractatu de Peſte.*

dd Quæ ob præhumidam calidamque & uliginoſam conſtitutionem ſunt magis obnoxia putredini.

ee Si fuerint verò peſtilentes, ſeu peſtilentes ſimpliciter, ſeu malignæ tantùm, quarum diſtinctionem invenies apud *Sennertum.*

ff Notat *Gal.* in quadam peſtilentia iis qui evaſuri eſſent, puſtulas nigras toto corpore apparuiſſe, in ipſoque larynge, inde enatum ulcus ſanatū fuiſſe. *Lib. 5. Meth. cap. 2.*

gg. hh Notat etiam *Galenus* fluxum colliquativum inſeparabilem à febre peſtilenti & confirmat *Duretus ad cap. 46. Hollerii, de Fluxu peſtilenti.*

ii Huc pertinet ejuſdem *Galeni obſervatio*, quod nimirum in conſtitutione peſtilenti ſui temporis, tantum adfuerit cibi faſtidium, ut plures mallent mori quam cibum ſumere, eos verò qui ſibi vim inferrent, cibum ſumpſiſſent omnes ferè ſanatos.

Febris [a] syptomatica.

Febrium quatuor genera præter eas quę eximios doctores sectantur, *& cætera adducta Articulo de Febrium differentiis, ex Lib. de Nat. hominis.*

a Febribus vexari antiqui dicebant eos qui sine certa inflammatione, abscessu, dolore, aut absque alio quo membro præ aliis eximiè affecto ægrotabant. At si propter latus inflammatum, pulmonem, aut aliam partem, non tam ipsos febricitantes appellabant, sed pleuriticos, peripneumonicos, hepaticos, splenicos. *Ex Gal. ad Aph. 73. sect. 4.*

Febris particularis.

Gignitur lienis primus morbus, ob bilem Solis calore commotam cum eam ad se lien traxerit. Febris acuta per initia succedit, progresso verò morbo dimittit, nisi quod lienem ipsum semper [a] calor occupat, *& cætera afferenda in Lienis morbis.*

Articularis morbus cum detinet corporis [b] articulos ignis & calor invadit, *& cætera cap. de Arthritide adducta ex Lib. de Affect. pag. 538.*

a, b Dum Hippocrates hic dicit dimissa febre lienem ipsum semper calore occupari, videtur velle in solo splene febrem residere quo modo arthritidē Articulorum febrem vocat, quam Hippocratis mentem agnovit *Gal. ad Aph. 18, sect. 1.* Cum febrem definivit mutationem caloris naturalis in igneum, nulla cordis facta mentione, inquit *Martianus* hic. At expressius confirmat ipse *Gal. c. 8. Lib. 7. Meth.* facta mentione intemperiei calidæ & siccæ solius ventriculi quā vocat febrem ad portionem, quæ fit inquit talis affectio in ventriculo, qualis est febris in toto corpore vel corde.

Febrem aliis morbis aliquando mederi.

Qui à convulsione aut distentione nervorum tenentur superveniente febre [a] liberantur. *Aph. 57. sect. 4.*

Quibus dolor circa ilium fit absque inflammatione febris superveniens [b] morbum solvit. *Aph. 40. sect. 6.*

Quibus hepar circum dolet, his superveniens febris dolorem solvit. (Addi posset *Aphorismus quintus sect. 5. de Aphonia ex ebrietate,* & *Aphorismus 51. sect. 6. de Apoplexia,* quos adduximus supra suis locis, cum uterque prædictus affectus ibi dicatur lethalis, ni superveniat febris.)

a Etenim superveniens febris humiditatem superfluam digerit, & frigiditatem concoquit, quæ sūt duæ intentiones curandæ convulsionis à plenitudine. *Gal*

b Dum dissipat seu flatum, seu humorem crudum hypochondria distendentē. *Ex eodem Galeno.*

Fel, ſupra *Bilis*.

Femen, vel *Fœmen*, infra *in Pectine*.

Femur, *femoris affectus*.

Malignus [a] in febribus ex femore doloris impetus. *Ex Coac.* 30. *adducta Articulo de Dolore in genere.*

Calvum in Laryſſa ex femore dextro dolor derepente occupavit, nilque adhibitis remediis eſt profectum. Tertio die femoris quidem dolor occupavit; verùm mentis alienatio, perturbatióque adfuit, & multa corporis incontinentia, jactatióque. Quarto ſub meridiem periit celerrimè. Carptim *ex Hiſtoria quinta, ſect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

a Terribilis eſt omnium tumorũ abſceſſuumque refluxus, ut in Calvo ex femore dolor: in Critone à pollice pedis dextri dolor, in Temnei nepte à minimo digito tumor: Sed in Herophonte & Herotypo ſalutaris fuit femoris & iſchii dolor, qui cum per juſtum tranſitum obortus fuiſſet, refluxum nullum habuit, inquit *Duretus in Coac. Ex variis Epidimiorũ Hiſtoriis*.

Femoris luxatio.

Tum femoris tum brâchii capita ſimillimas inter ſe luxationes patiuntur, cum namque rotunda ſunt ſimplicem ac lævem rotunditatem habent. Sinus autem excipientes rotundiores ſunt, iiſque adaptantur, quò fit ut Articuli dimidium in his ſuo loco excidere non poſſit. Ob rotunditatem autem exteriorem in partem aut interiorem luxabitur. Ergo in totum prolabuntur, alioqui minimè excidunt. *Lib. de Articulis. pag.* 863.

Femoris Articulus ubi coxendicem excidit, quatuor in partes promovetur. In interiorem ſæpiſſimè, deinde in exteriorem; interdum verò in poſteriorem & anteriorem, ſed raro. *Lib. de Articul. pag.* 852. *& in Mochlico. pag.* 845.

Ferina [a] *caro*.

Fera animalia manſuetis ſicciora & crudivora, quæque ſylvarum materia paſcuntur. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 327.

Ferinæ carnes cicuratis leviores, quoniam non ſi-

a Ferina omnis caro craſſum & atrum ſuccum generat coctuque difficilem. *Cardanus. Lib.* 3. *de Sanit. tuenda.*

miles fructus edunt. *Lib. de Affect. pag.* 5 5.

Ferrum. vide *Articulum de Sectione.*

Ferulæ, Plagulæ. vide *in Luxatione.*

Ficus [a] *morbus.*

Palpebris foris & intus adnascebantur quædam quæ multorum acies perderent, ficos vocant. *Lib.* 3. *Epid. sect.* 3. *in Statu pestilenti.*

a Et de fico morbo, & de fico fructu, sic *ludit Martialis ad Cecilianum.*
Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici ficos Caeciliane jubes.
Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci.
Dicemus ficos Caeciliane tuos.

Ficus pro fructu.

Ficus & uvæ passæ æstuosæ sunt, alvum [a] tamen dejiciunt. Ficus viridis humectat, alvum dejicit & calefacit; humectat quod succo prægnans sit; calefacit propter æstum, alvum dejicit propter dulcedinem. Primæ ficus vitiosissimæ, quia lacte plenissimæ; postremæ meliores. Ficus aridæ æstuosæ, alvum tamen dejiciunt. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330. 331.

a Ficus id habent quod ventrem facilè permeent, potẽterque abstergãt, quò fit ut ex earum esu nephritici multas arenulas pellant. Nutriunt præterea multum. At flatus generant, minus lædunt ubi prorsus maturæ. Usu frequentiore pediculos generant. *Gal. Lib.* 2. *de Alimentorum facultatibus.*

Figurarum corporis ratio.

Figuras quasdam corporum magis allevare ex [a] eo constat, qui cum sarmenta manu flecteret & intorqueret, ac præ dolore decumberet, arrepta summa defixi pali parte inhæsit, & allevementum sensit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 12.

a Quod dicit Hippocrates clarum, sed non est facile causam assignare, cum eam non expresserit. *Galenus.*

Fistulæ tædaceæ, plumbeæ.

(Frequens mentio in Therapia morborum Mulie-brium. Ut suis locis patebit.)

Fistula morbus.

Ex fistulis maximè molestiam afferunt quæ in [a] cartilaginosis, aut [b] carne vacuis locis enascuntur, cavæ

a Quòd cartilaginosæ partes non possint sui jacturam resarcire, veluti nec ossa.

sunt, & longius excurrunt, assiduéque sanie manant, & in quarum osculo caruncula inest. Facilius autem curantur quæ in mollibus & carnosis locis, & non nervosis oriuntur. *Coac.* 511.

Fistulæ aliorum morborum medela sunt. Intempestivè autem curatæ iisdem morbis obnoxios reddunt. Carptim *ex Lib. de Humoribus. pag.* 65.

NOTÆ.

[b] Uti etiam in membranis exanguibus, communi sunt vesica tenuiaque intestina, ubi nulla opportunitas succrescendæ carnis ad cicatricem efformandam. *Duretus.*

Flatus, supra *Aer.*

Flatus, ventositas vulgò.

Quæ ventriculus superat, queque recipit, ea neque flatum, neque tormina excitant, *& cætera adducta in Alimento ex* Lib. *de Affect.*

Flatuosi.

In his qui alarum instar prominentes habent scapulas, flatus [a] simul causa est. Sunt enim flatuosi. *Lib. 6. Epid. sect. 3. text. 9.*

Flatuosos affectus venæ sectio [b] solvit. *Lib. 2. Epid. pag. 997.*

[a] Notat *Galenus* hic omnes ferè qui habent angustum pectus esse flatuosos ob vitalis caloris penuriã, cũ habeant etiam cor exiguum.

[b] Sæpius hujusmodi affectus foventur à calidiore intemperie ficcioreque viscerum, melancholiæ hypochondriacæ parente, cui medetur venæ sectio eadem ratione qua illa adjutus sanatusque is fuit, qui in Ceniadis contabescebat, cujus Historia adducta in colico Affectu.

Flatuum injectio per [a] *follem.*

Si uteri ad medios lumbos conversi fuerint, &c. Alligata vesicæ fistula flatum in uteros immittito. *Lib. de Nat. Mul. pag.* 600. *& alibi passim.*

Infusum per clysterem injiciendum; sin minus folle fabrili indito, in ventrem flatus immittendus, ut tum ventrem, tum intestina distendas. Deinde extracto folle infusum per clysterem injiciendum, &c. *Lib. 3. de Morb. pag.* 493. *Junge etiam textum in Ileo infra adducendum.*

[a] Hujus remedii meminit etiam *Tralianus.* Inter recentiores verò *Senertus.*

Fluxio, ſupra *Catarrhus.*

Fœcunditas, infra *in Sterilitate.*

Fœniculum, [a] *Marathrum.*

Fœniculi ſuccus urinam movet. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

Ad puerperii purgamenta fœniculi ſemen ex vino bibendum exhibeto. *Lib. de Nat. mul. pag.* 606.

a Fœniculum tertio ordine calefacit, deſiccat primo, deinde lac procreat, quod non efficeret ſi admodum exſiccaret. Suffuſis eadem ratione medetur. Urinas ac menſes ciet. *Gal. septimo Simplicium.*

Fœtus, *Embryo*, [a] *Genitura.*

Fœmina primam concretionem 42. [b] diebus cum longiſſimè accipit; mas verò 30. [c] diebus, quod longiſſimum. *Lib. de Nat. pueril. pag.* 191.

Pleræque mulieres fœtum maſculum paulò ante diem trigeſimum abſolutum abortione reddiderunt, ſed his indiſtinctus conſpectus eſt. Qui verò paulò poſt, aut eo ipſo die rejecti ſunt, omnes membris diſtincti viſi ſunt. *Ibidem. pag.* 193.

Quod autem fœmina poſterius concreſcat, & membrorum diſtinctionem recipiat, in cauſa eſt ipſius genitura imbecillior & humidior quam maſcula. Ideò in puella diuturniorem eſſe purgationem oportet. *Ibidem.*

a Conceptum utero ſemen ante abſolutam conformationem embryo ſeu fœtus vocatur; abſoluta verò conformatione παιδίον ſeu puer.

b. c Non approbant hoc diſcrimen viri docti de vario tempore conformationis pro varietate ſexus, inquit clariſſimus *Riolanus*. At Hippocratem tuetur *Laurentius* cenſens citius conformari mares quod ſint calidiores.

Trimeſtris [d] fœtus de omnibus certitudinem facit, quippè tunc perfectionem accipit. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 6.

Ubi genitura ad uteros pervenit, habet intra 7. dies [e] quæcumque ex corpore ei accedere neceſſe eſt. *Lib. de Carnibus. pag.* 214.

Equidem genituram 6. dierum in utero retentam & foras prolapſam ipſe [f] vidi, & qualis tunc meo judicio viſa eſt. Ex eo reliquorum conjecturam facio, idque in pereleganti fidicina quam minimè gravidâ eſſe decebat, ne viliore loco haberetur. Quæ cum in terram ſepties deſiliiſſet, genitura in terram cum ſonitu defluxit. Carptim, *ex Lib. de Nat. pueril. pag.* 188.

d Perfecta fœtus conformatio ab Ariſtotele attribuitur diei quadrageſimo. *Lib* 7. *Hiſtor. Animalium*, teſtaturque *Fernelius* ſe vidiſſe fœtum quadrageſimo die perfectum, quo tempore obſervarunt recentiores minimi digiti magnitudinem æquare.

e. f Quod refert *Hippocrates de Genitura ſex dierum*, ita ſe habente, ac ſi quis ovo crudo externam teſtam auferat in quo interiore membrana contentus humor pelluceat, &

Cum

Cum fœtus movetur, tunc lac de ſe ſignificationem matri exhibet; mammæ enim attolluntur, & papillæ turgeſcunt, neque lac prodit. *Ibidem.*

Fœtus mares in dextris, fœminæ in ſiniſtris [g] magis. *Aph.* 48. *ſect.* 5.

Fortuna, [a] *an locum habeat in Medicina.*

Qui Artis Medicæ cognitionem habet, is minimùm ex fortuna pendet, ſed & citra fortunam & cùm fortunâ eam rectè adminiſtrabit: firma enim eſt tota Ars Medica, ejuſque præceptiones, ex quibus conſtat, pulcherrimæ fortunâ non indigent. Sui enim juris eſt fortuna, nullius imperio paret, neque ad cujuſquam nutum ſequitur, &c. At verò quiſquis fortunam ex Arte Medica, aut quovis alio negotio penitus ejicit, negatque eos qui probè aliquid noverunt, fortuna uti, is mihi contra quam debet ſentire videtur. Carptim *ex Lib. de Loc. in homine. pag.* 421.

Hæc Medicis inter curandum benè feliciterque ſuccedunt, ſi medicamento purgante exhibito purgatio per ſuperiora & inferiora rectè procedat; & ſi mulieri exhibito medicamento quod bilem aut pituitam deorſum purget, menſes retardati [b] erumpant: & ſi cui lienem ſuppuratum habenti medicamento exhibito, quod bilem & pituitam deorſum educat, pus ex liene per inferiora expurgarunt & morbo [c] liberarunt. Sique calculum habenti exhibito medicamento purgante calculum in meatum urinarium vi protruſerunt, ita ut cum urina exeat. Et ſi ei qui pus in ſuperiore ventre ex tuberculo collectum habet, idipſum ignorantes, medicamentum quod ſurſum pituitam educat exhibuerunt, iſque pus vomitione [d] rejecerit ſanuſque evaſerit, &c. At mala hæc adverſa

NOTÆ.

continea̲ntur fibræ albæ & tenues prima conformationis rudimenta exhibentes; rejicitur ab eodem *Riolano* quod in effluxionibus nil tale apparuerit viris oculatiſſimis. Itaque ſolus Creator qui fœtum plaſmavit, novit quo die abſolvatur ejus typoſis.

g Notanda particula *magis*, quæ oſtendit hoc dogma non eſſe perpetuum, ut pluribus demonſtrat *Mercurialis hic.*

a *Riolanus* clariſſimi Riolani Anatomici pater diſputatione de utraque Dei providentia demonſtrat ex religionis noſtræ principiis præter generalem illam providentiam qua mundo proſpicit (fatum & naturam vocant Philoſophi) quam ſolam novit Ariſtoteles, dari aliam magis particularem ad individua quæque, maximè verò ad ſingulos homines extenſam quam malè perperamque Ethnici fortunam nuncupabant.

b Etenim Medicus non propinaverat pharmacum eo conſilio, aut ea ſpe ut inde ſuccederet menſium eruptio.

c Fortunatè quidem quod præter Medici intentionem, feliciter etiam quod nulla alia via pus hujuſmodi commodè expurgari poſſet, inquit *Salius* hîc; factam autem expurgationem intellige per ramos è ſplene in inteſtina pervios.

d Excitata ab hemetico remedio vi pulmonum excretrice.

NOTÆ.

fortunâ perpetrant Medici, si exhibito medicamento quod pituitam sursum educat venam in pectore præ vomitione [c] ruperint, cum nullus antea ibi manifestus dolor existeret. Si mulieri utero gerenti exhibito medicamento [f] sursum purgante alvus affatim deorsum erumpens fœtum abortione rejicerit. Si suppuratum dum curatur alvus profluens perdit. Sique dum oculos inungit vehementiores dolores incidunt. Et si puerperæ in ventris dolore quid Medicus exhibuerit, & malè habeat, aut pereat, Medicus in culpa esse dicitur, &c. Et si ad febricitantem aut vulneratum ingressus, & oblatum quam primum remedium non juvet, sed postridie æger pejus habeat, in Medicum culpam rejiciunt, & cæt. *Lib.* I. *de Morb. pag.* 433.

e Cujus ruptionis metu terformidant dogmatici Medici vomitoria in pulmonum affectibus quæ passim exhibentur à periclitatoribus Chymicis.

f Etenim vomitoria Hippocratis tempore non ita religiosè prohibebâtur, ut nunc prohiberi videntur in utero gerentibus, quibus non adeò noxia esse annotavimus *ex Martiano*, supra *in Abortione*.

Fractura in genere.
Junge quæ supra de Capitis fractura.

Fracti ossis jndicia sunt sopor, vertigo [a] tenebricosa, [b] casus ex vulnere. *Lib. de Capitis vulneribus. pag.* 922.

a Imò etiam Apoplexia *ex Coac.* 500.

b Adde obmutescentiam, bilis vomitum, sanguinisque, tum per nares, tum per aures effluxum.

Ad dignoscendam fracturam super os atramentum scriptorium medicamento aliquo nigro liquato meceratum inducendum, ulcusque subjecto linteo oleo madefacto, deinde cataplasmate imposito deligandum. Postridie verò ulcere soluto ac repurgato os deradendum, & si nigrum non fuerit, sed fissum & collisum, reliquum quidem os erosum album erit. At fissum & collisum in se medicamentum nigrum recipiens reliquo osse albo existente nigrum conspicietur. *Ibidem. pag.* 925.

Quibus ossa fracta fuerint, eos septimo die febris invadit, tempore verò calidiore [c] citius; quòd si magis confracta fuerint, illicò. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1095.

c Etenim calidiore tempore putredo citius inducitur.

Tertio post extentionem & directionem die solvere membrum convenit, ac si primis diebus moderata deligatio contigerit, istam paulò arctius constringere, &c. Septimo die à prima deligatione ossa fracta

facilius tractantur, & ad directionem adducuntur. Hisque hoc modo se habentibus directione fracta deligationes ad [d] ferulas excipiendas accommodare oportet. *Lib. de Fractis. pag. 789.* Carptim.

Pauciore victu usque ad [e] decimum diem utendum præsertim cum ex toto quiescant, ac opsonia [f] liquida exhibenda, quæ ventrem modicè educant, vino & carnibus abstinendum. Post hæc paulatim reficiendi. *Ibidem. pag. 790.*

Quibus in fracturis femoris aut brachii os eminens est, ii ægrè supersunt. Nam cum ossa [g] grandiora sint, & medullosa, tum verò multi & insignes nervi simul vulnerantur, & musculi & venæ, ac si quidem repo- sueris, nervorum distensiones supervenire solent, non repositis autem febres acutæ biliosæ cum singultu & nigritie, nihilo autem minus supersunt, quibus neque in suas sedes sunt reposita, neque ut reponantur tentatum est, &c. *Ibidem, ubi sigillatim de cæteris ossium Fracturis.*

d Ferularum quemadmodum & plagularum usus est ad continendum os fractum. Hæ autem pro varia membrorum conditione citius aut tardius admovebantur, 7° scilicet aut nono die.

e Non quod non possit Medicus citius aut serius immutare hanc victus rationem, sed quod sæpius ita faciendum sit.

f Mollia interpretatur *Gal.* qualia sunt inquit ptisana, beta, atriplex, blitum, cucurbita, pisces molliores.

g Non tam ossium nudatorum magnitudo, quam musculorum & nervorum, venarumque & arteriarum vulnus, fracturæ periculum affert, atque insuper quod propè musculorum & nervorum exortum acceptum fuerit. *Gal.*

Fraxinus.

Fraxini pillulas circiter decem ex vino propinato ad menses [a] detrahendos. *Lib. de Nat. pag. 605.*

a Fraxini folia pota & illita viperarum ictibus medentur; corticis cinis ex aqua illitus lepram sanat. *Dioscorides.*

Frigidum. Plura in Aqua frigida.

Frigida velut nix [a] & glacies pectori [b] inimica, tusses [c] movent & [d] sanguinem & [e] distillationes. *Aph. 24. sect. 5.*

Valde frigidum velut nix & glacies venas rumpere & strumas excitare solent. Humorum verò collectiones [f] facit; quales sunt oblongæ circa aures eminentiæ à Satyrorum similitudine Pherea dictæ, aut rotundæ arborum quarundam tuberculis similes, ut quæ Gongrona vocantur. Sed & durities cutis causa etiam est. *Lib. 6. Epid. sect. 3. text. 10.*

a Quæ aqua communi sũt frigidiores.

b Quod vita in pectore caloris beneficio servetur.

c Dum distillationem cõcitant.

d Venas indurando, unde facilius rumpuntur.

e Qua ratione Allobroges gutturis herniæ obnoxii. *Hactenus ex Heurnio. hic.*

f In nervosis membris tumores creat, & in nervis

Frigus corporis, perfrictio.

Frigus corporis cum rigiditate [a] perniciem minatur. *Lib.* 1. *Prædict. sect.* 75. & *Coac.* 3.

In febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores uruntur, & sitis adsit, [b] lethale. *Aph.* 48. *sect.* 4. & *Coac.* 115.

Caput & pedes & manus [c] frigere, ventre & lateribus calentibus, malum; [d] at corpus æqualiter esse calidum ac molle, [e] optimum. *Lib. Prænot. pag.* 47. & *Coac.* 492.

In omni superflua purgatione frigus cum [f] sudore, exitiale. *Coac.* 568. In morbis acutis frigus partium externarum, malum. *Aph.* 4. *sect.* 7.

Qui in diebus [g] judicatoriis cum angore aut incontinenti corporis jactatione absque sudore judicantur, aut omnino perfrigerantur sine sudore, malo [h] sunt. *Coac.* 38.

NOTÆ.

Ganglia & quasdam tentiones modò longiores ut Pherea, modò rotundiores ut Gongrona, ad quos tumores creandos concurrit etiam cutis durities.

a Si id fiat in solis febris accessionibus moderatius malum, si diutius perseveret majus; si puerpetuò duret, præ foribus mors est. *Gal. in Lib. Prædictorum.*

b Id enim solis ardentibus exitialibus aut malignis admodum quales sunt lipyriæ accidit. *Ex eodem Galeno.*

c Intellige de frigore symptomatico, non verò de critico vel periodico.

d Imò mortiferum ob viscerum conflagrationem.

e Nulla enim tunc suspicio inflammationis viscerum. *Duretus.*

f Is enim sudor fit ab exhausto in jam jam moribundis.

g In quibus quæ apparent benè vel malè sunt firmiora ad prædicendum quàm quæ aliis diebus.

h Sunt enim judicatoria non judicantia. *Duretus.*

Frons. [a] *Frontis vulnera.*

Philes puerum ex osse denudato in fronte nono die febris detinuit, os livorem contraxit, mortuus est. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1055.

a Pars faciei superior homini concessa, sic dicta quod animi indicia præ se ferat.

Fructus in [a] *genere, junge Opora, Poma.*

Ex fructibus Autumnalibus, qui semen inclusum habent, ii magis alvum movent, virides etiam magis quàm sicci. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

Autumnales & arborei ideò post cibum & bene habenti & debili plus molestiæ exhibent, quod ejus quidem qui sumpsit cibum, corpus ab ipsis humores trahit. Sin verò jejunus comederit, plures. *Lib. de Affect. pag.* 547.

a Id omnibus commune, ut succi pravitatem non possint effugere. *Ex Gal. Lib. de Alimentis boni vel mali succi.* Horarii præsertim, & qui celerrimè putrescunt: ut cerasa & Armeniaca mala excitandæ febri paratissima ob humoris aquei corruptionem. *Ex Card. Lib.* 2. *de Sanitate tuenda.*

Aqua intercus ex liene oritur, cum quis ficus virides & multa poma ederit, aut ex multo racemorum cibo & musto copioso. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 569.

Frumentum, [a] *Cerealia.*

Frumentum & vinum suapte natura tum robore, & imbecillitate, tum levitate & gravitate inter se differunt. Differt etiam locus à loco, ex quo ista procedunt, &c. *Lib. de Affect. pag.* 547.

a Frumentum maximè appellant triticum, hordeū, zeam; deinde ad Cerealia semina denominarionem extendunt, lentem, fabam, lupinum, cicerculam, panicum, millium, pisum, fœnum Græcum, avenam, typham, cicer & id genus alia. *Gal. Comment*, 8. *Lib. de Acutis.*

Fuligo ; usualis inter medicamenta.

Cancros fluviatiles quinque, lapathi & rutæ radicem, & furni [a] fuliginem, omnia simul trita, & aqua mulsa permixta & cœlo sereno per noctem exposita, jejuna tertio quoque die bibat mulier ad ejectionem fœtus mortui. *Lib. 1. de Morb. mul. prope finem.*

a Fuligo omnis exficcatoria ob prægressi ignis reliquias, estque terrestris substantiæ. *Gal. Lib. 7. Simplicium.*

Furfures, nuper *in Farina.*
Furor. infra *Insania.*

G

Gaditanum [a] *salsamentum.*

PRo opsonio Gaditanum salsamentum, aut Saperdam habeat. *Lib. 1. de Inter. Affect. pag. 569. In Hydrope à liene. Alibi etiam.*

a Sic dictum quod Gadibus seu ferto Gaditano adveheretur, paratum ex ventre inferiore Orcini seu Cete, cujus caro absumpto per salem excrementitio omni humore, habet vim exficcādi. *Martinus hîc.*

Galæus [a] *piscis.*

Opsoniis his utatur. Piscibus quidem Galæo magno albo, aut aliis similibus cum Rhoe aut Origano conditis. *Lib. de Intern. Affect. in Ulcere asperæ Arteriæ.*

a Ex genere Mustelorum, inter quos qui maximus cubitos quinque æquat, & appellatur Galæus non quidem albus ut hîc malè, sed glaucus à glauco dorso. *Ex eodem Martino.*

Galbanum, [a] Metopium.

a Galbanum ſuccus eſt ſtirpis ferulaceæ Syriacæ, etiam Meropium dictæ emollientis digerentiſque facultatis.

(Frequens uſus in morbis mulierum, tum in ſubdititiis & ſuffitibus uteri ad fœtum detrahendum, cunctanteſque ſecundinas; tum ore ſumpti in pulmonum morbo cum nuce pinea & melle. *Lib. de Acutis. pag.* 391.)

Galliancones, ſupra *in Cubito.*

Gallina, Gallinacea, Gallus.

Pro opſonio pedes ſuillos aut capita habeat; ſin minus gallinaceis utatur carnibus, aut ſuillis tritis. *Lib. de Intern. Affect. in Leucophlegmatia.*

Pro opſonio leporis carne, canis, ovis, aut ſuis maximè aſſata, & galli [a] aſſa & calida utatur. *Ibidem. In Hydrope Leucophelgmatiam excipiente.*

a Galli juſculum crudos craſſoſque humores atrāque bilem & ſtrigmenta elicit, longis febribus prodeſt, ſuſpirioſis etiam arthriticis & ventriculi inflationibus. *Dioſcor.*

Gallinacei [a] *pulli.*

a Nullus alius cibus æquè ſalubris ſeu ſanis ſeu ægris. His ſiquidem maximè cōferunt cum lactuca, oxalide, endivia elixi; refrigerant, concoquūnt, & ſomnum conciliant. *Card. Lib.* 3. *de Sanitate tuenda.*

Pro opſonio carnes catelli coctas habeat, aut columbi, aut pulli gallinacei. *Lib. de Intern. Affect. p.* 572.

[a] *Ganglia.*

a Ganglium nervi nodoſa & renitens contractio, cuti concolor, indolens, hinc inde flexilis, manibus ac pedibus frequentior, capiti & cubito rarior, ferè ex plaga aut laſſitudine orta. *Gorreus.*

Ex iis tuberculis quæ Ganglia nominantur, quæcunque fluida ſunt, & mucoſam carnem continent, plerique aperiunt, in iis humorem ſe inventuros ſperantes. At Medicus opinione falletur; nulla tamen ex hujuſmodi ſectione noxa imminet. *Lib. de Articul. pag.* 840.

Gangræna, infra *Syderatio.*

Garrulitas [a] *damnata.*

a Etenim tunc corrupta fuit Medicina cum ad verba, garrulitatemque deſcendit. *Ex Plinio*; nec elo-

Fallax & proclivis ad errorem aſſeveratio quæ cum

garrulitate juncta. *Lib. de Præceptionibus. pag.* 38.

Gemelli.

Ex uno veneris complexu procreantur hoc modo gemelli; uteri [a] plures sinus & incurvos habent, &c. Cum igitur genitura ad duos sinus pervenerit divisa, eamque uteri receperint, neque sinus alter ad alterum transmiserit, ex utroque sinu separata membrana vestitur, vitamque eodem modo accipit, quo & unus fœtus. *Lib. de Nat. puer. pag.* 205.

Quæ [b] gemellos utero gestat eadem die velut concepit, parit. Uno autem involucro utrumque fœtum continet. *Lib. de Superfœtatione. pag.* 205.

Quod autem ex gemellis unus mas sit, alter fœmina, id ideo accidere assevero. In muliere tum in viro imbecillior & valentior genitura inest; neque unico impetu genitura procedit, sed secunda & tertia jactatione emittitur, neque fieri potest ut quæ prius, & quæ posterius exit, ejusdem sit roboris. Quemcunque ergo sinum crassior validiorque genitura subierit, in eo mas generatur. Quemcunque verò humidior ac imbecillior, in eo fœmella. At si in utrumque valida subeat, ambo mares, &c. *Dicto Lib. de Nat. puer. pag.* 206.

Generatio, Corruptio.

Nihil quidem omninò perit, neque oritur quod prius non erat; verùm invicem commixta & discreta alterantur. At homines existimant, id quidem quod ex orco [a] in lucem augetur, oriri. Quod verò ex luce ad orcum imminuitur, perire. Ego verò ista ratione exponam. Animantia enim sunt & ista & illa; neque animal interire potest quin omnia intereant; neque quod non est generari, cum non sit unde generetur. Verùm augentur omnia & imminuuntur, ad summum & ad minimum, quoad ejus fieri potest. Quid autem

NOTÆ.

quentia, sed remediis curantur morbi. *Ex Celso.* Unde à Virgilio per Artes mutas intelligitur Medicina.

a Id verum in brutis. At in muliere uteri cavitas vix fabæ majusculæ capax, nisi gravida fuerit, nullis cellulis distincta, sed sola sutura seu linea per longitudinem exporrecta ut in scroto & lingua. *Ex clariss. Riolani Antropographia.*

b Tres etiam fœtus non ita raro gestat mulier. At numerosior soboles portẽtosa, ut in muliere illa apud Aristotelem, quæ quatuor partubus viginti puellos vivaces enixa: omnem fidem superat quod Margaritã Hollandiæ Comitissam 364. fœtus vivos, & Sacro lavacro ablutos narrant.

a *Senertus Lib. de consensu & dissensu Chymicorum cum Galenecis, cap. de Generat. & mixtione.* Notat hanc *Hippocrates de orco & luce* Sententiam, natam ex ignoratione Creationis à Mose traditæ. Quod verò Hippocrates orcum vocat *Orpheus* noctem appellat, *Seneca* rerum Naturam, alii rerum generalitatem.

generari & interire vocem, explicandum videtur, eaque commiſceri & diſcerni ſignificare declaro. Habet autem ſe res ad hunc modum generari & interire idem, commiſceri & diſcerni idem. Generari idem quod commiſceri; interire & imminui idem quod diſcerni; unum-quodque ad omnia & omnia ad unum-quodque idem ſunt. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 303. 304.

Cum homo interit ſingula in ſuam naturam ſecedere neceſſe eſt. Humidum nempe ad humidum, ſiccum ad ſiccum, &c. *Lib. de Nat. homin. pag.* 173.

Genua; Genuum affectus.

Genu cubiti gibbo ob ſuccinctam & commodam ejus naturam benignius eſt, ideóque facilius excidit. Sæpius autem interiorem in partem, ſed & exteriorem & poſterionem prolabitur. Hoc autem reponit ſubita conflexio, aut excalcitratio, aut ſi ad convolutum faſciæ globum in poplitem immiſſum, ut derepente genibus flexis corpus in ſuras & talos ſubſidat permiſeris, &c. *Lib. de Articul. pag.* 877.

In Oeno qui [a] leguminibus & eruo utebantur, crurum impotentia, & genuum [b] dolore laborabant. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 4. *text.* 11.

Sed neque genuum dolor in febribus probari [c] poteſt. *Ex Coac.* 30. *ſupra Articulo de Dolore adducta.* Superiores partium dolores genuum [d] dolor ſolvit, &c. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 6.

Cerdo qui in Pithyo erat calceum aſſuens ſeſe ſupra genu in femur pupugit, & ferè ad longitudinem digiti ſubulam adegit. Huic ne ſanguis quidem [e] ullus effluxit, & vulnus celeriter coiit; totum deinde femur intumuit, & ad inguen & ad lateris inanitatem. Tertio die obiit. *Lib.* 5. *Epid pag.* 1048.

Aſandrum ex horrore lateris dolor corripuit, qui ad genua & femur pervenit, ubi comediſſet delirabat, brevique mortuus eſt. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1101.

a. b Quorum unum quodque ſua habet vitia ab Hippocrate notara. Itaque ex eorum uſu coacervantur humores crudi, craſſi, terreſtres, à natura ablegati in genua & ſitu inferiora, & ſua laxitate humoribus excipiendis idonea.

c Non ſunt enim criſis capacia, nec illapſam materiam mitificare poſſunt propter intemperiem frigidam & ſubſtantiæ glutinoſam complexionem. *Duretus*

d Modò non ibi ſubſiſtat materia, ſed ſignum præbeat humoris in tibias inclinantis. *Ex Gal. ad Hiſtor.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

e Ob anguſtiam vulneris, ſuppreſſa itaque maligna ſanie, inde totum crus exitialiter intumuit.

Genuum

Genuum compunctio.

Sicubi in Articulis tumor exoritur, nec [a] discedat, admota cucurbitula sanguinem detrahito, compunctis per [b] acum triangularem genibus in quibus tumor extiterit, nullo tamen alio [c] Articulo compuncto. *Lib. de Intern. Affect. in Typho.* 30. *pag.* 581.

a Non abscedat scilicet; quod non possi materia maligna in pus mutari. Itaque eo casu aperiendus tumor, nisi resolvi possit, *Martinus.*

b Qua forma præfertur ut succedens vulnus propter angulum facilius coalescat.

c Itaque ex Hippocrate licet hunc solum Articulum perforare. *Ex eodem Martino.*

Geometria.

Geometriæ & arithmeticæ cognitioni studium adhibeto. Est enim ad ossium positus, & ad Articulos suis sedibus emotos, tum ad reliquam membrorum compositionem utilis futura. *Epistola ad Thessalum filium.*

Gibbus, [a] Gibberositas.

Quibus spinæ vertebræ ex morbis gibbum contrahunt ea quidem magna ex parte solvi nequeunt. Præcipuè ubi superiore parte qua septo annectitur, in gibbum curvantur. Quæ verò infra sunt, eorum quædam varicibus in [b] cruribus subortis solvuntur. Magis autem quibuscunque spina in gibbum attollitur, qui in poplitis vena suboriuntur varices eum solvunt. Fiunt verò & in vena quæ est ad inguina. Jam verò quosdam ab hoc vitio liberat [c] difficultas intestinorum diuturna. *Lib. de Articul. pag.* 841. Ubi plura.

At quibus infra septum transversum gibbus existit, nonnullis renum & vesicæ vitia superveniunt. Sed & abscessus ad suppurationem circa laterum inanitates & inguina, diuturni & curatu difficiles, [d] quorum neutri gibbum solvunt. Jis verò coxæ magis quàm quibus gibbus supra existit, extenuantur. Tota tamen spina his quàm illis longior, pubes autem & bar-

a Distortio spinæ in posteriora *Gibberositas* vocatur; in anteriora *repanditas*; in latus *obstipitas.* Græci *Cyphosin*, *Lordosin*, & *Scholiosin* seu incurvationem nominant. *Gal.*

b Dum humores primum in venam cavam spinæ incumbentem, deinde in ramos crurales descendunt. *Gal.*

c Diversione & derivatione humores noxii eadem ratione ac varices. *Gal.*

d Non mirum varicas & dysentericum gibbum solvere per secessum causæ gibbum generantis. Non idem verò præstari à morbo renum & vesicæ; nec

NOTÆ.

per abſceſſus laterum & inguinum, cum non fiant per ſeceſſum materiæ; ſed ſola morbi contagione qua afficiuntur vicinæ & cognatæ partes. *Gal.*
c Sympathia ſpinæ cum genitalibus partibus.
f Ob naturæ robur, & morbi mediocritatem. *Ex eodem Gal.*

ba ſenior increſcit, & [c] infœcundiores exiſtunt, quàm quibus ſuperioribus partibus gibbus contingit, &c. *Ibidem. pag.* 842.

Ac multi quidem cum facilè tum ſalubriter gibbum ad ſenectutem uſque [f] ſuſtinuerunt, præſertim quidem quibus corpus carnoſum & pingue eſt redditum. Ex iis tamen pauci annum ſexageſimum ſuperarunt. *Ibidem.*

g Vertebræ luxantur quatuor modis ex caſu ſcilicet, aut ictu, aut crudis tuberculis; aut materia ſenſim influente. *Card. Lib. de Cauſis & ſignis morborum.*

Gibbi autem plerique ex [g] caſu contingunt, ubi quis in coxas aut humeros cadendo impingat. In gibbo enim unam aliquam vertebram ſublimem foras eminere neceſſe eſt, eas verò quæ hinc & inde ſunt, minus. Neque enim ea à reliquis multùm deſilit, ſed paululum cum ſingulæ in univerſum cedant. Ejuſque modi perverſionis dorſalis medulla, ubi in circulum non in angulum pervertitur, facilè tolerat. Sin verò una vel plures vertebræ multùm exceſſerint, hominem præcipitant, cum in angulum, non in circulum hæc dimotio fiat. *Ibidem. pag.* 846. 847. 849. Carptim ſcilicet.

h Quod pectus nutriri non poſſit ex communi interpretum Sententia poſt *Galenum* cujus conſule *Commentarium*.

Qui Gibbi ex tuſſi aut aſthmate fiunt ante [h] pubertatem moriuntur. *Aph.* 46. *ſect.* 6.

Gingivæ.

a Concurrente ſcilicet ſanguinis ichoroſi vitio cum ſerina fluxione in alvum. *Duretus.* Alioqui obſervamus paſſim ſanguinem innoxiè expui & gingivis iis maximè quibus dentes malè habent.
b Ob feritatem catarrhi ab ichore maligno. *Duretus.*

Humeſcente [a] alvo ſanguis ex gingivis effluens, lethalis. *Coac.* 241. *&* *Coac. penultima.*

In naturis ad tabem propenſis ſi fluxiones in dentes ac gingivas cum febre compareant, [b] malum. *Coac.* 441.

Æſtate in aurium inflammationibus quinto die eruptiones fiunt, ſic & quæ circa gingivas & nares ſuppurationes contingunt. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 6. *text.* 24.

Meliſſandro magno gingivæ dolore & livore oppreſſo vena in brachio ſecta eſt. Alumen initio adhibitum curſum cohibet. *Lib.* 5. *&* 7. *Epid. pag.* 1051. *&* 1104.

Glans. Glandula, Subdititium, [a] Collyrium.

In omnibus morbis ubi alvus non ſubducitur, eam per infuſum ſubluito, aut glandes ſubdito. *Lib. 2. de Morb. pag.* 477.

Collyrium ex ſolo melle decem digitorum longitudinis, ſumma ejus parte anteriore felle taurino illitum, bis aut ter ſubjiciendum. *Lib. 3. de Morb. in Volvulo. pag.* 422.

Pithonis filio febrienti cum magna in ſomnum propenſione & alvo dura, glans ex felle ſuppoſita. *Lib. 7. Epid. pag.* 1115.

a Collyrium vocabant veteres medicamentũ quoddam rotundum formæ oblongioris ex ſuccis, liquoribus, feminibus, fructibus & metallicis compoſitum, quod in uſum aſſervabant in modum ferè ejus quod Magdaleonem vocant pharmacopei, eoque intus immiſſo utebantur vel in vulneribus, aut fiſtulis, vel in ſedis uterique morbis ad inſtar glandis vel peſſi. *Gorræus.*

Glans pro fructu.

Glandes ilignæ, quercinæ & faginæ, crudæ & toſtæ alvum [a] ſiſtunt; coctæ verò minus. *Lib. 2. de Victratione. pag.* 331.

a Nutriunt æquè ac frumen tacea quædam. Ex *Gal.* Cujus tempore cum fames invaſiſſet ruſticos, ii glandibus pro ſuum pabulo aſſervatis uſi ſunt. *Lib. 2. de Alimentorum facultate.*

Glandulæ, Adenes.

Ubi uliginoſæ corporis partes, ibi etiam ſunt glandulæ. Quod hoc indicio conſtat, quoniam ubi glandulæ, ibi etiam pili. Natura ſiquidem glandulas & pilos creat, ambo ejuſdem [a] utilitatis gratia. Illas quidem ut quod influit excipiant; pilos verò ut ex glandulis opportunitatem nacti producantur & augeantur, quodque in extremas partes redundat & expellitur, colligant. Ubi autem corpus ſiccum, ibi neque glandula, neque pilus ineſt. *Lib. de Gland. pag.* 238.

Glandularum tumores, morborum ſignificationem adferunt, *& cætera ſupra in Bubone tranſſcripta.*

a Notat *Gal. Lib.* 14. *Meth. cap.* 11. Quarundam glandularũ non fore magnum uſum, ſed ex abundantiore naturæ providentia ſicut alia quædam fabricata fuiſſe.

Glaucedo, [a] Glaucoma.

[Meminit *Hippocrates* inter morbos senum proprios. *Aph. ultim. sect.* 3.]

[a] Glaucomata & glaucedines oriuntur senibus ob nimiam oculorum siccitatem, quæ suffusionis habent speciem, præsertim verò inopia & arefactione humoris chrystallini. *Gal.* At dum is humor immutatur in cæsium colorem, siccatur & concrescit, dicitur etiam glaucoma. *Aëtio.* Vide *Fœsium in Oeconomia.*

Glaucus, infra *in Piscibus.*

Glychirriza, [a] dulcis radix.

Ad puerperii purgationem si non benè respondeat Scammonium ex lacte muliebri tritum, vellere exceptum in pesso subdito, aut glychirrizam melle subactam cum unguento rosaceo. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 682.

[a] Hujus radicis succus dulcis est leviterque adstringens. Itaque asperæ arteriæ & vesicæ asperitatem lenit. *Gal. sexto simplicium.*

Gobio, infra *in Piscibus.*

Gongrona & Pherea, nuper *in Frigido.*

[a] Gonorrhœa.

Æger frequenter in somnis seminis profluvium patitur & plerumque inter eundum ei genitura effunditur. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 583. *in Typho quinto.*

Alcippus in febribus per somnium veneris imaginem habuit, nihiloque ei deterius fuit. Id illi cessaturum prædiximus cum febres judicatione absolutæ fuissent, quo dita evenit. *Ex fine Lib.* 4. *Epid.*

Satyrus in Thaso Grypalopex viginti quinque annos natus cum esset inter dormiendum seminis [b] profluvium sæpius expertus est, eique interdiu sæpe contingebat. Cum autem ferè trigesimum annum attigisset, tabe periit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 8. *text.* 52.

[a] Invita seminis profusio, citra venerem, citra libidinis insomnia, citra tentiginem, levi quodam aut nullo oblectationis sensu viris & mulieribus communis ex partium spermaticarum imbecillitate, quam sæpe contrahunt, qui matura nondum ætate venerem petulantius exercent. *Ex Fernel.* discernitur ab uterino fluxu paucitate materiæ, à virulenta gonorrhœa, quod hæc fœteat ob virus.

[b] *Brujerius, Lib. de Re cibaria*, quendam se novisse testatur, qui quoties sisymbrio vesceretur liberalius semen in somnis effundebat.

Gravedo,

Gravedo, ſupra *Coryza.*
Graviditatis ſigna, *& Graviditas fallax*, ſupra *in Conceptione.*

Graviditatis termini, infra *in Partu.*
Gravidarum affectus.

Mulierem utero gerentem capi ab aliquo acuto morbo, [a] lethale. *Aph. 3. ſect. 5.* Si mulieris gravidæ in utero ſit eryſipelas, [b] lethale. *Ibidem. Aph. 43.*

Mulieri utero gerenti ſi lac multum è mammis profluat, fœtum [c] imbecilliorem ſignificat; ſi verò mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem. *Ibid. Aph. 52.* Quęcunque utero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter [d] extenuantur ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. *Ibidem. Aph. 55.*

Mulier ſi marem concepit [e] bene colorata eſt; ſi verò fœminam malè colorata. *Ibidem. Aph. 42.*

Si mulieri utero gerenti purgationes [f] eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum. *Ibidem. Aph. 60.*

Si uteri præter naturam dehiſcant, menſes copioſiores, glutinoſiores & frequentiores eunt, neque genitura intus manet. Quod ſi digito contigeris os dehiſcens deprehendes, febris, rigor & dolor imum ventrem & lumbos corripit. *Lib. de Nat. mul.* Neque menſes prodeunt mulieri quæ prægnans eſt, ſi puer ſanus futurus eſt, præter quam quibuſdam perpuſillum primo [g] menſe, ſed promanans ab univerſo muliebri corpore ſanguis omni ex parte in futuri animalis augmentum cedit. *Lib. de Nat. pueri. pag. 189.*

Si prægnanti menſes appareant, ſtercus [h] aſininum ſiccum, minium, ſepiæ teſtam, tenuiter trita, linteo ligata ſuperponito. *Lib. de Sterilibus. pag. 772. & de Superfœt. pag. 232.*

Suffocatio utero gerenti incidit derepente potiſſi-

a Tum ob difficultatem curandi, tum ob ſymptomatum vehementiam, & fœtus ſupervenientem ſæpius interitum *Heurn.*

b Aut fœtui aut fœtæ, aut utrique, ex febri lipyriæ vehementia. *Gal.*

c Ita ut lac ad ſe non valeat attrahere, unde in mammas regurgitat. *Gal.*

d Loco verbi *extenuantur* quidam legunt *calefiunt*; at retinuimus lectionem Galeni, ita ut difficilis partus cauſa ſit virium imbecillitas ob nimiam extenuationem.

e Hoc ita ferè, non tamen ſemper. *Gal.*

f Sæpe & multùm ſcilicet, aliquando enim ſine fœtus læſione paucus ſanguis ſemel & iterum ſtillat gravidis, deſcendens per venas crurales in uteri cervicem. *Ex Heurnio*, qui tamen etiam á capacitate aliquando copioſius deferri cenſet innoxiè ad deplendam plenitudinem; etenim non omnes uteri venæ annectuntur embryoni ex ſuperfœtationis argumento.

g Uſque ad perfectam conformationem fœtus, quæ fit intra 35. aut 45. dies, intra quos mater menſtrualis eſſe poteſt.

h Aut ſuillum, utrumque

mùm ubi mulier vehementi labore & inedia [i] confecta fuerit, cum per vehementem exercitationem uteri incalescunt, & paucior fœtui suppetit humiditas, &c. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 650.

In utero gerentibus salsuginosæ ad fauces fluxiones [k] malum denunciant. *Coac.* 537. 539. Serpentia oris ulcera in utero gerentibus alvum [l] humectant. *Coac.* 544.

In uteri gestationibus capitis dolores qui cum sopore corporis gravitate & convulsione fiunt, ut plurimùm malo [m] sunt. *Coac.* 517. & *Lib.* 1. *Prædict.*

Prægnantibus si terra aut carbones in cibum expetuntur, eaque edant, in fœtus [n] capite horum signum apparet. *Lib. de Superfœt.*

Labores in gravidis certis circuitibus fiunt, & quicquid septem diebus movetur, ter in se [o] reductis perficitur. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. & 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 8. Labores ut plurimùm utero gerentibus tertio, quinto, septimo & nono mense [p] contingunt. Item secundo, quarto & sexto. *Ibidem. text.* 11.

Larissæ Antimachi uxor ferè quinquaginta diebus uterum gestabat, & reliquo tempore cibos fastidiebat, septemque diebus uteri & oris ventriculi dolore conflictabatur, & febris prehendebat, ex quo tempore nil per alvum secessit. Hinc medicamentum deorsum purgans vehementius [q] quàm par erat exhibitum fuit, & exustam bilem vomitione rejecit, neque enim ullo potu utebatur. Paucam verò vi quadam evomuit & in grumos contractam; deinde ubi commota fuit eam demittebat & debilitari visa est, aquaque epota vomere [r] renuit. Post hæc autem dolor vehemens inferiorem alvum detinebat, quæ à medicamento exulcerata erat eique statim post stercus ramentum subcruentum ex alvo secessit. Perpetuò verò increscebat imbecillitas, & incontinens corporis jactatio, & purgatio ad quinque heminas processerat. Aqua multa [s] ventri affusa restitit alvus; aliud quippe nil assumere poterat. Circa mediam noctem obiit.

efficacius urticæ succo immixtum.

i Quæ ex se pravos humores movet, præsertim labori juncta.

k Ob sævitatem feri catarrhi prolabentis in fauces, alvum & pulmones. *Gal.* & *Duretus.*

l Excitato alvi profluvio.

m *Galenus* in Proreth. parvi facit hanc Sententiam, *Duretus* verò existimat dignam Hippocrate.

n Cur hoc signum extrinsecus apparens imaginationis efficacia, determinatè fiat in capite potius quàm alibi, se nescire fatetur *Mercurialis hic.*

o. p *Laurentius* pro conciliatione horum locorum qui videntur dissentientes duplicem ponit fœtus motionem. Unam manifestam tertio vel quarto mense, alteram obscuram quæ se 7° diebus prodat.

q *Zacutus Lusitanus, Hist.* 147. *Lib.* 2. *Praxis mirandæ*, intelligit elaterium hic, cujus vi effræni hæc gravida periit, unde concludit vehementia purgantia gravidis periculosa, imò nec benigniora admittit nisi turgente humore, additque *ex Mercuriali* præferenda esse quæ odore & gustu suaviora.

r Aquam scilicet noluit assumere ad procurandum vomitum.

s Nota remedium ad sedandum alvi profluvium etiam in graviditate, aquæ

Videbatur potuiſſe ſervari ſi aquam bibere, aut ſtatim ante potionem vomere potuiſſet. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1042.

frigidæ affuſione, quod videretur potius ciendo profluvio inſervire repulſis à circunferentia in centrum humoribus.

Olympiadæ uxorem octo menſibus utero gerentem ex caſu febris acuta corripuit, lingua æſtuans, ſicca, aſpera, oculi pallidi, corpus mortuo ſimile. Quinto die ſine labore [t] eſt liberata. Somnus cum ſopore adfuit. Sternutamentum [v] cienti medicamento ceſſit, potionem recepit, &c. Cum reſpiratione ſublimi obiit. L*ib.* 7. *Epid. pag.* 1090.

t Relaxatis uteri ligamentis, ipſaque retentrice facultate potiſſimùm ob ſũmam virium proſtrationem.

v Propinatũ ſternutamentum ad ſecundarum excluſionem.

Mulier quædam quæ in littore decumbebat fœtu trimeſtri gravida, vehementi labore correpta cum variis doloribus circa caput, cervicem, jugulum, aphonia, manus dextræ convulſione, aliiſque pernicioſis ſemptomatis, tamen ad diem decimum quartum bilioſa, flava, crebra vomitione [x] effudit, obortoque ſudore à febre judicatione eſt [y] liberata. Carptim *ex Hiſtor.* 13. *Lib.* 1. *Epid.*

x Hac Hiſtoria confirmari poteſt utilitas vomitus in utero gerentibus.

y Quam ſanè liberationem miratur *Gal.* quod non ſoleant mulieres gravidæ talibus morbis defungi ſaltem abſque abortione.

Harpalidæ quatuor aut quinque menſium uterum geſtanti pedum tumores aquoſi exorti ſunt, & oculi in orbita intumeſcebant, totumque corpus velut alba pituita ſuffuſis in tumorem attollebatur, tuſſis ſicca, erectæ cervicis reſpiratio, & anhelatio, & interdum à ſpiritu ſuffocabatur; & ſi qua ſomni incideret neceſſitas, eum reſidendo capiebat. Ferè ſine febre erat, fœtus ex longo intervallo non movebatur, ac veluti ad corruptionem tendebat, creber [z] anhelitus ad duos menſes perſeverabat. Fabis verò melle conditis, & mellis linctu uſa Æthiopicoque cumino ex vino epoto melius habuit. Deinde etiam multa matura pituitoſa & alba rejecit. Spirandi difficultas deſiit & prolem edidit fœmellam. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1085. 1086.

z Ergo ne nos terreant anheloſæ illæ ſpirationes etiam cum orthopnœa; cum ſæpius pendeant à ſitu pueri elatiore, diaphragma opprimente ſurſumque impellente, ita ut à partu iis incommodis facilè liberentur.

Gula, Guttur. Epiglottis.

Cùm quis bibit magnam partem in ventrem [a] demittit. Gula enim velut infundibulum & potus copiam & quæcumque expetimus excipit. Cum autem

a In ventriculum ſcilicet cibi & potus promptuarium.

bibit, in guttur [b] demittit, verùm quasi ex mamma sugens quantùm suo impetu influens latere possit. Epiglottis enim Græcè dicta, operculum exactum, ne ampliorem [c] quidem potum transmiserit. Cujus rei hoc est indicium. Siquis enim aquam cæruleo colore aut minio infectã valde sitienti potui exhibeat, præsertim sui (hoc enim pecus neque curam adhibet, neque mundum est) deinde adhuc sitienti jugulum secuerit, hunc potu coloratum reperiet. Verùm quanam ratione aqua affatim incidens molestiam & multam tussim exhibet? hac sanè de causa, quod ex adverso respirationi occurrit. Nam quod per rimam influit, cum juxta parietem feratur aeris sursum [d] elationi non obsistit, sed quandam vel lævem ipsi viam humectando præbet. *Lib. de Corde*, ubi plura. *pag.* 234. 235.

Vidi quosdam qui cum se jugulassent, guttur sibi secuerunt, & vivunt [e] quidem, verùm nullam vocem edunt, nisi quis guttur constringat, tunc vocem edunt. *Lib. de Carnibus. pag.* 213.

NOTÆ.

b, c Hæc mens Hippocratis ut maxima potulentorum pars rectà feratur in ventriculum, portio tamen quædam deerret & illabatur per asperam arteriam in pulmones cùm potum in ipsos deferri integrum vetet epiglottis. quod expressius negat. *Lib.* 4. *de Morbis*, & notabitur infra *Articulo de Potulentorum transmissione.*

d Hinc colligi possit aliquam becchicorum partem dum paulatim lambuntur delabi & transsumi in asperam arteriam.

e Invenies exemplum secti absque interitu juguli infra *in Iugulatione.*

Gurgulio, Curgulio, Gargareon, Uva, Uvula, [a] *Columella.*

Distentio ad posteriora Opisthotonos dicta oritur, cum circa posteriores cervicis tendones, aut ex angina aut [b] uva, aut locis ad tonsillas purulentis affectus fuerit. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 592.

Quos infantes, dum lac sugunt tussis urget, ii uvam majorem habere consueverunt. *Lib. de Dentitione. pag.* 235.

Gurgulio venosus est, & crassus & ubi inflammationem concepit, incalescit, propterque caliditatem sanguinem à quo nigrescit ex vena attrahit. Quare nisi [c] tumentem [d] seces, confestim sese vibrando spiritum & animam efflant ægri. Vena enim calefacit, & præ caliditate circunstantia gurgulionis loca sanguine implet, intraque breve tempus suffocatur. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 464.

a Cujus usus est ut aeris frigidioris dum inspiratur, impetum frangat ne inde offēdatur pulmo. Itaque ex partis hujus jactura luis venereæ non rarò succedanea tabes quibusdam innascitur.

b Adductis ratione viciniæ colli musculis in sympathiam uvæ. *Martinus.*

c Dum tumet ab ebibito sero quem facilè admittit ob fungosam substantiam.

d Modò is tumor non sit vera inflammatio, tunc enim periculosa resectio. *Ex text. Sequenti.*

Gurgulio quoad rubor & tumor occupat, non ſine periculo reſecatur [e] aut pertunditur, inflammationes enim & ſanguinis profluvia ſuccedunt. Verùm talia ut extenuentur aliis rationibus eo tempore tentanda ſunt. Ubi verò id totum, quod Græci σαφυλὴν, ideſt uvam nominant, jam ſecretum fuerit, & ſumma gurgulionis pars major & rotunda, ſuperior autem tenuior extiterit, per id tempus manum admovere tutum eſt. Præſtat tamen ubi alvum ſubduxeris majus operam adhibere, ſi per tempus liceat, neque [f] ſuffocetur æger. *Lib. Prænot. pag.* 55.

Si uva ſuſpenſa fuerit & ſuffocationis periculum faciat, gargaryſmis utendum. Quod ſi ex his gracilis non evadat, occipitio deraſo cucurbitæ duæ admovendæ & ſanguis plurimus [g] detrahendus, pituitæque curſus in poſteriora revellendus. Si verò neque his ſubſidat, ſcalpello ut aqua [h] educatur pertundito. Quod faciendum ubi ſumma illius pars ſubrubra extiterit. Ac niſi tunc ſecetur, inflammari conſuevit, interdumque derepente ſuffocatur. *Lib. de Affect. pag.* 528.

[e] Confirmatur à *Valeſco* adducta Hiſtoria cujuſdam præſbyteri, qui poſt abſciſſionem cum forcipe intra triduum ſuffocatus eſt ingenti defluxione ſanguinis & humorum in pectus. Licet *Fabritius ab aqua pendente, & Fabritius Hildanus* modum tradant reſcindendæ hujus partis ſine periculo.

[f] Deſperato enim tunc ægro, & prope ſtrangulato, præſtat abſtinere.

[g] Facta nimirum cutis ſcarificatione poſt remotas cucurbitulas.

[h] Seroſus ſcilicet humor quo imbuitur facilè ſpongioſa pars. Unde experimur in tonſillarum affectibus frequentem ſalivationem quâ detumeſcit inflammatio.

Gymnaſium; ſupra *Ars exercitatrix.*

H

Habitus corporis, infra *in Sanitate.*

Hæmoptyſis, ſanguinis ſputum.

SAnguis [a] ſupra quidem qualiſcunque fuerit emiſſus, malus; infra autem ſi niger dejiciatur, bonus. *Aph.* 25. *ſect.* 4.

Ex ſanguinis eruptione maximè ſuperſunt quibus in dorſo & pectore dolores adſunt [b] melancholici, & ex ea quodam modo levantur, neque enim tuſſes [c] admodum, neque febres ſuccedunt, ac plerique ſitim facilè tolerant. Sed [d] recurrunt ferè ſanguinis eru-

[a] Ab ore ſcilicet, non autem à naribus, qualiſcunque enim ore excernitur ſive ſpumoſus, ſive ruber, ſive flavus, ſive niger; ſive aquoſus, craſſuſve extiterit ſemper malus. *Gal. hic.*

[b] Quod humor melancholicus ſuâ naturâ frigidus & ſiccus non ita facilè inflammationem concipiat;

ptiones, nisi abscessus succedant, ex quibus ii sunt optimi maximè cruenti. *Lib.* 2. *Prædict. pag.* 97.

Plerique rupto pulmone ad mortem usque perseverant, (vel *ex lectione Martini* vitam transigunt quoad naturaliter fato [e] fungantur.) *Lib. de Intern. Affect. pag.* 551.

Quicunque spumant, sanguinem expuunt, his à pulmone [f] eruptio fit. *Aph.* 13. *sect.* 5. Quicunque spumant, sanguinem expuunt cum præcordii dextri dolore, iis ex [g] hepate prodit, & omnes ferè [h] pereunt. *Coac.* 408.

Qui sanguinem [i] evomunt cum febre multa, dolore ad mammam, thoracem, & dorsum, ii brevi moriuntur. Quibus autem non omnia, neque intensè adsunt, tardius. Ad summum autem diebus quatuordecim inflammationem concipiunt. *Coac.* 426.

Sanguinem expuentes iuvat esse febris [k] expertes, tussire leviter, atque dolere; ipsum verò sputum crassescere ad dies [l] quatuordecim; sed multùm febricitare, tussire, ac dolere. Tum sanguinem subinde novum expuere, calamitosum. *Coac.* 427. [*Ex versione Dureti, qui vertit crassescere, cum alii habeant attenuari.*]

Qui sanguinem spumantem evomunt, [m] partibus infra septum transversum dolorem nequaquam sentientibus, iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidem insignis in eo venæ ruptio fit, multùm ii vomunt, & multùm [n] periculosè. Quibus verò minor, minus rejiciunt, & minus [o] periclitantur. *Coac.* 433. *& Lib.* 1. *de Morb.* 436. 437.

A sanguinis [p] sputo puris sputum, malum. *Aph.* 15. *sect.* 7.

A puris sputo tabes & [q] fluxus. Quùm verò sputum retentum fuerit, moriuntur. *Ibidem. Aph.* 16.

A sanguinis vomitu [r] tabes, *& cætera in Tabe afferenda. Ex Aph.* 80. *sect.* 7.

Succitas & aquæ frigiditas in causa sunt, ut vasa intrò [s] rumpantur. *Lib. de Aere, Loc. & Aqua. pag.* 254.

e Non etiam tussis urget, quod dorso & pectore dolentibus materia feratur ab interioribus partibus ad exteriores.

d Ob admixtos sanguini melancholico flatus plures. Hactenus *ex Martino.*

e Quod confirmat *Gal.* 5. *Meth.* docens curari affectum, modò non anticipet pulmonis inflammatio.

f. g Spuma enim excitatur ex motu & agitatione pulmonum; at dum sæpius prodit ab hepate, spumam acquirit in transitu per medios pulmones, inquit *Duretus.*

h Ob hepatis affecti præstantiam. *Ex eodem Dureto.*

i Tam largè effundunt à pectore, ac si evomerent à ventriculo. *Duretus.*

k Absente scilicet inflammatione.

l Intra quos terminantur morbi acuti.

m Absque ulla palpitatione circa umbilicum vel arteriæ cœliacæ perceptione ægro molesta.

n Tum ob nectatis vivifici dissipationem, tum quod magnæ venæ ruptio sit curatu difficilis. *Duretus.*

o Minus quidem periculum dissipationis virium, at majus à tabe, non rarò succedente fœtino ulceri.

p Non semper sanguinis sputo succedit puris sputum, sæpe enim vas apertum sponte coalescit vel medicamentis; at si succedat, id semper malum ob tabis successionem. *Gal.*

Qui prope Curriculum habitabat, ubi nocte sanguinem vomitione refudisset, postridie cum multa sanguinis vomitione & suffocatione mortuus est. Ad lienem verò & infra copiosus ei sanguis secedebat. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1047.

q Tum capillorum, tum alvi. *Gal.*

r Observat *Fernelius* pulmonum venas casu, labore, clamore ruptas, aut à mensibus regurgitantibus reseratas sæpè multum sanguinem innoxiè profundere, nec quenquam ex simplici venæ ruptione contabescere, modò reliqua pulmonum substantia fuerit salva.

ſ Dum rumpuntur venæ, redduntur rigidæ & ineptæ ad distentionem. *Gal.*

Hæmorrhagia[a] *in genere; Junge quæ* infra *de Narium hæmorrhagia & Stillicidio.*

a Hæc dum sine adjectione partis, præsertim intelligenda antonomasticè de naribus.

Biliosi[b] sanguinis eruptionibus obnoxii, lienis affectibus aliquantùm vexati, sinistra parte plurimi dolorem sentiebant. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1027.

Sanguis quidem supra[c] qualiscunque fuerit malus; infra autem si niger dejiciatur[d] bonus. *Aph.* 25. *sect.* 4.

Sanguinis ex parte[e] adversa profluvium malum est; veluti si in lienis tumore ex dextra parte fluat, &c. *Ex Coac.* 327.

Quibus ex[f] rigore febris cum lassitudine adest, iis menses expectandi. Quod si cervicis dolor prehenderit, sanguinis è naribus eruptio speranda. *Coac.* 555.

Ex sanguinis eruptionibus vehementes die judicatorio obvenientes perfrictiones[g] pessimæ. *Coac.* 326. & *Lib.* 1. *Prædict. sect.* 134.

Qui ex vulnere subinde rigentes sanguinem profundunt, ii malignè habent, ac inter[h] loquendum derepente moriuntur. *Coac.* 328. & *Lib.* 1. *Prædict. sect.* 138.

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, quacunque ex parte[i] cum reficiuntur, alvi his humectantur. *Aph.* 27. *sect.* 4. & *Coac.* 332.

Ubi sanguinis plurimus fluxerit,[k] singultus aut convulsio superveniens, malum. *Aph.* 3. *sect.* 5. & *Coac.* 338. A profluvio sanguinis desipientia ac convulsio, malum. *Aph.* 9. *sect.* 7.

b Non ratione abundantiæ quæ major in sanguineis, sed ratione actimoniæ & tenuitatis, præsertim in lienosis quorum sanguis est ichorosus.

c De pulmone præsertim.

d Uti in hæmorrhoidibus.

e Authoritatem confirmat experientia.

f Moris est ut post rigorem menstrua ad uterum viam affectent; sin minus inflectant cursum ad caput, cujus refluxus prænuncius est cervicis dolor. *Duretus.*

g Propter infirmitatem summam & necrosim caloris nativi. *Galenus*, *Duretus*.

h Moriuntur loquendo, quod mortis instantis sensum adimat dissipatio uectaris vivifici & partium solidarum exolutio. *Ex Dureto*

i Sanè dum student se pluri cibo reficere, gravant infirmiorem ventriculum, tantùm abest ut se reficiant.

k Ob paupertatem caloris nativi, ut pluribus explicat *Duretus*.

A sanguinis eruptione, nigrorum [l] per alvum egestio, malum. Quin & prærubræ, [m] ac æruginosæ dejectiones damno sunt, &c. *Ex Coac.* 33. *& Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 27.

Ne is cui multus sanguis supra infra-ve perruperit, prætereaque febris accesserit, aqua impleatur, magnus metus est. [n] Et hujusce generis aqua intercus brevissimi est temporis, & inter [o] inevitabiles numeranda. *Lib.* 2. *Prædict. pag.* 96.

Quod multi ex immoderato sanguinis profluvio aqua intercute corripiantur [p] animadvertendum. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 9.

NOTÆ.

l Exarescentibus ventriculi tunicis ex inanitione.

m Servari enim non potest ab exhausto convulsus. *Ex ipso Hippocrate.*

n. o Succedens enim sanguinis eruptioni non potest esse critica, sed denotat hepar tædere officii; quemadmodum & prærubra proluvies, quæ est certissimum argumentum labefactatæ naturalis caconomiæ & hepatis effœti. *Duretus.*

p Quoniam sanguinis profluvio vires dissolvuntur. *Ex Gal. Comment. in text. Epid.* is etiam *nono Meth. cap.* 10. docet ex corporis refrigeratione alios subinde decolores, alios cachecticos, alios aqua intercute vexatos fuisse.

Hæmorrhagiam sistentia.

Liberalium ab initio sanguinis eruptionum [a] cursum rigor sistit. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 150.

Hæmorrhagiam sistunt animi [b] deliquium [c] figura aliorsùm tendens, [d] venæ interceptæ, linamentum contortum, appositio, deligatio. *Lib.* 5. *Epid. sect.* 7. *text.* 3.

Sanguinem sistes fici succo lana excepto intrò ad venam apposito, aut coagulo intorto in nares immisso, vel si chalcitidem prius extensam digito apprimas, & cartilagines utraque ex parte foras comprimas, alvumque lacte asinino solvas, si anni tempestas calida fuerit. *Lib. de Acut. pag.* 397.

a Dum prænunciat cacochymiam biliosam prorupturam per sudores, vomitionem & dejectionem. *Gal.*

b Quo calor & spiritus cum sanguine revocantur in cordis subsidium.

c Situs corporis oppositus sanguinis motioni.

d Præstat secare venam, inquit *Heurnius ad Aph.* 3. *sect.* 5. Adducta Historia juvenis qui cubiculum impleverat undante sanguine, cui nil superesse videbatur virium, curati tamen eductis prima vice ℥ tribus sanguinis; deinde bis aut ter uncia una.

Hæmorrhoides.

Qui sanguinem per ora venarum quæ in ano sunt perfundere solent, ii neque lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neque ulcere exedente (*Phagedænam* vocant) neque furunculis [a] corripiuntur, neque tuberculis quæ à ciceris similitudine Terminthi dicuntur, ac fortè ne lepra quidem, nec vitiliginibus.

a Vitiosis succis per hæmorrhoidales venas depulsis, quidam sanè mali habitus toto corpore acci-

Intempestive

Intempestivè verò curati multi, non ita multo post hujusmodi morbis correpti sunt. Quod & in reliquis abscessibus contigit; veluti in fistulis quæ aliorum morborum medela sunt. *Lib. de Humoribus. pag. 65. & Lib. 6. Epid. sect. 3. text. 28.*

Ora venarum hoc modo sanguinem fundere solent. Bilis aut pituita ad venas quæ in ano sunt decumbens sanguinem calefacit; incalescentes autem venæ sanguinem ex primis venis attrahunt; eoque impletæ recti intestini partem interiorem in tumorem attollunt, & venarum capitula conspicua sunt, quæ dum partim à stercore exeunte contunduntur, partim à sanguine coacervato perrumpuntur, si sanguinem ejaculantur; modò cum stercore, modò sine eo. *Ex initio Lib. de Hæmorrhoid. pag. 913.*

In hæmorrhoidibus veluti quoddam bili [b] atræ simile effluit. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text. 28.*

Sanguis supra quidem qualiscunque fuerit emissus, malus: infra [c] autem si dejiciatur, bonus. *Ex Aph. toties adducto 25. sect 4.*

Atra bile vexatis & renum passionibus hæmorrhoides supervenientes, [d] bonum. *Aph. 11. sect. 6. & Lib. de Judicat.* Insanientibus si hæmorrhoides vel [e] varices supervenerint, insaniæ solutio fit. *Aph. 20. sect. 6.*

Lumbis [f] dolentibus si [g] oris vētriculi dolor accesserit futuræ per hæmorrhoides vacuationis signum est. *Lib. 1. Prædict. Sent. 130. & Coac. 306.* Quam sic vertit *Duretus. Dolorifica in lumbis mala sanguiflua seu hæmorrhoïca.*

NOTÆ.

dunt, & pallores & hydropes, nullus verò ex morbis hic designatis, inquit *Gal. in textum Lib. 6. Epid.* At is *ad Aph. 25. sect. 4.* docet non esse temere assuescendam naturam huic vacuationi, quod utrinque periculosum excessum habeat, aut ultra modum vacuato sanguine, aut eo omni modo suppresso. Notanda etiā Martiani censura in recentiores quod has aperiant in acutis in quibus non est probabile humores deorsum tendere, tandemque hoc remedium probat sub duabus conditionibus concurrentibus, nimirùm si sanguis crassior dominetur in venis magnis hepate inferioribus, quod conjiciatur ex diuturno & assiduo lumborum dolore, & præterea si æger fuerit huic vacuationi assuetus.

b Dum cacochymiam expurgant, at nonnumquam etiam sanguinis plenitudinem exonerant, non minus ac narium hæmorrhagia. *Gal.*

c Hanc Aphorismi partem interpretatur *Gal. de Hæmorrh. Heurnius* verò *de Dejectionibus nigris.*

d. e Quod sanguinis velut fæcem vacuent. *Ex Galeno.*

f. g *Gal.* in *Prorethicum* attribuit cardialgiam tenuiori sanguinis parti seu sero in ventriculum confluenti, interim dum fæx, aut maxima portio ad inferiores venas descendens lumborum dolorem parit.

Hæmorrhoides cautè curandæ, nec temerè supprimendæ.

In primis nosse oportet quo in loco contingant. Nam & anum incidendo, [a] resecando, consuendo, vinciendo, aut putrefaciendo, etiam si ista gravissima

a De Hæmorrhoidum chirurgia earumque absoluta curatione consule Hiero-

censeantur nullam inferes noxam, &c. Urere autem ita oportet ut earum venarum quæ sanguinem fundunt, nulla inusta relinquatur, sed omnes adurantur. Has nullo negotio deprehendes, quod interiore ani parte conspicuæ sint, velut acini uvæ liquidæ, simulque cum anus cogitur, sanguinem ejaculantur, &c.

Alter curationis modus. Venæ sanguinem fundenti, & tuberosam quandam eminentiam habenti, veluti mori fructus adnascitur, & si quidem tuberosa eminentia valde foras prominet, ei circum circa tuberculum carnosum adhærescit; homine igitur in genua super duos lapides teretes inclinato, anum inspice, invenies namque loca inter nates medias circa sedem tumefacta, sanguinemque ex interioribus partibus procedere. Si ergo tuberosa eminentia sub tegumento mollis sit, digito ea est auferenda, nec id majore negotio fiet, quam si dum pellis ani detrahitur, digitum intromittas. Carptim *ex Lib. de Hæmorrhoid. pag.* 913, 914.

Ora venarum in ano sanguinem fundere solita, intruso in acum quàm crassissimo & maximo lanæ succidæ filo deligabis. Securior enim hæc deligatio; deinde compressas medicamento putrefacies, neque perfundes donec deciderint, unamque perpetuò relinques. Post hæc ubi vires resumpserit, medicamentum ex veratro [b] propinabis, deinde exercitio utatur, & exudet. Pro exercitio sit frictio multa matutina, cursu abstineat, ebrietate & [c] acribus præter [d] quàm origano. Vomat [e] septimo quoque die, aut ter in mense, & optimè habebit. *Lib. de Acutis. pag.* 397.

A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, nisi una servetur, periculum est [f] aquam intercutem vel [g] tabem supervenire. *Aph.* 12. *sect.* 6.

Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint, molestiam ac virium resolutionem sentiant, nec sanguinem effuderint, in morbum [h] comitialem transeunt. *Lib.* 1. *Prædict. sect.* 131.

Alcippus per ora venarum ex ano sanguinem funde-

NOTÆ.

nynum ab aqua pendente in Chirurgicis operibus, ubi tradit nunquam se cōprobasse rectum intestinum esse secandum, suendum, urendum & putrefaciendum. Præterea licet verum fuerit ista posse innoxiè peragi, non tolerari tamen ab ægris; cum hæc ani pars sit exquisito sensu prædita, ideò præfert curationem per medicamenta, utiturque insessione in aquis thermalibus, & spongiis aqua thermali expressis arctè supra anum ligatis. Item radicibus porrorum oleo communi aut myrtino incoctis; scrophulariæ radice in aqua decocta, contusa & imposita spongia etiam ex aqua calcis.

b Quo nil efficacius novit Hippocrates ad expurgandam melancholiam.

c Acria enim augent melancholicum humorem.

d Excipit origanum quod licet acre, prodest tamen, humores per alvum expurgando. *Ex Dioscoride.*

e Ad revulsionem expurgationemque humoris.

f Suffocato hepatis calore à sanguinis refluxu. *Gal.*

g Hepate sanguinem in pulmonum substantiam rejiciente. *Gal.*

h Non sola epilepsia, sed & phthisis, hydrops, in-

ve solitus curari vetabatur. Curatus [i] insania correptus est, quæ febre acuta superveniente cessavit. *Ex fine Lib. 4. Epid.*

Larissæ Eudemus valde magnum & diuturnum patiebatur hemorrhoidum fluxum, adeò ut exanguis esset, & bilis commota, leviter tamen habebat toto corpore, & alvus deorsum conturbata biliosa demittebat, & hæmorrhoides remittebant. Post epotum autem medicamentum deorsum purgans probè repurgatus est, ac insuper ptisanæ succum ebibit, & amplius alvus turbabatur, dolorque ad præcordia aderat. In hoc, hæmorrhoidibus manus [k] est admota, cum malè quodam modo affectus esset venter, & amplius curatione opus esset, ac vomitus afflixit. Tandem verò ex medicamentis [l] irritato cancro febris adorta est, nec ante mortem demisit. *Lib. 5. Epid. pag.* 1043.

sania, scirrhus, & cancer oriuntur. *Gal.*

i Intellige melancholicū pathos, non verò insaniam propriè dictam seu maniam, quam exasperasset, non sedasset febris.

k. l Probabile est non modò admotam manum adhibito ferro, sed etiam causticis medicamentis.

Hemina, Semihemina.

(Sunt qui Cotylam Hippocratis eandem censeant cum Romanorum hemina. Vide itaque Cotylam supra.)

Hepar. Hepatis constitutio & usus.

Hepar [a] quinque summas fibras habet. Fel autem quartæ fibræ adhærescit. *Lib. de Ossium Natura. pag.* 243.

Jecur cordi sanguinem non præter veri fidem affatim suppeditat. *Lib. de Hominis structura. text.* 2. Ipsum alimentum [b] triplici digestione in succum redigit. Ex prima digestione cor alimenti qualitatem, saporem videlicet suscipit, & puri sanguinis procreatio fit. Secundam digestionem jecur desumit & corporis alimentum largitur; unde flavæ bilis constitutio fit, &c. Tertia digestione alimentum supernè in stomacho in alimentum vertitur, &c. *Ibidem. text.* 5.

a Quod Hippocrates se exercuisset in anatomia brutorum, quorum hepar in tot lobos divisum deprehenditur, non verò hominum.

b Hæc paulò crassiore Minerva tradita arguunt prædictum librum à *Marinello* Hippocratis operibus aggregatum non esse hujus legitimum fœtum.

Jecur cum aliis quidem agnationem habet; sed cæteris magis sanguine [c] fluit duos habens vertices, portas vocant, dextra parte locatas. Ab eo vena obliquè ad renes protenditur. *Lib. de Corporum reseratione. pag. 93.*

c Vel ex versione Marinelli cæteris sanguinolentius est.

Jecur in hunc modum constitutum est, humido multum cum calido relicto, absque glutinoso & pingui, frigidum superavit calidum & [d] condensatum est; cujus rei hoc argumentum est, cum quis victimam jugulat, quandiu sanguis calidus est, liquidus etiam manet; ubi verò perfrixit, concrescit, &c. *Lib. de Carnibus. pag. 209.*

d Seu ex versione ejusdem *Marinelli* congelatum est.

Hepar sanguinem suggerit & in alimentum transmutat, cum fibris plerumque vena cava alluitur, cupiditatisque causa est. *Ex Epistola Democriti, de Natura humana.*

Hepatis affectus.

Acuti morbi ex bile oriuntur cum ad jecur confluxerit, & ad caput pervenerit. Sic verò afficitur. Jecur [a] intumescit, & propter tumorem ad septum transversum expanditur, statimque ad caput. Præcipuè verò ad tempora dolor ingruit, neque auribus acutè audit, sæpe oculis non videt, horrorque & febris invadit. *Lib. de Diebus judicatoriis. pag. 72.*

a Hujus tumor ex ratione dignoscendus, quod cumulum quendam circunscriptum exhibeat. *Ex Gal. Lib. 5. de Loc. Affect.*

Morbus [b] hepaticus oritur ex atra bile cum ad hepar confluxerit, potissimùm Autumno in anni mutationibus. Dolor gravis ad hepar irruit, & ad postremas costas, ad humerum, [c] ad jugulum & ad mammam; vehemens strangulatus detinet; interdum bilem lividam vomitione rejicit, rigor, & levis fibris primis diebus detinet, ad contactum hepar dolet, illius color est sublividus, eumque cibi quos comedit strangulant; & in ventrem irruentes incendunt, & tormina excitant. Hæc quidem per exordia patitur. At procedente morbo tum febres dimittunt, tum à paucis cibis impletur. In hepate verò solus dolor remanet

b Ex tribus tumoribus hic carptim descriptis sub nomine Hepatitidis, primus est inflammatio scirrhosa. Secundus inflãmatio erysipelatosa. Tertius inflammatio cum Metaptosi seu translatione portionis materiæ ad caput, unde fit delirium, ut docet hic Martinus, qui præterea monet affectum hepaticum hic sumi in generaliori significatione, qua non sola partis imbecillitas hepatitis vocata ut solet, sed omnis præter naturam ejus

manet interdum vehemens, interdum minor. Quandoque verò morbus invadit, frequenterque derepente æger animam efflavit, &c. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 571. Ubi plura.

Alius hepaticus morbus, in quo dolores eodem modo ad hepar urgent, & color à priore differt cum malicorium referat. Cõtingit repente æstatis tempore ex carnis [d] bubulæ esu, & nimio vini potu. Hæc enim omnia jecori eo tempore sunt infestissima, & bilem ad hepar maximè propellunt. Dolores acuti ingravant, neque ulla hora deserunt, sed semper urgent. Interdum bilem pallidam vomit, unde melius habere videtur. Quod si vomitione non rejicerit, bilis [e] ad oculos decumbit, admodum pallidi sunt, pedes intumescunt, &c. *Ibidem.*

Morbus alius hepaticus, in quo cætera quæ prioribus contingunt; color verò nigricat, bilis quæ est in hepate sanguine & pituita referta disrumpitur, cumque [f] disrupta fuerit, citissimè ad insaniam [g] deducitur, indignatur & [h] imprudenter loquitur, more canis latrat, ungues puniceo [i] sunt colore, oculis non videt, pili capitis recti manent, & febris acuta invadit. Huic eadem quæ prioribus admovenda, plerique intra dies undecim moriuntur; Carptim. *Ibidem.*

Quibus quod imum ventrem & cutem intercedit, inflatur, nec quiescit, iis calido multò color suffunditur, ac velut ex albido pallescit, quod eorum omnium causá in [k] hepate sit, atque hepatis morbis conflictentur. Quinetiam morbi regii qui ex hepate fiunt colorem subalbidum habent, & non secus quam quæ ex aquoso hydrope, aut pituitá alba periclitantur. *Lib. 2. Epid. sect. 1. pag.* 980.

Qui spumant, sanguinem spuitione rejiciunt cum hypochondrii dextri dolore, iis ex hepate [l] prodit, & plerumque pereunt. *Coac.* 450.

Hepaticis sputum multum cruentum sive intus subputridum, sive sincerum biliosum fuerit, statim [m] perniciem denotat. *Coac.* 446.

prava dispositio intelligitur.

c Hepatis dolor si quispiam alius corpora vicina in consensum trahit, ad jugulum usque porrectus. *Gal. Lib. 2. de Loc. Affect.*

d Hæc enim ægrè coquitur in æstatis ardoribus calorem ventriculi dissolventibus. *Martinus.*

e Bilis in oculos transfertur, *Ex Martino.*

f Humores rumpi, minus accommodata locutio est; itaque *Martinus* vertendum putat, *bilis erumpit.*

g Bile flava cerebrum occupante.

h Delira loquitur. *Ex eodem Martino.*

i Qui facilè in lividum transit, inquit *Martinus.*

k Labefacta ejus œconomia vel propter intemperiem, vel substantiæ vitium, vel obstructionem; unde sequitur aut hydrops, aut icterus, vel dysenteria. *Duretus.*

l Prodit ex hepate tanquam ex foco morbi; at spumam acquirit in pulmone, ut jam supra notatum.

m Ipsa enim excretio vires exolvit, cum cita ex-

Hepatico colliquatio cum [n] raucedine malum portendit, præſertim ſi cum quadam tuſſi contingat. *Coac.* 447.

Quibus hepar dolet cum cordis morſu, ſopore, rigore, iis alvo exturbata cum corporis extenuatione, ciborum faſtidio, multis ternuibus ſudoribus diffluunt, & per alvum [o] purulenta dimittunt. *Coac.* 448.

Hepati inflammationem patienti ſingultus [p] advenit. *Ex Aph.* 58. *ſect.* 5.

In hepatis inflammatione ſingultus, malum. *Aph.* 17. *ſect.* 7.

Quorum hepar ſuppuratum [q] aduritur, ſi pus purum fluxerit & album, evadunt. In tunica enim pus continetur. Si verò qualis amurca fluat, [r] pereunt. *Aph.* 45. *ſect.* 7. *& Coac.* 451.

Cleotinio ſutori cum alvus multo tempore fuſa, & calor exortus fuiſſet, circa jecoris regionem tumor tuberculo ſimilis enatus ad imum ventrem deſcendit, & alvus [ſ] fluida erat, eique alterum tuberculum juxta jecur obortum exitium attulit. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1101.

Coi ſorori ad inſtar ſplenis jecur intumuit, & ſecunda die obiit. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 2. *pag.* 924.

Hepatis vulnera.

Veſica diſciſſa, &c. aut jecore, [a] lethale. *Aph.* 18. *ſect.* 6. *& Coac.* 509.

Jaculo in jecur percuſſo, illicò cadaveroſus [b] color affuſus eſt, oculi concavi extiterunt, corporis incontinens jactatio & implaciditas aderat. Mortuus eſt antequam concio dimitteretur, cum prima luce vulneratus fuiſſet. *Lib.* 5. *& 7. Epid. pag.* 1050. *&* 1094.

Puer in ventrem & jecur à mulo ictus obiit. Quarto die ſpirationem [c] crebram habebat, neque intelligebat, & febris detinebat. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1047.

NOTÆ.

tinctione vivifici caloris. *Duretus.*

n Raucedinem enim edit arteriæ inæqualitas ex perenni prolapſu catarrhi mutua conſpiratione hepatitis & tabis in ægri perniciem. *Duretus.*

o Hæc enim omnia ſymptomata ſunt conſectaria concepti empyematis. *Duretus.*

p Non ſemper, ſed cum fervente inflammatione in magnitudinem attollitur, tuncque ſingultus hic lethalis. *Gal.*

q Adurebatur, ubi intumuiſſet foris prominulum & extans, inquit *Duretus.*

r Ob inſignem putredinem, cujus ratione pus prodit odore & colore olei fæci ſimile. *Duretus.*

ſ Jecur enim exolutum profundebat, ut eſt vero ſimile, prærubram proluviem.

a Non modò profundum vulnus, ſed totum etiam hepar abſciſſum ſanatum affirmant quidam, quorum fides ſuſpecta *Galeno,* licet tradiderit Ariſtoteles deprehenſa victimarum jecinora cicatricibus obducta. *Mercurialis.*

b Oppreſſo vitæ vitalitatiſque fonte.

c Compatiente vicino diaphragmate.

Herbarum ratio, herbariæque Artis [a] antiquitas.

Scio te præstantissimum herbarium, teque propter studium & majorem gloriam nil [b] Cratenę proavo cedere. Nunc igitur si unquam aliàs, quales & quantascunque poteris, herbas colligito, &c. Montanas autem, & ex summis collibus legito, nam ob soli densitatem & aeris tenuitatem aquosioribus sunt solidiores & vehementiores. *Ex Epistola* Hippocratis *ad Cratenam herbarium. pag.* 1157.

a. b Licet Dioscorides etiam Galeni judicio sit Artis herbariæ princeps, eum tamen præcessere tum uterque *Cratena*, tum *Andreas Medicus*, ipsius Dioscoridis testimonio in sui operis Præfatione.

Herniæ puerorum.

Ex palustrium & lacustrium, stabiliumque aquarum usu, [a] pueris potissimùm superveniunt; & varices viris tibiarumque ulcera. *Lib. de Aere, Loc. & Aquis. pag.* 257.

a Quibus alioqui ob humiditatis excessum facilius laxatur peritonei processus.

Herpes, infra *in Ulceribus.*

Hippophae, inter [a] purgantia passim.

a Ignota nobis planta quæ olim fullones vestes interpolabant, in sabulosis maritimisque nascens, lacteo succo pituitam & bilem & aquam purgans. *Ex Dioscoride.*

Histriones.

Histriones & deceptores coram spectatoribus alia dicunt, [a] alia sentiunt. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 310.

Mali & nomine tenus Medici personis quæ in tragœdiis producuntur, maximè similes sunt. Quemadmodum enim illi quidem habitum, formam & personam histrionis referunt. Neque tamen histriones sunt, sic & Medici nomine multi, reipsa perpauci. *Ex Hippocratis lege. pag.* 2.

a Eaque ratione infames, quicquid enim dixerint, fecerint-ve, mimicum, id est à veritate alienum.

Hœdina caro, supra *in Caprina.*

Homo, infra *Natura hominis.*

Hora, infra *Tempus.*

Horæi fructus, infra *Opora.*

Hordeum. [a] *Hordei decoctum*; *Aqua.*

Hordeum natura frigidum & ſiccum. Ineſt & quidam quod purgat ex palearum ſucco. Cujus rei hoc eſt indicium, quod ſi hordeum cortice detracto minimè purgatum coquere velis, vehementer purgat is ſuccus; quòd ſi corticem detraxeris, refrigerabit magis, alvumque ſiſtet. Ubi verò toſtum fuerit, humor qui purgat, igne decidit, frigiditas autem & ſiccitas remanet. *Lib.* 2. *de Vict. ratio. pag.* 322.

a Hordeum quoquo modo utaris, ſeu panem confeceris, ſeu polentam, ſeu ptiſanam; vim habet refrigerandi, nec craſſum ac lentum ut triticum, ſed tenuem & non nihil deterſorium ſuccum gignit. *Ex Gal. Lib. de Alimentorum facultatibus.*

Hordeum [b] Achilleum, hoc eſt magnum & optimum, & dempto quod acutum eſt ad heminæ menſuram, & benè lotum aquæ congio affuſo ad dimidias coquito & refrigeratum [c] potui exhibeto. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 500.

b Achilleum dictum ab agricola quodam, cui nomen erat Achilles, magnam curam adhibente circa hordei culturam. *Mercurialis.*

c Quomodo Hippocrates paraverit aquam hordei, fatetur ſe ignorare *Galenus*, quo nomine carpitur à *Petro Salio in Comment. Hujus textus*; ſiquidem ipſe Hippocrates apertè ſatis hunc modum tradat his verbis, quæ non opus habent Interprete, Hanc verò ſtomacho noxiam contendit Manardus, cujus rationibus ſatisfaciunt tum idem, *Salius*, tum *Mercurialis Comment. in Lib. de Acutis.*

Febre ſingultuoſa laborantibus acetum mulſum exhibeatur potui; ſed ſi admodum ſiticuloſi fuerint, aqua hordei. *Lib. de Vict. in Acutis. pag.* 390.

Ptiſana videtur omnibus frumentaceis eduliis præferenda in morbis acutis; nam & lentorem habet lævem, continuum & ſuavem ac lubricum, mediocriter humeſcentem, ſitim minimè inferentem, & ſi quid elui indiget, probè abluentem, neque adſtringit, neque malam turbationem affert, neque in ventre intumeſcit, nempe inter coquendum, quoad fieri potuit, intumuit. *Ibidem. pag.* 366.

At ptiſanam ex hordeo [d] optimo confici & optimè coctam eſſe oportet; præſertim ſi non ſolo cremore uti debeas: niſi enim quis quantum deeſſe contulerit, hujuſmodi ptiſanæ ſorbendæ modus adhibeatur, ſæpius lædetur. Jam primùm enim quibus cibi recrementum [e] interclusum eſt, ſi quis eo non vacuato ſorbitionem dederit, dolorem ſi adeſt reddet graviorem; & ſi non adeſt ſtatim induxerit, & ſpiratio crebrior

d Pleno ſcilicet nec rugoſo, & quod decoquendo plurimum intumeſcat, ſuccumque faciat plurimum. *Gal.*

e Interclusum accipe inteſtinum, quod fæcibus opilatum obſtructumque fuerit.

brior evadet, *& cætera adducenda in Pleuriticorum Diæta.*

Horror infra *in Rigore.*

Humeri, [a] *humerorum dolores.*

[a] Humerus propriè, scopula, & scoptula operta, vulgò scapula.

Humerorum dolores qui ad manus tendunt, torpores, & dolores exhibent. Abscessus certè non consequuntur. At bilis atræ vomitione sanantur. Eos autem qui in humeris perdurant & ad dorsum pertingunt, puris aut bilis vomitione effugiunt. Quorum hæc ineunda est ratio. Facilè quidem spirantes & extenuatos, vomitione nigram bilem effusuros magis sperare oportet. At difficultate spirandi laborantes, si in faciem color subruber, aut niger antea non visus subvehitur, pus expuitione reddituros spes est. Propterea animadvertendum num pedes tumoribus infestentur; hoc enim iis indubitatum est signum. Viris autem potissimùm accidit: à quadragesimo anno ad sexagesimum usque. *Ex Lib. 2. Prædictorum. pag.* 110.

Epicharmo humeri dolor, & ad brachium gravitas contigit, stupor aderat, crebræ vomitiones & aquæ potio. *Lib. 5. Epid. pag.* 1054. *& 7. Epid. pag.* 1112.

Onisanitidi per æstatem humeri dolore ex abscessu detento, corpus & humerum quàm diutissimè mari madefacere contulit, simul per tres dies vinum album aquosum in mari decumbentem bibere; in eoque mejere. *Lib. 7. pag.* 1105.

Humeri Articulum unò modo in alam scilicet excidere vidi nunquam in exteriorem aut superiorem partem; non tamen excidat nec-ne contenderim, licet de eo aliquid dicere possim. Verùm in priorem partem nunquam vidi; nec excidere posse existimo ex initio. *Lib. de Articul. & ex Mochlico. pag.* 882.

Quibus humerus frequenter illabitur, ii per se ut plurimùm reponunt. *Ibidem.*

Humorum quatuor ratio.

Mundus quatuor ex Elementis constat, igne, aere, terra, & aqua; calido videlicet, humido, frigido & sicco. Iisdem ex Elementis quatuor totidemque humoribus & homo consistit; sanguine scilicet, pituita, flava & atra bile; & sanguis quidem aeri; pituita aquæ; flava bilis igni; atra verò terræ similis, &c. *Ex Lib. de Hominis Structura.*

Habet tum vir tum mulier in corpore quatuor humidi formas, ex quibus morbi oriuntur. Hæ sunt pituita, bilis, sanguis; [a] aqua. *Ex initio Lib. 4. de Humoribus.*

Quanam ratione bilis, sanguis, [b] aqua & pituita ex cibariis ac potibus oriantur demonstrare volo, hoc modo. Ventriculus ubi plenus existit, omnium in corpore fons est; vacuus verò ex corpore [c] tabescente haurit. Sunt etiam alii quatuor fontes ex quibus horum quisque in corpore procedit. Postquam igitur hi fontes ex ventriculo acceperint, ipsique vacuati fuerint, ex corpore hauriunt. Trahit quoque ipsum corpus cùm quid ventriculus in se habuerit. Sanguinis quidem fons est cor; pituitæ caput, aquæ [d] lien, bilis locus in hepate. Atque hi sunt quatuor humorum istorum fontes præter ventriculum. Ex his maximas habent cavitates caput & lien. Sic autem se res habet. In his omnibus quæ eduntur aut bibuntur, biliosi aliquid & aquosi, & sanguinis, & pituitosi inest plus minus-ve, in hoc vel illo, &c. Cum quis ederit, aut biberit corpus ad se ex ventriculo commemoratam humiditatem trahit, & fontes per venas de ventriculo trahunt, similis humiditas similem, & in corpus distribuunt, non secus ac in plantis similis humiditas ex terra similem attrahit. *Lib. 4. de Morb. pag.* 502.

Quod non sit unus tantum humor sed quatuor, quorum unusquique suam naturam & facultatem ob-

a. b Quid per aquam intelligat Hippocrates quærunt anxiè Interpretes, quorum pars maxima existimat disignari melancholiam. *Salius* verò vult nomine bilis designari utramque bilem tum flavam tum atram. Ab aqua verò hic denotari serosum humorem, à cujus opinione non multùm recedere Martinanum patebit, Nota quarta.

c Dum chylo vacuus est ventriculus, nisi opportunè administrentur cibi, repetit tanquam pessimus creditor, quem nuper commodaverat cibum, unde tabescit corpus.

d Quod lien hic dicitur fons aquæ, mirè torquet Interpretes, quorum alii ut *Valeriola*, negant librum esse Hippocraris. Plures verò per aquam melancholiam designari censent, ut dictum Nota 1. & 2. At *Martianus* contendit aquam opponi è diametro atræ bili, & hujus textus verba accipit ut sonant, lienem scilicet esse receptaculum aquæ, non verò melancholiæ: idem propè sentit *Salius*, per aquam, sanguinis serum intelligens.

ftinet, ex his conftat. Si enim alicui medicamentum exhibueris quod pituitam educat, pituitam tibi vomitione reddet, & fi medicamentum quod bilem ducat, bilem tibi reddet, &c. *Lib. de Natura hominis. p.* 174.

Quatuor effe humores homini noxios demonftravi. Quatuor etiam effe ipforum fontes affevero, per quos eorum unum quemque homo repurget. Iique funt os, nares, podex & urinæ fiftula; & ubi copiofior aliquis humor moleftus fuerit, fi per hanc viam homo repurgetur, nullus inde eum morbus vexat. *Lib. 4. de Morb. pag.* 508. 509.

Vere adhuc [c] viget in corpore pituita, fed fanguis increfcit; *& cætera Articulo de Sanguine afferenda.*

[c] Ea præfertim Veris pars quæ hyemem excipit, altera verò parte æftati vicina viget maximè fanguis.

Hyderus. Hydrops, hydropis differentiæ.

Hydropum cum [a] duæ fint naturæ (Hic qui Hypofarcidios velut fub carne dicitur) ubi hominem aggreditur evitari non poteft. Alter verò cum flatibus multam ad curationem facilitatem requirit, præcipuéque multos labores, fotum & temperantiam. Sicca edat & acria, nempe cum hac ratione plurimam urinam reddat & maximè viribus valeat. Quod fi fpirandi difficultate teneatur, anni tempus æftivum fuerit, ætas vigeat, robur adfit, fanguinem è brachio detrahere convenit; deinde panes calidos vino nigro & oleo intinctos edat, quam pauciffimo potu utatur, quam plurimùm laboret, fuillaque carnofa ex aceto cocta vefcatur ut afperis obambulationibus reluctari poffit. *Lib. de Acut. pag.* 395.

[a] *Galenus* multa reprehendit in hoc textu, tum quod duæ tantum affignantur differentiæ obmiffa Afcite, tum quod Anafarcam inevitabilem pùtet, quæ tamen curatu facilior; quodque adhibeat pro curatione tympaniæ remedia aliis differentiis convenientiora, uti venæ fectionem. At *Martianus* textus auctoritatem mordicus defendit admittens tantùm duas hydropis fpecies, quæ pertineant ad Afcitem, quarum prior fit fine flatibus, proftrato ita vifcerum calore, ut nullos flatus ingenerét, ideóque infanabilis fit. Pofterior cum flatibus aquæ intermixtis, quæ cura & remediis fit fanabilis; nec ullum tympanitem hydropem admittit à folis flatibus pendentem, qualem comminifcuntur plerique Medici; Leucophlegmatiam verò minimè pro hydropis differentia admittit, fed pro via tantùm & difpofitione ad hydropem. Siquidem ex Hippocratis mente nunquam is committatur abfque aquæ collectiono in ventre.

Hydrops ex pituita alba, Leucophlegmatia vulgò, Hyposarcha etiam & Anasarcta quorundam.

Cum pituita alba detinet, totum corpus tumore albo intumescit eodemque die, alia corporis parte melius, alia deterius habere videtur, tumorque aliàs alia corporis parte major & minor est. Huic medicamenta deorsùm purgantia exhibenda, ex quibus aqua aut pituita expurgatur. In victus ratione utendum cibis, potibus ac laboribus, ex quibus siccissimus & maximè gracilis [a] evadat. Morbus hic ex pituita oritur, cum quis ex diuturnis [b] febribus pituita abundaverit, neque purgatus fuerit, & in ejus carnes pituita vertitur, quæ quanquam reliqua pituita nihilo sit albidior, cutis tamen color apparet candidior, sanguis pituitæ copia aquosior redditur, propterea que candidiores apparent, morbusque pituita alba vocatur. Si igitur per initia curatio fuerit adhibita convalescit, sin minus in aquam intercutem [c] transit morbus, & hominem perimit. *Lib. de Affect. pag.* 533.

Si vetustior [d] pituita contigerit, pituita alba vocatur; sic afficitur æger, hominem magis gravat, formam pallidiorem habet; corpus universum laxo tumore intumescit, facies [e] rubet, os resiccatur, [f] sitis detinet, & cum comederit, crebra [g] respiratio contingit. Hîc interdum eodem die melius habet; interdum derepente dolet, & mori videtur. Huic si venter quidem sua sponte commotus [h] fuerit, sanitati erit proximus. Sin minus Cneoro dato vel Hippophæe, vel grano Gnidio, vel Magnesio lapide purgare oportet. Vinum [i] bibat nigrum, austerum & valens. Postridie manè stadia viginti obambulet; ubi autem redierit, exassatum panem paucum comedat, & pro opsonio allium coctum habeat, vinique ejusdem meracioris parum bibat. Deinde stadia 30. obambulet, cumque tem-

a Habita ratione prioris status, quo corpus turgidulum apparebat.

b Dissipato earum diuturnitate calore nativo; hæpatis præsertim.

c Hyposarcham seu Anasarcham dictam ex communiori Sententia; vel Ascitem ipsum *ex Martiano.*

d Idem si pituita morbus, de quo superiori textu ibidem tractatur, inveteraverit, desinit in Leucophlegmatiam seu pituitam albam, inquit *Martinus.*

e. f. g Hæc symptomata cum febre fiunt ob pituitæ putredinem & bilis admixtionem. *Ex eodem Martino.*

h Defluente pituita è venis majoribus per mesaraicas in alvum. *Martinus.*

i Diæta hic præscripta ex usu vini nigri, alimentorum desiccantium, & exercitiorum validorum cò spectat ut caloris naturalis robur excitetur. *Martinus.*

tempestivum fuerit quantùm prandere consueverat, cœnet. Pro opsonio pedes potissimùm suillos, [k] aut capita habeat, sin minus gallinaceis carnibus, aut suillis tritis utatur; piscibus verò gobio, scorpio, dracone, & similibus. Ex oleribus alliis solis utatur. Ex aquæ potu, atque plurimo somno, &c. Quod si visum fuerit sanguinem ex lumbis detrahere, [l] cucurbitam admoveto, & venas in scroto [m] crassissimas pertundito. Hic ad hunc modum curatus citò evadet. Carptim *ex Lib. de Intern. Affect. pag.* 565. 566.

Ex pituita ad aquam intercutem hoc modo [n] devenitur. Colliquatur pinguendo & à pituitæ ardore aqua fit, &c. *Ibidem continua serie.*

A pituita alba aqua intercus supervenit. *Aph.* 72. *sect.* 7.

k Intellige rostra suilla, quibus cum pedibus & aliis hic positis cibis commune est, ut parùm nutriant, & multùm attenuent. *Martinus.*

l Idem remedium præscribit *Celsus.*

m Varicosas interpretatur *Martinus.*

n Quemadmodum à pituita morbo seu cachexia pituitosa devenitur ad Leucophelgmatiam hyderi speciem, sic ab ipsa Leucophlegmatia ad hydropem Anasarcham ex colliquatione sanguinis pituitosi, inquit *Martinus ex doctrina Avicennæ & Aretiæ.*

Hydrops à laterum inanitate, & à jecore.

Aqua intercutem, quæ ex acutis morbis [a] oritur, mala. Nam neque febre liberat, vehementesque dolores excitat, & lethalis est. Oritur namque ferè ex laterum inanitate, partimque à jecore. Quibus igitur ex laterum [b] inanitate & lumbis initia ducuntur, iis pedes intumescunt, & longa alvi profluvia [c] obtinent, quæ neque dolorem ex laterum inanitate ac lumbis tollunt, neque ventrem molliorem efficiunt. At quibus à jecore aqua intercus oritur, his tussis & tussiendi cupiditas inest, sed nil fatu dignum expuunt, pedesque intumescunt, ac venter non nisi dura [d] ægréque egerit, & circa alvum tumores fiunt, qui partim dextra parte, partim sinistra oriuntur & desinunt. *Lib. Prænot. pag.* 47. *& Coac.* 452.

Aqua intercus ab [e] hepate oritur cum ad hepar pituita accesserit, eamque hepar exceperit, & humectum redditum fuerit; confestim igitur huic ardorem

a Pertinet siquidem ad primam differentiam primùm adductam. *Ex Lib. de Acutis*, Ascitem scilicet lethalem.

b Eo spatio quod situm est inter costas & ilia, intestina & mesenterium continente, quod videtur inane comparatum superis & inferis partibus osseis. *Gal.*

c Obstructis & inflammatis venis mesaraicis, unde impeditur chyli distributio in hepar. At venter nihilo minus attollitur à flatibus intermixtis. *Gal.*

d Quod hepatis inflammatoria dispositio dum humorem omnem exhaurit, alvum siccet, inquit *Duretus*. Probabile etiam succedere tandem profluvium saniosum ex visceris arcania.

præbet & flatum excitat. Deinde procedente tempore aqua impletur. Postea corporis morsus contingit, in tibiis & pedibus tumor est laxus: hepar durum redditur ac intumescit, & [f] claviculæ extenuantur. Huic per morbi initia [g] Origanum tritum cum laseris succo, erui quantitate in vini albi hemina dimidia maceratum potui propinato, & lactis caprini poculum quatuor heminarum, tertia aquæ mulsæ admixta parte. Primis decem [h] diebus cibis abstineat; hi namque morbum, lethalis sit nec-ne, dijudicant. Ptisanæ succum melle affuso coctum sorbeat; vinum album Mendeum, aut aliud suavissimum aquosum bibat. Ubi autem dies decem præterierint, cibos puros [i] assumat, & pro opsonio galli [k] carnes assas habeat, catulinis etiam coctis utatur, &c. At si his sanetur satis est. Sin minus ubi crassissimus evaserit, & hepar maximum [l] fungis inurito. Sic enim citò sanum reddideris. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 568.

e Primariò scilicet affecto, siquidem *ex Gal. 5. de Loc. Affect.* nunquam hydrops fiat, quin hepar afficiatur primariò vel secundario.

f Causam reddit *Martinus in Comment.* Quod hepar dum tumet nothis costis adhæreat, & per continuitatem pleuræ claviculas in consensum trahat.

g Quod atros humores infra dejicit. *Ex Dioscoride*, & laseri miscetur ad partium robur.

h Quod morbi hepatis acutorum more intra 14. dies moveantur. *Martinus.*

i Mundè apparatos, ut sint gratiores.

k Gallinæ *ex versione Martini.*

l Ejus enim distensio & tumor denotant materiam sub tunica adductam, quo casu Veteres cauterium ad ipsam usque materiam adigebant. *Martinus.*

Hydrops [a] *à liene.*

Lien aliquantulùm ægrotans potum ex ventriculo trahit, [b] morbus autem suboritur, & scrotum pellucidum evadit; & jugulum ac cervix, & pectus extenuatur, cum ex hoc morbo colliquescat, & humor in ventriculum defluat, interioraque aqua plena sunt; ventriculus cibum refugit, & quandoque quidem valde stringitur; quandoque verò effluit, neque [c] vesica probè transmittit, plerumque frequens [d] horror pervadit, interdumque febris prehendit, & quibusdam facies intumescit, quibusdam minimè. Nonnullis verò ubi morbus diuturnus fuerit, tibiæ rumpuntur, indeque aqua effluit, insomnia, corporisque imbecillitas præcipuè contingit, & ubi quis comederit [e], aut biberit, etiam paulò plus lien [f] affligitur, crebrumque spiritum semper emittit. Carptim, *ex Lib. 4. de Morb. pag.* 525. 526.

a Sunt qui à solo liene indurato Hyderum admittant; verùm nisi ad jecur frigus transeat, fieri non potest. *Gal. Libris de Loc. Affectis.* Hæc autem hydropis differentia à foco desumpta comprehenditur sub differentiis adductis initio. *Ex Lib. de Acutis.*

b Quod plenius in ventriculo demonstrabitur.

c Renes scilicet non defunguntur officio trahendi serum, quæ frequentissima hydropis causa, ut fusè inter recentiores explicat *Senertus.*

d Nec criticus nec periodicus, sed symptomaticus à putredine seri viscerum membranas vellicantis.

Si ex aquoſo & magno liene, mulier [g] in hydropem labatur, lien aquoſus evadit; cum vehemens febris hominem detinuerit, neque dimiſerit, ſitiſque valida corripuerit & biberit, neque vomitione quicquam refuderit; quod enim ad veſicam defertur, per urinam redditur. Lien verò cum ſit rarus & ſpongiæ ſimilis, & prope ventrem ſitus, quod eſt reliquum ex ventre ad ſe raptum ſuſcipit. His itaque ſic ſe habentibus ſi neque [h] exudarit, neque venter dimittatur ex eo ſplen attollitur; idque magis ſi aqua epota fuerit. At ſiquis ipſum attractet, mollis eſt, veluti lanæ tomentum; interdum [i] durus ac renitens. In tumorem autem ſublatus & oppletus per venas in corpus tranſmittit, præcipuéque in [k] omentum & partes ventrem ambientes & crura. In corpore enim ubi in una quaque parte pluſquam par ſit aut continere poſſit affuerit, altera ad alteram tranſmittit. Hydrops autem ſemper ſubſequitur, ubi lien naturâ laxus & rarus ad ſe trahere conſueverit. ***Ex** Lib.* 1. *de **Morb. mul.** pag.* 664. 665.

Aqua intercus ex liene oritur, cùm quis ficus virides & multa [l] poma ederit, aut ex multo racemorum eſu & muſto copioſo, &c. Acuti [m] tum dolores ex liene excitantur, & ad humerum, jugulum, iliaque tranſeunt, & febres vehementes [n] detinent, &c. Hic morbus reliquo tempore minus dolet. Cum verò pomorum tempus aderit, eaque comederit, magis dolet. Hunc per exordia [o] ſursùm veratro purgato, infra verò Cneoro, hippophaes ſucco, aut grano Cnidio, aut lacte aſinino ad heminas octo melle affuſo. Quibus niſi ſanetur, ubi lien magnus fuerit & intumuerit [p] capitibus apprehenſis, fungis inurito; aut ferramentis, adhibita cautione ne ulterius peruras. Hoc per morbi initia facito, hancque victus rationem exhibeto. Si febres non detinent, pane utatur triticeo toſto, [q] aut bis [r] ignem experto, aut pro opſonio ſalſamentum [ſ] Gaditanum, aut [t] ſaperdam habeat & carnem ovillam [v] tritam. Acida [x] omnia & ſalſa [y] co-

NOTÆ.

c. f Statim ſiquidem lien trahit à vicino ventriculo per vas breve, nec ſatis citò tranſmittit per renes attrahendi officio impares.

g Seu mulierem ſeu virum intelligas, nil refert, inquit *Martinus hic.*

h Dum enim corpus benè tranſpirat & ſudoribus diffluit, vix unquam committitur hydrops.

i Ex abundantiore ſero flatibus permixto, quibus diſtenditur venter.

k Notandum maximè in omentum exonerari lienem, unde docet *Duretus ad Coac.* 7 *cap. de Hydrop.* nullum Aſcitem generari abſque lienis vitio, quemadmodum nulla ſit Leucophlegmatia niſi afficiatur hepar primario vitio, *ex communi doctrina.*

l Vox *multa* hic habet emphaſim, niſi enim poma fructuſque alii hic expreſſi edantur mauri quantitate parum nocent viſceribus; ſed in pauca alvum movent, *ex Martini Commentario.*

m Ratione membranæ lienis.

n Dum incaleſcit ſanguis ſua natura fervidior innumeris arteriolis comprehenſus, incaleſcenſque adhuc ab obſtructione.

o Exordium curationis ſuſcipitur à vomitorio ratione cruditatis ventriculi à prava diæta contractæ. *Martinus.*

p Vult *Paulus* utrinque hamulis cutem extendi, & qua parte lieni ſuperjacuerit totam cauſticò trajici; caput autem vocat quod

medat, vinum [z] austerum Coum nigerrimum bibat. Dulcibus verò abstineat. Quod si exurgat, validisque viribus sit, humeris luctetur, & multos ambitus in die conficiat. Lib. *de Intern. Affect. pag.* 560.

magis è directo lienis extat & prominet. *Martinus*.

q. r Ad siccandum extenuandumque humorem, quò spectant cætera alimenta hic proposita.

s. t Utrumque explicatum suis locis.

v. Ergo perperam rejicit *Cardanus* ab hydropicorum diæta tusas carnes, inquit *Martinus*.

x. y Acida ob vim attenuandi, salsa verò quod digerant & constringant. *Martinus*.

z Factitium ex aquæ maris admixtione. *Ex Dioscoride & Plinio*.

Hydrops ex aquæ statariæ potu, seu universalis hydrops ex Martino.

Ex his aqua intercus oritur, si quis æstate ex longo viæ itinere in aquam pluviam & statariam inciderit; si igitur carnes [a] aquam combibant & in se contineant, nunquam autem secedat, hæc contingunt. Si quidem in carne fuerit, ardorem [b] ventri & corpori exhibet, proindeque pingue quod in ventre est colliquescit, &c. Hicquoad iter fecerit, nil mali habere videtur; itinere verò confecto, Solque occiderit, nullum laborem [c] exhibet; progresso verò morbo, multum extenuatur, præsertim si cibi fastidium accidat, &c. Horum plerisque [d] laxus tumor etiam toto corpore excitatur, & extenuato quidem color lividus existit, & venter magnus; sitis vehemens detinet, ejusque viscera præ calore exsiccantur, &c. Quod si tumor laxus detineat, ei pallidus color existit, venæque nigræ crebræ per corpus distenduntur; ex re quavis irascitur, & tristitia afficitur, venter nimio humore perhumescit, intumescit ac pellucet veluti laterna; procedente tempore cibos repudiat, &c. Curatio per Cneorum aut hippophaem aut granum Cnidium, &c. Potissimùm verò ejus aquæ ex qua in morbum incidit, quàm [e] plurimùm propinato uti ventrem commoveat, & multum demittat; sic præcipue sanum reddes. Præscribuntur etiam clysteres ex Cneoro trito, melle & betæ succo. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 570.

a Carnes intellige tum viscerum, tum musculorum, ut hic hydrops occupet totam corporis molem, qua ratione *Martinus* existimat inscriptum ab Hippocrate Catholici Hyderi nomine, sicque inscriptum invenisse in codice Græco.

b A concepta putredine.

c *Martinus* legit statim plurimùm laborat, valde dolet: *Marinellus* verò statim dolorem multum habet.

d Notat *Martinus* Hippocratem facere hic duo genera hydrope laborantiũ, ut quidam exercitationis potentes sint, sed delabuntur in cibi inappetentiam, unde tenues evadunt; quidam impotentes exercitationis cibum ex animi sententia sumunt, unde turgiduli evadunt.

e Etenim si in pauca quãtitate, intus retinebitur. At multa irritat facultatem expultricem, dyarrhœamque vel dysenteriam salutarem adfert, ob qualitatem biliosam ex corruptione & mora contractam. *Martinus*.

Hydrops ex [a] colliquatione.

Aqua intercutem plerumque oritur, ubi quis ex morbo longo non purgatus, diu vitam traxerit, carnes namque corrumpuntur & colliquantur, in aquamque vertuntur. *Lib. de Affect. pag.* 535.

Ex pituita ad aquam intercutem hoc modo devenitur; colliquatur pinguedo, & à pituitæ ardore aqua fit. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 556.

a Et si communis Medicorum sententia admittat tantùm tres hyderi universalis species, videtur tamen hic descriptus quartam constituere, quam *Aretæus* censet nominandam Anasarcham seu Hyposarcham à colliquatione carnis, pinguedinis, vel pituitæ in aquam seu serum, differentem à Leucophlegmatia, cui sæpe succedat. Quod scilicet Leucophlegmatia fiat à sanguine crud oseu pituita, licet sæpe conveniant sede, ut pluribus explicat *Martinus in cap.* 23. *Lib. de Intern. Affect.*

Hydrops [a] à capite.

Quin etiam cum in thoracem fluxio decubuerit, suppurati & tabidi fiunt. Cum verò in medullam fluxio contigerit, tabes cæca oritur. Quod si retrò in vertebras & carnes defluxerit, aqua intercutem suboritur. Inde verò dignoscas licet; quod partes anteriores siccæ sunt, caput scilicet, nares & oculi; quin & oculorum caligo accedit, & unà cum reliquo corpore ex virore pallescunt, neque quicquam expuitur, ne si multùm quidem defluat. Fluxio enim per mediam carnem posteriore parte delapsa, & ab anteriore aversa, anteriores partes siccas reddit, carnemque in posteriore irrigat, eamque magis quæ ad interiora est, ad ventrem quàm quæ ad exteriora, ad nares, &c. Plurimo verò humore carnes nutritæ & morboso turgidæ aqua [b] intercutem replentur. Quod si parum defluxerit, coxarum morbum, & diuturnos oculorum affectus Κεόδμαπα dicuntur, facit, si fluere cessaverit. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 405.

a Differentiæ essentiales hyderi comprehenduntur aut ternario numero ex vulgi sententia, aut quaternario, ut notatur Articulo superiore, aut coercentur binario *ex Hippocrate, textu de Acutis.* initio adducto, quem tuetur *Martianus.* Verùm propter hujusmodi differentias adduntur quædam accidentariæ rationes foci: unde quædam dicuntur ab hepate, aliæ ab ilibus, aliæ à splene, aliæ à capite, ut hoc Articulo. Quædam etiam differentiæ sumuntur à causa externa, ut quæ supra ex aquæ statariæ potu, &c.

b *Prosper Martianus* infert ex hac hyderi specie dari hydropem sine hepatis vitio adversus Galenum Galenique sectatores.

Hydrops [a] siccus; [b] Tympania vulgi.

Quibus tormina & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque

a. b Hydrops quem siccum appellat Hypocrates, pertinet ad hydropem ascitem, illam scilicet speciem, quæ flatibus mixta multam quidem facultatem

aliter solvitur, in hydropem [c] siccum terminantur. *Aph.* 11. *sect.* 4.

In hydrope sicco urina effluens stillatim [d] malum denunciat, mala quoque quæ exigua habet sedimina. *Coac.* 454.

Ubi hydrops siccus de se significationem præbet, tormina [e] ad tenue intestinum decumbentia malum denunciant. *Coac.* 458.

Spirationes quæ non nisi rectâ cervice ducuntur, hydropem siccum faciunt. (Vide infra in Spiratione.)

NOTÆ.

tem ad curationem requirit, opponiturque priori speciei prorsus incurabili, maléque Tympania vocatur à Neotericis, si *Martiano* crediderimus, ut notatur jam initio hujus tractatus.

c Vocatur siccus ob admixtos flatus qui aquæ comparati videntur sicci, vel quod pendeat ab intemperie sicca & hectica intestinorum ex *Galeno*. Addit *Martianus* adesse siccitatem quæ non tollatur ab aquæ præsentia, ita ut fæces prodeant glomeratæ captino stercori similes.

d Quod denotet majorem urinæ partem sursum ferri.

e Etenim dolorificæ tensionis laxamentum non potest comparari ob hecticam intemperiem. *Duretus.*

Hydropis prognostica [a] *in genere.*

Hi morbi ex necessitate mortem adferunt, tabes, aqua intercutem, mulieris utero gerentis erysipelas, &c. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 430.

Hydrops hyposarcidios dictus, ubi hominem aggreditur; evitari non potest. *Ex dict. text. Lib. de Acut. primùm adducto totiesque recantato.*

Aqua intercus quæ ex acutis morbis oritur, lethalis, *& cætera adducta Articulo de hydrope à laterum inanitate & ilibus.*

Qui aqua intercute detentus servari volet, eum robustis visceribus & contentis viribus esse convenit, facilè concoquere, benè spirare, sine dolore esse, totumque corpus æqualiter colere, neque extremis partibus esse colliquefactum. Præstat namque extrema [b] tumefacta esse, & si optimum fuerit nihil horum adesse; verùm tum mollia, tum gracilia esse, ventremque contactu mollem esse. At neque tussim, neque sitim adesse convenit, neque linguam [c] tum ne aliàs, tum ne à somno quidem [d] inarescere, cibos suaviter assumere, & ubi quis abundè comederit, nihil affligi, ventrem quoque medicamentis celeriter mo-

a Consentiunt ferè Medici tutiorem esse Leucophlegmatiam cum sint viæ multæ vacuandæ materiæ, per sudorem scilicet, alvum & urinam. Pessimum verò hydropem siccum ob intemperiem siccam prope insanabilem. At pro varietate circunstantiarum, ut hepatis scirrhosi, aliquando graviorem esse ascirem. Qui verò Anasarcham distingũt à Leucophlegmatia, dum illam volunt nasci ex colliquatione ut *Aretæus*, *Avicenna*, *Martianus*, incurabilem existimant. Opus enim fuerit totum hominem renovare, quod solius Dei est, inquit *Mercurialis*.

b Passim enim apparent turgidula absque periculo.

c. d Unde spes est redintegrandæ sanationis hepate nondum suo humore gratioso exhausto.

veri. Aliàs verò mollia & figurata excernere, urinam in tranſitu pro inſtituta vivendi ratione, & vinorum mutatione mutationem facere, defatigationem facilè ſuſtinere, nec laſſitudinem ſentire, &c. Ac ne is cui multus ſanguis ſupra infraque proruperit, febriſque acceſſerit, aqua impleatur, magnus metus eſt, & hujuſmodi aqua intercus breviſſimi eſt temporis, & inter inevitabiles numerandus. *Lib. 2. Prædictorum. pag. 96.*

Hic morbus lethalis eſt, cum aliàs, tum verò præcipuè cum venter aqua plenus eſſe cœperit; at cum ex liene aut hepate, aut alba pituita, aut inteſtinorum difficultate in aquam intercutem tranſierit, non admodum evadunt. In morbis enim ubi alter alteri ſuccedit, is plerumque interficit; corpus enim ex præſente morbo imbecillum redditum, ſi alter morbus acceſſerit, ex imbecillitate prius perit quam alter qui poſterior acceſſit, morbus deſinat. *Lib. de Affect. pag. 536.*

Aqua intercutem quæ curationi ceſſit, ubi recurrit, [e] ſpem tollit. *Coac. 46.*

Ab aqua intercutem laborātibus tuſſis [f] ſuperveniens, malum. *Aph. 35. ſect. 6.* Aqua intercute laborans, ſi à tuſſi habeatur, deſperatus eſt. *Aph. 47. ſect. 7.*

Si ab hydrope detento alvus fluida fuerit, admodum citò tum ſentiens tum loquens [g] moritur. *Ex fine Lib. 4. de Morb.*

Ab aqua intercutem habito, ſi aqua è venis in ventrem fluxerit, ſolvitur morbus. *Aph. 14. ſect. 6.* Quibus inter ventriculum & ſeptum pituita repoſita eſt, & dolorem affert non habens exitum, neque ad alterum ventrem, his per venas [h] ad veſicam pituita verſa ſolvitur morbus. *Aph. 54. ſect. 7.*

Aqua intercutem laboranti cum febre, urina pauca, & perturbata perniciem [i] denotat. *Coac. 456.*

Quibus hepar aqua [k] plenum in omentum eruperit, his venter aqua repletur, & moriuntur. *Aph. 55. ſect. 7.*

e Hydrops renaſcens denotat hepatis atoniam, maraſmum retorridum, atque ſcirrhum. *Duretus.*

f Tum demum deſperata tuſſis; quando ſolius hydropis ratione ſupervenit nō ex alia occaſione. Denotat enim imminere periculum ſuffocationis ab aqua aſperas arterias occupatura. *Galenus.*

g Intellige de conſummato hydrope, cui ob attritas vires nulla vacuatio ſalutaris fuerit. At in morbi initio juvat alvi profluvium dum vires conſtant. *Galenus, Duretus.*

h Nos ſcire oportet naturam robuſtam viam hic ſibi facilè moliri per venas, cum aliquando ex Hippocrate etiam per oſſa abceſſum faciat, quod difficilius. At ex venis facilis

commeatus tum per alvum, tum per urinas. *Galenus*.

i Ob raptum seri ad caput. *Duretus*.

k *Galenus* interpretatur de hydatidibus seu vesiculis aqua plenis jecoris membranam vestientibus, quas in omentum exonerari negat, sed in ipsam abdominis cavitatem, unde negat etiam mortem semper & necessariò sequi.

Hydropicæ materiæ abscessus & translationes.

a Notat *Duretus* in hydrope adesse stabulum corruptionis, ita ut maligna cacochymia varias in partes delata varii succedant affectus.

Ex aqua intercutem morbus comitialis [a] perniciem adfert, seu ex versione Dureti hydropicis superveniens epilepsia, lethalis. *Coac.* 454. 459.

Bion cum multo tempore aquâ intercutem laborasset, multis diebus cibum aversabatur, & urinæ stillicidio vexabatur, ad genu sinistrum oborto abscessu, & suppuratione facta mortuus est. *Lib. 7. Epid. pag.* 1090.

b Probabile est hydropi universali supervenisse pulmonis hydropem particularem.

Ctesiphon post magnam febrem ardentem aqua intercutem correptus est, & antea cum hydrope, & lienis tumore laborasset, valde oppletum est scrotum, crura & abdomen, sub finem tusses & suffocationes ad mortem contingebant, ex pulmone [b] magis veluti pulmonis vitio laborantibus. Tribus aut quatuor ante mortem diebus, rigor, febris corripuerunt. Ad femur dextrum parte interna juxta venam mediam, quæ ab inguine fertur, collectio velut ab igne agresti oborta est cum rubore aliquantum livido. Ad noctem oris ventriculi dolor, neque multò post vox defecit, suffocatio cum stertore, mortuus est. *Ibid. pag.* 1090. 1091.

In Olintho quoque qui aqua intercute laborabat, derepente voce defectus per diem & noctem mente captus mortuus est. *Ibidem*.

Hydropis Curatio.

a Nota ex brachio, non enim ibi loquitur Hippocrates de hydrope quem

Si æger difficultate spirandi laboret, æstas sit, ætas vigeat & virium robur adsit, sanguinem ex [a] brachio detrahere convenit. *Ex text. Lib. de Acut. initio adducti.*

Si

Si hydrope laborantem per initia in manus sumpseris priusquam aquâ admodum suffusus fuerit, medicamenta [b] propinanda, quibus aqua & pituita per inferiora purgetur; bilis verò minimè movenda; victus ratio instituenda, in cibis & potibus, laboribus & deambulationibus, ex quibus gracilis & siccus redditur, carnes verò quàm validissimæ. *Lib. de Affect. pag.* 535.

Aquâ intercutem laboranti utile est corpus [c] laboribus exercere, sudores movere, pane calido oleo intincto, & pauco [d] potu uti. Caput tepida lavare, vinum album & tenue auxilio quoque est ac somnus. *Lib.* 5. *&* 7. *Epid. pag.* 1051. 1104.

Potionem aquâ intercutem laboranti concinnabis, si [e] cantharidum trium (ablato cujusque capite, pedibus & alis) corpora tria ex tribus aquæ cyathis contrita exhibueris. *Lib. de Vict. in Acut. pag.* 395.

Aqua invadente, [f] & imminente lactis cotylas octo in potum exhibeto. Quod si vomat, neque bibat, pulmentum ruris ex intrito allio & cœpa factum, quod Mycton [g] vocant, apponito. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6.

NOTÆ.

attulerit suppressio sanguinis menstrualis vel hæmorrhoidalis, quo solo casu *Galenus* venæ sectionem admittit, eamque ex pede. Solus enim Anasarcha cum ex hujusmodi retentione vel quapiam plethorica causa incœperit, eget venæ sectione, ita ut, inquit Tympanum & Ascitem nemo per hoc remedium sanare ausus fuerit. At *Martianus* è contra in omni hydrope venam secat, quoties concurrunt quatuor conditiones hic ab Hippocratæ expressæ.

b *Gal. ad Aph.* 55. *sect.* 7. Hydropis curationem perficit medicamentis hydragogis, tum etiam diureticis, & epithematis humorem eliciendi & digerendi per halitum & vaporem vim habentibus.

c *Asclepiades* solis frictionibus & jejunio hydropicos sanabat. *Ex Mercuriali.*

d Exemplo Julii Equitis Romani perpetua potus abstinentia sanati apud *Plinium*.

e Cantharidum seu sola corpora, seu solæ extremitates exhibeantur, usus periculosus. *Gal.*

f At confirmato hydropi solus *Avicenna* præscribit lac camelinum quod aquas expurgat. *Mercurialis* verò lac omne rejicit seu ut medicamentum, seu ut alimentum.

g Particula acris saporis non modò ex allio & cœpa, sed etiam caseo intritis cum ovo, oleo, & aceto. *Ex Fœsio.*

Hydropicorum sectio, punctio, ustio.

Hydropicos [a] citò incidere oportet, tabescentes confestim urere, caput secare. At ista in aqua intercutem suffusis animadvertanda sunt, ne cujus venter aut interiora ferro contingantur. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 7. *text.* 8.

Sectio fit juxta [b] umbilicum, vel retrò juxta ilia; inde pauci evadunt. *Lib. de Affect. pag.* 536. [Jungendi loci adducti Articulis de Hydrope à laterum inanitate & hepate, & de Hydrope à liene, de Inustione

a Citò quidem ante quàm pituita corrumpatur, viscera gravius lædantur, & vires concidant. *Ex Hòlerio.* Addit *Duretus* locum fore Paracentesi, cum sit hydrops ex simplici suppressione, non ex perenni generatione. Si quidem nil prosit rivulum exhaurire in fontis perennitate.

b Vel in ipsius meditullio, de quo vide *Lauren-*

NOTÆ.

tium in Quæstionibus Anatomicis.

hepatis & lienis. Tum in Articulo de Pituita alba, de pertundendis scroti venis.]

In aqua intercutem ex colliquatione, & pituitæ conversione in aquam, si in scroto & femoribus ac tibiis tumor laxus subortus fuerit, peracuto scalpello crebris & multis vulnusculis pertundito, quæ ubi feceris citò sanum reddes. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 567.

In puero aquam intercutem sic curato, tumidas & aqua plenas partes gladiolo aperito, crebróque ac parùm à singulis partibus educito, fomentisque utitor, & semper quod apertum est calefaciente medicamento illinito. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 413.

Hydrops pulmonis, infra *in Pulmone.*
Hydrops uteri, infra *in Utero.*
Hydroa, infra *Sudamina.*

Hyosciamus, [a] *Altercum herba Apollinaris.*

a Solus is Medicinæ usibus aptus, cujus flos & semen albicant. Tertio gradu refrigerans. Ex *Gal. Lib. 8. Simplicium.*

Commendatur in suffitibus uteri ad ventrem aberrantis. *Lib. de Nat. mul. pag.* 618.

Hypericum.

Præscribitur [a] passim in morbis mulierum, tanquam uterum expurgans.

a Calefacit & siccat tenui substantia præditum; ideo urinam & menses ciet. *Gal. ibidem.*

Hypochondria, [a] *Præcordia, Ilia.*

Hypochondria optima quidem quæ dolore vacant, mollia sunt & æqualia tum dextra tum sinistra parte. Incensa [b] verò aut dolentia, aut intenta, aut inæqualiter affecta dextra parte ad sinistram. Hæc omnia animadvertenda sunt. Quod si etiam hypochondriis pulsus [c] insit, perturbationem indicat aut delirium. Verùm eorum oculi etiam intuendi sunt. Si namque

a Intellige totam illam regionem quæ à xyphoide cartilagine utrinque ad ilia protenditur, quatenus non modò musculos, sed & iis subjecta viscera comprehendit.

b Tum à viscerum phlogosi, tum à bile saturata malignaque. *Duretus.*

c A vehementi motu arteriarum & inflammatione diaphragmatis, unde perturbatio & delirium.

crebrò [d] moveantur, insania expectanda est. At tumor in hypochondriis durus & dolens pessimus quidem ubi tota hypochondria occuparit. Sin verò altera parte sit, minore cum [e] periculo sinistra. Hujusmodi autem tumores circa [f] principia quidem mortem brevi affore indicant. Quod si neque intra vigesimum diem febris quiescat, neque subsidat tumor, ad [g] suppurationem res vertitur. His autem [h] primo circuitu etiam hæmorrhagia contingit, [i] valdeque juvat. Verùm eos interrogare oportet num capite doleant, aut obtusam oculorum aciem sentiant. Quod si quid ex his accidat, eò rem [k] tendere sciendum. In junioribus tamen neque dum [l] trigesimum quintum annum attingentibus sanguinis eruptio magis expectanda est. Tumores [m] autem molles & doloris expertes digitisque cedentes, longiores judicationes faciunt, illisque minus graves sunt. Quod si intra dies 60. neque febris cesset, neque tumor subsidat, fore suppurationem hoc loco & reliquo ventre eodem modo significat. Itaque tumores dolentes, duri & magni periculum mortis intra paucos dies affore significant. Molles verò & indolentes illis diuturniores esse solent. Ac ventris tumores minus [n] abscedere nati sunt quàm qui in præcordiis nascuntur, &c. in Abdominis tumoribus adducta. *Lib. de Prænot. pag.* 46. *& Coac.* 279. 280. 281.

Recentes præcordiorum tumores inflammationis expertes, ac dolores qui in ipsis fiunt, murmur circa præcordia exortum [o] solvit, sed potissimùm ubi per urinas & dejectionem elapsum fuerit. *Ex fine Coac.* 281. *& Aph.* 73. *sect.* 4.

Hypochondriorum pulsus cum turbatione mentem emovet, idque præsertim [p] si oculi frequenter moveantur. *Coac.* 282.

Oris ventriculi dolor ac hypochondriorum pulsus cum febre in qua corporis habitus perfrigeratur, [q] malum denunciat, idque præsertim si cum tenuibus sudoribus contingunt. *Coac.* 283.

NOTÆ.

d A jugi commeatu vaporum biliosi sanguinis infernè sursum.

e Minor enim dignitas lienis quàm hepatis, quod per excellentiam hypochondrium dicitur.

f Circa principia enim morborum nil sperandum criticum.

g Quæ licet expetenda sit, est tamen periculo juncta.

h Primo septenario.

i Juvat quidem modò fiat è directo visceris affecti.

k Res scilicet, dum hæc accidunt, tendit ad hæmorrhagiam criticam, quam cephalalgia & oculorum suffusio præcedere solent.

l Ea enim ætate sanguis abundat; valet facultas, & calor exuperat. Hactenus *ex Gal. & Dureto.*

m Quos Medici vocant œdemata, inquit *Galenus* hic; seu in ipsis visceribus fiant seu in abdomine, de cujus partis tumoribus hic maximè agit Hippocrates, inquit *Martianus.*

n Explicatus fuit locus supra in Abdomine.

o Quod hujusmodi borborygmus denotet victoriam caloris naturalis adversus crudum humorem. *Duretus.*

p Etenim ut linguæ tremulæ signa sunt non solidæ mentis, sic etiam oculi crebrò huc illuc injectir. *Ex Dureto*, qui interpretatur pulsum hypochondrii, conspicuum arteriarum motum.

q *Duretus* & *Martianus* hic

Ingruentes ad hypochondria dolores cum aliàs prævi sunt, tum verò si alvos profundunt. Deteriores autem si parvo tempore fiant. Quin & ex his affligentes parotides [r] pessimæ. *Coac.* 284.

Hypochondria sublata subsistente alvo [f] malum significant. His præcipuè qui jamdudum contabescunt & alvo diffluunt. *Coac.* 287.

Quibus hypochondria inflammatione tentantur & pus colligunt, iis sub mortem nigra [t] dejiciuntur. *Coac.* 288.

Hypochondriorum tentio cum sopore & incontinenti corporis jactatione, capitis dolore vexato [v] parotides denunciant. *Coac.* 289.

Ex hypochondriorum tumore biliosis spiratio [x] magna & febris acuta parotides excitat. *Coac.* 290.

In hypochondriis jamdudum afflictis, & graveolente [y] alvo, assurgens parotis mortem adfert. *Coac.* 292.

Hypochondria non mollia, & facies non benè habita, non nisi liberali hæmorrhagia è naribus, aut [z] convulsione, aut [aa] coxendicis dolore solutionem accipiunt. *Coac.* 296.

Quibus dolor circa ilium fit absque inflammatione, his febris superveniens [bb] morbum solvit. *Aph.* 40. *sect.* 6.

In præcordiorum contentione manus compressio & balneum [cc] prodest. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6.

Ex hypochondriorum dolore, obortæ febres [dd] malignæ, quod si sopor accesserit, pessimum. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 56.

Philisco ægro primo. *sect.* 3. *Lib.* 1. *Epid.* febre acuta detento, cum lotio nigro, narium stillicidio, insomnia, delirio, extremorum frigiditate, sudore frigido, lien in biliositatem rotundam sublatus est, & ad finem usque sudores frigidi perseverarunt, accessiones diebus paribus invaserunt. Obiit secto die.

Silenus æger secundus *ibidem*, febre vehementissima correptus cum alvi profluvio bilioso, sincero, saturato,

---

ponunt jecoris inflammationem, cujus magnitudo cernitur in pulsu hypochondrii, extremorum frigore & sudariunculis.

r Quod sint dimidiati tantùm abscessus morbo tollendo impares

f Malum inflammatis visceribus alvum subsistere, malum & diffluere; illud pendet à morbi magnitudine, hoc à virium infirmitate: *Duretus*.

t Mortem morticiniumque redolentia, *Duretus*.

v Parotides fundit caput repletum, at hujus repletionem arguunt caphora & cephalalgia. *Duretus*.

x Quæ denotat humores sursum ferri.

y *Duretus* hic ileum intelligit quem denotant stercoris aut chyli vomitio & spiratio fœdi odoris.

z Per transitum humoris in musculos.

aa Irruente humore ad Articulos imbecilliores ampliores & laxiores.

bb Dum discutit flatum doloris iliaci causam.

cc Hæc sanè prosunt, sed diversa ratione, compressio scilicet calorem cogendo, balneum verò poros laxando & humorem diffundendo.

dd *Galenus Comment. in Proreth.* mirè invehitur in hanc sententiam, quam strenuè defundunt *Duretus & Martianus*, & comprobant auctoritate & experientia ducta ex *hisce Lib.* 5. *Epidemion Historiis*, quas nos idcircò summatiè perstrictas apposuimus.

furato, urinis nigris, siti, insomnia, præcordiorum contentione utrinque molli ad umbilicum promissa, pustularum rubentium varis non absimilium eruptione quæ permanebant, nec abscessum faciebant: undecimo die obiit. Huic per exordia ad extremum usque spiratio rara & magna, & præcordiorum continens palpitatio.

Adolescens ad Mendacium [ee] forum decumbens etiam febre gravissima correptus cum alvo conturbata, urinis tenuibus & nigricantibus, insomnia, siti, extremis lividis, & frigidis obiit. Septimo huic præcordiorum contentio submollis utrinque. *Lib.* 3. *Epid. Histor.* 8.

ee Locum sic dictum ob concursum frequentem mendacium, ut soles, mercatorum.

Hermocrati auriginoso (cujus Historia afferetur in Regio morbo,) die vigesimo septimo demortuo, præcordia molliter contendebantur. *Histor.* 2. *sect.* 1. *Lib.* 3. *Epid.*

Apollonius Abderitanus diu rectus & obambulans morbum sustinuit. In tumorem ei sublata sunt viscera, & consuetus hepatis dolor perseveravit. Tunc etiam auriginosus factus est. [ff] Flatibus abundabat, & colore erat sublivido. Obiit die trigesimo quarto. Huic perpetuò alvus turbata fuit. Urinæ tenues, nigræ. Sopore detentus fuit & insomniis. Extrema frigida; per totum morbum deliravit, phrenitide periit, Carptim *ex Histor.* 13. *sect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

ff Quod auriginosi sint ad extra biliosi, intus pituitosi ob proventum crudorum humorum ab imbecillitate caloris nativi.

Hypoglossis, Batrachium, [a] *Ranula.*

a Hæc pueris familiaris, interdum phlegmones, sæpius œdematis speciem exhibens, quo aperto mucus ovi candido similis prodit. *Ex Fernelio.*

Si Hypoglossis aut tuberculum sub lingua oriatur, lingua intumescit, parsque sub illa externa ad contactum dura est, & salivam devorare non potest. Cum sic habuerit, spongiam calida madefactam apponito, & farinam hordeaceam vino & oleo incoctam parte exteriore qua intumescit in cataplasmate admoveto, ficum decoctam ad gargarisandum dato, nec lavato. Ubi verò purulentum fuerit [b] secato. Quandoque autem sua sponte erumpit & citra sectionem considit.

b *Pareus* & alii ignito ferro aperiunt, ne secus recreatur. Nigra verò &

cancro accedens ranula non attingenda ne exaspe retur. *Senertus.*

Cum verò parte superna suppuraverit, inurito. *Lib. 2. de Morb. pag. 464.*

a Hypopium est collectio puris copiosi sub cornea. *Gorreus.*

[a] *Hypopia.*

Partes sub oculis cavæ hypopia dicuntur. *Lib. de Intern. Affect. pag. 567.*

Hyssopum.

a Deficcat & calefacit tertio gradu cum tenui substantia. *Ex Gal. Lib. 8. Simplicium.* Pulmonum obstructionibus admodũ efficax. *Ex Dioscor.*

Calidum [a] est & pituitam educit. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.*

Hysterica paßio, infra *Uteri suffocatio.*

I

a Ichor modò sumitur in meliorem partem pro sero totius massæ sanguinis lactis sero similis, modò generalius pro aquosa & tenuiori cujusvis humoris humiditate, quæ magis propriè dum in corpore spectatur ichor, dum extra corpus sanies vocatur, & in malam partem sumitur. Vide *Fœsium in Œconom.*

b Qualis solet inesse melancholicis, estque lixivio similis, in quo paucæ sunt partes crassiores, longè plures serosæ & tenues.

Ichor. [a] *Ichorosus sanguis.*

Causus fit cum resiccatæ venulæ æstate tenues biliososque humores (quos Græci ichor vocant) attraxerint, *& cætera adducta in Causo. Ex Lib. de Acutis.*

De ichoroide [b] sanguine seu aquoso ita sentiendum, quod pavidos & pervigiles facit, seu bonus seu malus sit. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text. 29.*

Ecquid minimè coaluit sive pellicula sive carne tegatur cavum est, quod dum homo valet, spiritu quidem, dum verò ægrotat sanie plenum est, *& cætera adducenda Articulo de Musculis.*

Icterus, infra *Regius morbus.*

Iecur, supra *Hepar.*

Jejunium, Inedia; Junge quæ de Fame.

Jejunium ad capitis dolores & ad crapulam [a] malum est. Qui semel [b] in die tantùm cibum capiunt, ii & imbecilli evadunt, calidam urinam reddunt, præter consuetudinem exinanitis vasis os salsum & amarum redditur, in quovis opere sunt tremuli, corpora ipsis distenduntur, neque cœnam perinde concoquere possunt, ac si pransi essent; hos minus quam pro consuetudine bibere convenit; *& cætera ex Lib. de Acutis. pag.* 393.

At nunc cum ventrem exoneramus benè valemus, & biduo nil edentes & esse, & aliquid facere sustinemus, neque hoc tempore propter vacuationem debilitamur. Humor enim in corpore relictus robur præstat. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 510.

Quod vita hominis septem dierum numero circumscribatur manifestum est. Plerique quidem ex iis qui septem diebus nil edere aut bibere voluerunt, in [c] his moriuntur. Quòd si quis eos superaverit, nihilominus moritur. Nonnulli etiam ne per inediam à vita discederent, sed ut comederent & biberent persuasi sunt; verùm venter non amplius admittit, jejunum intestinum cohærescit, moriunturque. *Lib. de Carnibus. pag.* 214.

Senes [d] facillimè jejunium ferunt. Secundo loco qui ætatem consistentem habent minus abolescentes; omnium minimè pueri, præsertim qui inter ipsos sunt [e] vividiores. *Aph.* 13. *sect.* 1.

[Famem plurimùm prodesse [f] in hominum natura ad sanitatem & morbum dictum supra in Fame. Nocere etiam aliquando in morbis constabit. *Ex textu Lib. de Acut. adducendo in Victu ægrorum.*].

a Manifesta ratio cum cuivis pateat in jejunio attrahi humores seu ichores in ventriculum cujus consortio caput afficitur.

b Uti solenne erat antiquis sobriè viventibus, ut refert *Plutarchus in Symposiacis.*

c Nisi jamdudum paulatimque in contrarium fuerit consuetúdo inducta ut in Essæis Hebræorũ Philosophis, quos *Mercurialis ad Aph.* 13. *sect.* 4. narrat semel tantùm in hebdomada & cibum sumere & alvum exonerare solitos.

d In ætate viridique senecta constituti; non autem decrepiti. *Gal.*

e Aciore & vividiori ingenio præditi corpus & animum indesinēter exercentes. *Gal.*

f Ut quæ sola leviores affectus sanet. *Fernelius.*

Ignis ſacer, ſupra *Eryſipelas*.

[a] *Ileus*, [b] *Volvulus*. [c] *Chordapſus*.

Oriuntur volvuli ex incaleſcente ventre ſuperiore, inferiore verò refrigerato. Reſiccatur enim inteſtinum, & conſtipatur inflammatione, ita ut [d] neque flatum, neque alimenta tranſmittat, ſed venter durus fit, & vomat interdum. In primis quidem pituitoſa, deinde billioſa, tandem ſtercus. Sitis & dolor, maximeque circa præcordia detinet, totus etiam venter dolet, & inflatur, ſeſe jactat, febres invadunt, præcipuéque die ſeptimo contingunt. His ea curatio inſtituenda, venter [e] ſuperior citiſſimè purgandus, ſanguis [f] ex capite & cubitis detrahendus, ut alvus ſuperior caleſcere deſinat. Partes ſupra ſeptum tranſverſum excepto corde refrigerandæ. Inferiores autem partes, hominis in aqua calida ſolio collocato & oleo ſuperillito calefaciendæ, & calefacientia humida admovenda. [g] Collyrium ex ſolo melle decem digitorum latitudinis ſumma parte anteriore felle taurino illitum bis aut ter ſubjiciendum, ut exuſta omnia circa inteſtinum rectum ſtercora educas. Quod ſi ſic ſucceſſerit, poſtea infuſum per clyſterem ſubjiciendum. Sin minus folle fabrili [h] in ventrem flatus immittendus, ut tum ventrem tum inteſtinum contractum diſtendas. *Lib. 3. de Morb. pag. 493.*

Cum volvulus corripuerit venter durus fit, nil infra demittit, dolor totam inferiorem alvum detinet, febris & ſitis adeſt. Quandoque etiam pre dolore bilem vomitione rejicit. Hunc intus & extra oportet humectare, & multa calida lavare, bibereque quæ alvum moveant & urinam ducant, & per infuſum ſubluere ſi admittat. Quod ſi clyſterem [i] recuſet, fiſtulam ad propendulum utriculi petiolum adalligata & inflata multus flatus immittendus, inteſtinoque & ventre per flatum diſtento, detracta fiſtula confeſtim clyſter injiciendus, quem ſi [k] admiſerit alvum demittet,

a. b. c Ileus quod ſæpius inteſtinum tenue occupet. Volvulus quod inteſtina convolvi videantur. Chordapſus quod partis affectæ tenſio inſtar chordæ ſub manu percipiatur. *Gorreus.*

d Nil infernè ejicitur, ne ſi acriore utaris clyſtere, tandemque ſtercus evomitur exitialiter ſe habentibus. *Gal. ad Aph.* 10. *ſect.* 7.

e Ut citiùs revellatur humor à parte affecta.

f Ex pluribus ilei cauſis graviori quæ in inflammatione inteſtini conſiſtit venæ ſectionem proponit.

g Suppoſitorium recentiores nominant.

h Follem fabrilem commendat etiam *Tralianus*, uti etiam inter recentiores *Senertus*.

i Quod non rarò accidit oppilato à fæcibus, nimiumque adſtricto craſſo inteſtino.

k. l. Caput enim curationis eſt motum periſtalti-

mittet, & [l] convalescet. Si verò ne sic clysterem receperit, septimo ferè die moritur.

Oritur autem morbus ubi copiosè acervatum stercus in intestino, pituita circum ambiente, [m] combustum fuerit, intestinumque his confertim induratis intumuerit, nullumque ex his medicamentis quæ superbibuntur recipit, sed vomitione rejicit, neque admota per inferiora infusa recipit. Lib. *de Affect. pag.* 536.

In tenuioris intestini morbo eoque non intenso, sed [n] levi, frigidum vinum multum & meracum, quantum convenit dandum, quoad somnus aut crurum dolor subortus fuerit. Quem [o] febris quoque & intestini [p] difficultas sine dolore solvunt. Lib. 2. *Epid. sect.* 6. & Lib. *de Judicat. pag.* 71.

Quibus ex stillicidio urinæ ileos [q] supervenerit, in septem diebus pereunt, nisi febre superveniente urina satis fluxerit. *Aph.* 44. *sect.* 6.

Ab ileo vomitus, singultus, desipientia vel convulsio, [r] malum. *Aph.* 10. *sect.* 7. Tenuioris intestini morbo laborantibus vomitus & surditas malo sunt. *Coac.* 470.

In ileosis [s] cum intercipitur urina cita mors venit. *Coac.* 502. [ex emendatione Dureti rejicientis communem lectionem quæ habet *in biliosis*.]

Mulier ad [t] Tisamenum molestis volvuli casibus appetita multis vomitionibus conflictabatur, potum continere non poterat, dolores circa præcordia aderant, quæ in inferioribus secundùm vertebram locis cum torminibus assiduis urgebant, non sitiebat, incalescebat, extrema perpetuò refrigescebant, stomachi fastidio laborabat, vigil erat, urinas tenues, paucas reddidit; alvi recrementa tenuia, cruda, [v] pauca. Nil amplius juvare poterat. [x] Obiit. *Histor.* 9. *sect.* 1. *Lib.* 3. *Epid.*

cum intestinorum restituere, quo perverso cuncta sursum in ventriculum remeant miserè.

[m] Comburitur quodam modo stercus, dum subsistens diutius in intestino ibi desiccatur, & calorem acriorem contrahit, idque maximè si adsit intestini inflammatio.

[n] Cum nulla adest inflammatio, nec stercoris combustio: in quibus casibus præferendus frigidæ largior potus, quo miro sæpe successu deturbatur infernè biliosa stercorosaque proluvies.

[o] Dum ileus fit à pituita, crudóque humore.

[p] Intellige levem dysenteriam, quæ hujus morbi crisim afferat uti cholera morbus exolvit lipyriam febrem.

[q] Intellige à materia crassa & flatulenta vesicæ collum obstrui, indeque intestinum premi, unde succedit ileos lethalis ob excrementorum in viscera refluxum, nisi febris obstruentem materiam consumat. *Heurnius.*

[r] Hæc enim omnia symptomata sunt consectaria ilei desperati. *Gal. Duretus.*

[s] Emendationis rationem adfert hanc *Duretus*, quod stranguriæ & ilei transitus sit frequens, dum is fit à pituita putri & glutinosa fæcibus involuta.

[t] Quendam Thasium civem apud quem ægrotabat hæc mulier. *Mercurialis.*

[v] Si excrementa pauca rejiciebantur, ergo non semper omnimodo suppressio fæcum.
[x] Secundo vel tertio die. *Ex conjectura Galeni.*

Ileus [a] illegitimus triplex.

a *Martinus Comment. Lib. de intern. Affect.* docet has species non pertinere ad ileum propriè sumptũ pendentem à coarctatione absoluta intestinorũ omniũ ferè morborum acutissimum, sed ab iis constitui alteram differentiam ilei, in qua sit angustia quidem, sed non integra obturatio intestinorum, undeque succedat chronicus affectus.

b Hæc prima species vocatur ileus hyemalis à pituita.

Convolvuli appellantur hi morbi, ex hisque præcipuè oriuntur, siquis calida & humida victus ratione per [b] hyemem utatur, neque ciborum ratione facta obambulationibus se exerceat; verùm expletus perpetuò dormiat. Deinde derepente longum iter per frigus conficere cogatur, postea sub ossibus rigor corripiat. Sic igitur afficitur, flatus universo corpore suboritur, ejus color plumbum refert, & perpetuò riget, adeò ut calida ei affusa, minimè calida sentiatur. Corpus autem ejus dum lavatur à calida desquammatur, præsertim scrotum, sique digito corporis partem aliquam comprimas desidere facies, & tibi vestigium apparebit, non secus ac in farina aqua subacta; maximè autem in pedibus desidet. Ejus autem crura gravantur, & si ambulet tremunt; sique per acclivem locum iter faciat, crebrò admodum spirat, ulnæ [c] suspensæ esse videntur, sitis per noctem detinet, cibos quoscumque comedit, crudos demittit, &c. Huic interdum aqua intercus in ventre suboritur. Si igitur suborta fuerit, eum minimè secare oportet, moritur enim, sed eum iisdem remediis curare quibus ex liene aquâ intercutem laborantem.

c Cubiti videntur suspendi *ex lectione Martini: ex lectione* verò *Marinelli* ulnæ dependere videntur.

Alius convolvulus [d] auriginosus invadit æstate potissimùm in palustribus locis. Ex aquæ autem potione magis. Plerique verò sub sole volutati, cum capitis dolore ejusmodi morbo detenti sunt. Verùm ut priores afficiuntur colore excepto, pallidus enim existit ut malicorium, & oculi interdum auriginoso colore implentur. Hunc iisdem remediis quibus priorem curare oportet.

d Seu *Martino* ileus biliosus.

Tertius convolvulus [e] sanguineus. Cætera quidem copia eadem quæ prioribus contingunt. Morbus autem per Autumnum oriri incipit, in eóque hæc accidunt. Ex ore malus odor expirat, à dentibus gingivæ abscedunt, & ex naribus sanguis effluit. Interdum

e Seu hæmatites propter frequentem hæmorrhagiam quam putridi vapores sursum delati suscitant. hujus autem causa est humor melancholicus impurus quem nigricans color ostendit. *Ex Martino.*

vero ex cruribus ulcera erumpunt, & hæc quidem ſaneſcunt. Alia verò exoriuntur, color niger eſt, cutis tenuis, ad deambulationem & exercitationem [f] alacriter ſe habet. Hunc ita ſe habentem iiſdem quibus ſuperiores curato; &c. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 584. 585. Ubi curatio proponitur.

[f] Qui Medici interpretantur hunc convolvulum de Scorbuto, ii hîc obmiſſam particulam negativam cenſent, ſic legentes, [ad deambulationem & exercitationem alacriter non ſe habet.] *Senertus de Scorbuto.*

Impetigo, infra *in Lepra*.

Inflammatio, infra *Phlegmone*.

Infuſum, *Injectio*.

(Paſſim intelligitur de clyſtere, tum alvino, tum uterino.)

Inguen. Inguinum affectus: Vide quæ ſupra, *in Bubone*.

Fullonibus tubercula in inguinibus dura & ſine dolore exorta ſunt, circa pubem & collum, magnitudine ſimilia erant: febris [a] antea per decē dies tenuerat, tuſſi [b] ex ruptionibus conflictabantur. Tertio aut quarto menſe contabuit venter, caloreſque ſupervenerunt; lingua arida, ſitis & alvi dejectiones moleſtæ aderant. Mortui ſunt. *Lib. 7. Epid. pag.* 1106.

[a, b] Nota febrem tuſſiculoſam præceſſiſſe, quæ abſceſſum fecerit in inguina ex ſympathia partium pectoralium cum genitalibus. Eadem enim ratio hîc inguinum & teſticulorum. Vide plura in Sympathia.

Quidam accepto in inguine à ſagitta vulnere, quem vidimus, præter omnem ferè expectationem [c] ſervatus eſt. Neque enim ſpiculum quod nimis altè deſcenderat, eductum fuit, neque ulla memoratu digna ſanguinis eruptio, aut inflammatio aderat, neque claudicavit. Inventum autem ſpiculum ſexto demùm anno ex quo vulneratus erat, eduximus. Injecta autem erat ſuſpicio illud inter medios nervos latuiſſe, venamque nullam aut arteriam diviſam fuiſſe. *Lib. 5. Epid. pag.* 1048.

[c] Miro eventu ratione tū partis vulneratæ, quæ vicina habet tot inſignia vaſa, tum educti ſpiculi poſt tot annorum curſum.

Infania, [a] *Mania*, *Furor.*

Infania quidem nobis ab humiditate [b] contingit; cum enim natura cerebrum fuerit humidius, agitari neceſſe eſt, atque ubi movetur affectio, neque viſionem, neque auditionem conquieſcere, ſed aliud interdum cernere, & audire neceſſe eſt, linguamque eadem quæ ſingulis momentis videt & audit effari: quo tempore cerebrum quieſcit eo etiam homo ſapit. At cerebri corruptio ex pituita & bile oritur. Utrumque hoc modo diſcernes. Qui à [c] pituita quidem inſaniunt, quieti ſunt, neque vociferantur, neque tumultuantur. Qui verò ex bile clamoſi ſunt & maligni, & minimè quieti, ſemper intempeſtivè aliquid faciunt. Ex iis igitur cauſis continuò inſaniunt. Quod ſi metus & terrores adſunt ex cerebri tranſmutatione contingit, dum cerebrum à bile incaleſcit, *& cætera in Terrore adducenda, ex Lib. de Morbo Sacro.*

Hæc quæ vides animantia reſeco, bilis [d] naturam & ſedem inquirens. Noſti enim quod hæc ubi redundarit, inſaniæ cauſa eſt, &c. *Ex Democrito in epiſtola Hippocratis ad Damagetum.*

Qui inſania corripiuntur, aut per ſe à morbis liberantur: Iis dolor ad pedes aut pectus ſubiens, aut vehemens tuſſis oborta inſaniam [e] ſolvit. Quod ſi ſoluta inſania nil ex iis accidit, cœcitas ſequitur. *Lib. de Judicat. pag. 70.*

Inſania [f] magnum morbum invadendi conſuetudine, jam familiarem ſolvit. *Ibidem paulo poſt.*

Vomitus virulenti & æruginoſi cum capitis dolore promptam inſaniam [g] ſignificant. *Lib. 1. Prædict. Sent. 10.*

Inſanientibus ſi varices vel hæmorrhoides ſupervenerint, inſaniæ [h] ſolutio. *Aph. 21. ſect. 6.*

a Vehemens deſipientia abſque febre ab humore aduſto, bilioſo, & acri; licet aliquando ſumatur pro ſimplici delirio melancholico. *Ex Gal. ad Aph. 21. ſect. 6.*

b Ea ſcilicet ſpecies quæ ſtoliditas vocatur.

c Hîc opponuntur à pituita inſanientes ſtolidi, ſcilicet inſanientibus à bile ſeu furioſis, obmiſſa tertia differentia omnium frequentiſſima, eorum ſcilicet qui à melancholia inſaniunt.

d Seu flava fuerit phrenitidis parens, ſeu atra ſimplex, tamen vulgò melancholia dicta, quæ delirium melãcholicum facit, ſeu atra exquiſitè dicta ex aduſtione aliarum ſpecierum quæ maniam ingenerat.

e Etenim cum inſania fiat ab atra bile cerebrum irrigante, ſi hæc à cerebro in aſperam arteriam decumbat, tuſſis cum raucedine excitatur eademque ratione qua ex inſania in raucedinem fit abſceſſus. *Ex Coac. 484. Martianus.*

f Accipe cum *Gal.* de melancholia morbo.

g Facto progreſſu bilis æruginoſæ in atram. *Gal.*

h Seu inſanientes accipias cum *Galeno*, hic *de Melancholicis*, ſeu cum *Mercuriali de Maniacis.*

Insomnia.

Qui de his quæ per somnos contingunt rectè [a] conjectaverit, is ea magnam vim habere comperit. Animus enim vigilat, & cum corpori subministrat, in multas species divisus sui tantùm rationem non habet, sed singulis corporis partibus partem quandam distribuit, sensibus nimirum ad audiendum, videndum, tangendum, ambulandum, agendum. Denique ad omne corporis obsequium; adeóque ipsa mens sui rationem non habet. Cum verò quiescit corpus, animus movetur, & in corporis partes subrepens domum suam regit, omnesque corporis actiones obit. Neque enim corpus dum dormit, sentit. Ipse verò vigilans cognoscit, quæ sub visionem & auditionem cadunt, videt, audit, tangit, tristitiâ afficitur, secum cogitat, atque ut semel dicam, quæcunque corporis aut animi officia, ea omnia per somnum animus peragit, *& cætera fusè tradita Libello de Insomniis, à pag. 352. ad pag. 359.*

a Vide Annotationem *Mercurialis in Sent. 5. Lib. 1. Prædictorum de Insomniis phreniticorum*, ubi multa affert præclara de insomniorum causis.

Intestina; Iunge quæ supra *de Colico dolore.*

Ex ventriculo procedit intestinum sibi simile, parvum, cubitorum non [a] minus 12. in orbem per sinus convolutum, quod nonnulli [b] Colon vocant, per quod alimentum defertur. Colo annexum est [c] princeps intestinum; postremum, multum carnem habens, in summum podicem desinens. *Lib. de Corporum resectione. pag.* 931.

Homo crassiora intestina habet ad instar [d] canis, majora tamen. Appendent autem ex medianis membranis, quæ Mesocola dicuntur. Hæc verò ex nervis à spina sub ventre procedentibus. *Lib. 6. Epid. sect. 4. text. 6.*

Intestino vulnerato spiritus infra ad vulnus proce-

a Semper observavit clarissimus *Riolanus* resecta in pyloro & podice intestina septies longitudinem corporis æquare, interdum etiam novies.

b Coli nomine passim omnia crassiora intestina designantur ab *Hippocrate.*

c Ideo princeps vocat *Hippocrates*, quod sit cæteris crassius & magis carnosum.

d Hoc si verum sit, necesse est immutatum aliquid in figura intestinorum. Nam in canibus cæca ap-

dit ſine manifeſto ſenſu, & pectus [e] vacuatur. Lac igitur cum vino pari aquæ mixtura temperato exhibeto. *Lib. 2. Epid. ſect. 6.*

Veſica diſciſſa, &c. aut aliquo ex tenuibus inteſtinis, [f] lethale. *Aph. 18. ſect. 6. & Coac.* 503. Si quod inteſtinorum tenuium diſcindatur non coaleſcit. *Ibidem. Aph. 26.*

Ubi infra umbilicum fuerit; quod inteſtina torquet, tardus & levis eſt [g] inteſtinorum cruciatus. *Lib. de Humoribus.*

Oris ventriculi dolores cum inteſtinorum cruciatu interaneorum animalia [h] gignunt. *Coac.* 285.

Lariſſæ quidam lata haſta percuſſus à tergo vulnus accepit, cujus acies infra umbilicum penetravit; poſt acceptum vulnus dolor vehemens tenebat, & venter intumeſcebat. Poſtridie exhibito medicamento deorſum purgante quiddam ſubcruentum dejecit, & mortuus eſt. Hujus inteſtina non eſſe [i] ſana, venterque ſanguine redundare videbatur. *Lib. 5. Epid. pag.* 1043.

NOTÆ.

pendix major quàm in hominibus *ex eodem Riolano*, qui ſuſpicatur textui ineſſe mendum, ita ut pro Κύες legendũ ſit ὕες, quod iſta ſuibus magis conveniant.

e Evacuantur pectora *ex Marinello*. Quod ſcilicet ex partibus ſpirationi dicatis ſeu pectore ſpiritus per vulnus exeat.

f Tenuium inteſtinorum ventriculique natura multum habet carnoſæ ſubſtantiæ, ideoque ſumma parte vulnerata ſæpe glutinantur, tota verò ad cavitatem uſque diviſa rariſſimè. *Gal.*

g Eſt enim indicium affecti craſſioris inteſtini, cujus vulnera minus doloroſa ac tenuioris quidem nervoſius.

h Non gignunt ſanè, ſed inteſtino ingenitos declarant hujuſmodi dolores.

i Imò fuiſſe ipſa inteſtina perforata dejectus ſanguis oſtendebat manifeſtè.

Iracundia, ſupra *in animi Pathematis.*

Iugulum, [a] *Os claviculare.*

Jugula in quibuſdam [b] conſpicua videntur & venæ apparentes. *Lib. 6. Epid. ſect. 3. text.* 22.

Dolores ſenſim ingraveſcentes, ſi ad [c] jugulum & ſuperiores partes tranſeunt, perniciem [d] minantur. *Coac.* 70.

a Cavum illud quo diſparantur claviculæ, jugulum dictum, quod hic locus ſit cædi maximè obnoxius. *Gorreus.*

b Conſtat in gracilibus & extenuatis jugula apparere detecta, iiſque venas etiam extare ſanguine plenas, plerumque corrupto plenas. *Gal.*

c Ut in pleuræ & hepatis inflammatione.

d Propter tranſlationem peſſimam infernè ſurſum. *Duretus.*

Iugulatio.

Quæ ſe ipſam jugulaverat ſuffocabatur, cui longè poſtea medicamentum deorſum purgans devorandum exhibitum per alvum [a] demiſſum eſt. *Lib. 5. Epid. pag.* 1046.

a Unde conjicienda ſanatio ſanè miranda, cujus ſimile exemplum refert

Figræus in Chirurgia de quodam jugulato ingeſtos liquores aeremque per vulnus reiiciente, curato tamen convenienti ſutura.

Iuvantia. A iuvantibus Indicatio.

Semper in medendo modus qui ſanitatem inducit mutandus [a] eſt, quod ſi gravius malum reddiderit, contrariam viam amplectitor. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 406.

In morbis quos quis minimè cognoſcit medicamentum minimè vehemens potui exhibendum eſt. Quod ſi inde levior æger evadat, demonſtrata via eſt. At extenuando curatio inſtituenda eſt; ſin verò minimè levius habeat, ſed ægrius, contraria facienda ſunt. *Ibidem. pag.* 416.

[a] Attamen ſi eadem medendi ratio maneat perſeverandum *ex Aph.* 52. *ſect.* 2. Imperitæ enim ſtoliditatis eſt nil ratum certum ve tenere, & per omne remedii genus oberrare, inquit *Fernelius Lib.* 1. *Meth. cap.* 7.

Iuventus, ſupra *in Ætatum ratione.*

L

Labium.

Contractum [a] labium perruptionem bilioſæ alvi ſignificat. *Coac.* 240.

In febre non intermittente ſi labrum, vel oculus, vel naſus pervertatur [b] mors in proximo. *Aph.* 49. *ſect.* 4.

Febres in quibus labia exulcerantur ferè [c] intermittunt. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 8. *text.* 41.

[a] Quemadmodum & ſalivatio; fit enim utrumque ſympathia ventriculi ſeſe concutientis ad rei moleſtæ excluſionem.

[b] Hæc enim eò graviora ſunt, quò nervorum originem propiùs attingunt. *Gal.*

[c] Eas ſecuriores & breviores etiam rei medicæ ignari præſagiunt, nec temerè ut plurimùm.

Labor, ſupra *in Exercitatione.*

Lac [a] *in genere. Lactis partes.*

Lac in lignea vaſa cava affuſum Scythæ agitant; conturbatum verò ſpumeſcit ac ſeparatur, & butyrum quod pingue vocant cum leve ſit in ſummo

[a] Conſtat in activis qualitatibus lac eſſe temperatum, in paſſivis verò humidum, ratione autem ſeri habere vim deterſoriam; paſſim *ex Gal.*

reponitur ; grave verò & crassum subsidet, quod etiam separantes siccant. Quod cùm secretum & separatum fuerit, Hippacem nominant. Lactis verò serum medium locum obtinet. *Lib. 4. de Morb. pag. 516.* Ubi plura, facta etiam comparatione lactis [b] & sanguinis.

b. Circa comparationem lactis & sanguinis notandum. *Plaetri* paradoxum, qui non minus in sanguine quàm in lacte triplicem tantùm substantiam agnoscit, partem scilicet pinguiorem, serosam & caseosam.

Lac muliebre. Lactatio; Ablactatio.

Cùm fœtus movetur tunc sanè lac de se significationem obtinet. Mammæ enim attolluntur, & papillæ turgescunt, neque tamen [a] lac prodit, & mulieribus quidem quæ denso sunt corporis habitu, tardior est lactis significatio, seriusque fertur. Citius verò his quæ [b] rarum habent corporis habitum. *Lib. de Nat. puer. pag. 196.* Ubi plura.

Dum mammæ exuguntur, venæ quæ ad eas tendunt ampliores redduntur, & ampliores effectæ quod pingue est à ventre trahunt, & in mammas transmittunt. Vir namque si crebrò venerem exerceat, ampliores venæ redditæ semen attrahunt. *Ibidem.* Quæ pauca menstrua demittunt eas sine lacte esse contingit, sicciores enim sunt & densiore corporis habitu. *Ibidem. pag. 204.*

Ubi prægnans est mulier ei menses prodire non solent; præter quam [c] nonnullis pauci. Quod enim ex cibo & potu in sanguine est dulcissimum ad mammas vertitur, & velut exugendo trahitur; reliquumque corpus magis vacuari, minusque sanguine redundare necesse est, eæque à natura solidam & densam carnem habent. Ideóque cum via densa sit, neque ex ventre ad mammas satis humoris defertur. *Lib. 1. de Morb. mul. pag. 675.*

Si mulier quæ neque gravida est, neque peperit, lac habet [d], huic menstrua defecerunt. *Aph. 39. sect. 5.*

Pueri naturâ pleniores pro corpulentiæ ratione lac sugunt.

a Imò prodit si comprimantur papillæ; unde discernitur graviditas à mola.

b Hic admodum Paradoxologus videtur *Martianus* existemans lac non generari à solo sanguine, sed etiam à cibis quorum succus nondum planè confectus avidè trahitur è ventriculo in mammas per carnis porositates, ibique immediatè in lactis substantiam immutatur, provocatque ad experientiam ipsarum nutricum quæ ingesto statim cibo affirment se lactis descensum in mammas sentire, iisque propterea admodum favet dum coitum suadet à quo rarescant tum corporis habitus tum vasa ad mammas pertinentia.

c Iisque sanguine abundantibus aut salacioribus defluit è venis cervicis uteri, aliquando etiam ex ipso utero: ut notatum *Articulo de Gravid. affectibus. Notat. 6.*

d Hanc miram lactis generationem admittit *Gal.* hîc, quam confirmant Hi-

fugunt. Voraces & qui magnam copiam lactis trahunt, non pro ratione [c] incrassantur. Ex lactantibus qui multam urinam reddunt, minimè per [f] annum durant. *Ex initio Lib. de Dentitione. pag.* 232. Qui dum mammam sugunt, multùm lactis [g] assumunt ut plurimùm [h] somnolenti sunt. Qui cum mammas sugunt non benè habito sunt corpore, ii macilenti permanent & ægrè reficiuntur. *Ibidem. In fine Libri.*

Lactanti [i] pustulæ per totum corpus eruperunt, quæ ad æstatem consederunt, ubi lactare desiisset. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 2.

NOTÆ.

storiæ plures tum virginum, tum etiam virorum, lac è mammis profundentium à *Laurentio* adductæ. At is censet lac hujusmodi esse alterius naturæ à lacte gravidarum refluente ab utero in mammas per communicationem venarum epigastri cum mammaria. Illud verò generari ex residuo superfluoque venarum mammariarum alimento, neque esse verum lac.

c Voracibus hujusmodi non respondet facultas concoctrix ventriculi nimia copia obruti.

f Quod iis fit infirma facultas retentrix.

g Ob jugem appulsum gratiosi vaporis.

h Ideo ægrè reficiuntur, quod nullum aliud alimentum æquet iis lactis bonitatem.

i Hujusmodi pustulæ indicabant lac desciviste à sua bonitate ex aliquo nutricis vitio forsan graviditate.

Lac [a] *generantia.*

Si lac deficiat, porra trita & aqua macerata potui exhibeto, calida lavet, & in cibo porra ac brassicam comedat. Cytisi autem folia incoquito, & decoctum sorbeat. Quin & fœniculi nec-non radicis illius decoctum propinato, & hordeum decorticatum unà cum butyro & refrigeratum potui exhibeto. Ad hoc conducit etiam hypomarathrum & hyposelinum & cytisus & salvia, &c. Ab acribus, salsis, acidis & omnibus crudis arceatur. Cardamum etiam ex vino potum ad id valet, lac enim expurgat. [b] Viticis etiam semen ex vino exhibeto. Quin & betæ succus lac copiosum facit. Carptim *ex Lib. de Nat. mul. pag.* 623. *&* 1. *de Morb. mul. pag.* 658. 659.

a Hæc etiam semen generant, prædita scilicet facultate moderatè calida & humida, inter quæ valent eruca, fœniculum, smyrnium, anethum, apium, sion, polium, virentia potius quàm sicca. *Gal. Lib.* 5. *Simplicium.*

b Excipiendus videtur vitex à regula supra *ex Gal.* posita, cum *ex Hippocrate* simul lac generet, & feminis generationē impediat: unde Agnus castus dicitur.

Lac quibus morbis [a] *prosit, quibus noceat.*

Lac dare [b] capite dolentibus malum. Malum verò & febricitantibus, & quibus ilia suspensa murmurant. Malum autem & quibus in febribus acutis bilio-

a *Mercurialis Comment. in Lib. de Acutis*, in curatione de Apoplexia, notat Veteres usos lacte in tres omnino scopos, ad alendum, ad temperandum, ad purgandum.

b In dolore capitis per essentiam causa in ipso ca-

sæ sunt dejectiones, & quibus sanguinis multi dejectio facta est. Convenit autem & tabidis dare; qui non valde multùm febricitant, & in febribus longis & parvis, si nullum ex prædictis signis affuerit & præter rationem consumptis. *Aph. 64. sect. 5.*

Nonnulli sic capite dolentibus lac propinant, quòd capitis dolore vexentur. Quidam verò aquam quòd animo linquantur. Ego contra si capite doleant, & mentis læsio adsit, convenire aquam existimo. Cum verò [c] morsus & acrimonia inest, his lac benè facit. *Lib. 1. de Morb. mul. 666. 667.*

Si natura lienosa aut flatuosa sanguine defecta fuerit mulier, neque lac, [d] neque serum bibat; alioqui per medicamenta deorsum purgato. *Lib. 2. de Morb. mul. pag. 709.* Lac asininum bibat, si minimè lienosa fuerit. *Ibidem. pag. 715.*

Aquâ intercutem invadente & imminente lac exhibeto in potu. Supra *in Hydropis curatione.*

Eratoli puero difficultate [e] intestinorum correpto, &c. Epoto sero, & lacte candentibus calculis incenso dolores moderatiores evadebant. *Ex Histor. integrâ in Dysenteria prostante.*

Menesianacti contigit alvi dejectio, huic venæ sectio facta, veratrum exhibitum, lactis vaccini potione usus est, ac primùm asinini quod alvi egestionem sedavit. Carptim, *ex Lib. 7. Epid. pag. 1098.*

pite manente lac noxium; at in dolore per consensum, lactis aliquod genus confert, utiasininũ in calida jecoris intemperie cum materia acri, aut lactis serum seu uti purgatorium, seu uti attemperans. *Mercurialis ad Aphoris.*

c Præsertim in ventriculo, intestinis, vesica.

d Quod à dulcibus intumelcant viscera. *Ex Gal. cap. 4. Lib. 13. Methodi.* Licet præscribatur asininum in Hydrope à liene. *Lib. de Intern. Affect.* Ubi monet *Martianus* non prohiberi lac in quibuslibet lienis affectibus, sed iis tantùm qui biliosi dicuntur.

e Notabis *ex Amato Lusitano*, ubi febris adest, lac dysenteriæ nocere instar veneni, quod accipiendum de ardentiori febre, concedit siquidem *Mercurialis* sub hisce tribus conditionibus, prima nisi adsit magna febris: secunda modò alteretur coquaturque. Tertia ut corpus priùs fuerit præparatum purgatione.

Lactis differentiæ, seu species variæ variis in morbis usurpatæ.

Lac [a] mulieris marem lactantis in pudendum infundito. *Lib. 1. de Morb. mulier. pro curanda Sterilitate.*

Lac [b] asininum [c] coctum ad alvum subducendam exhibeto, nec minus quam ad 12. heminas, & si vires adsint ad 16. *Lib. de Acut. pag. 384.* in Apoplexia febre ardente laboranti; si ad aquam mulsam alvus non solvatur, lacte asinino cocto expurgato. *Ibid. pag. 382.*

a Lac muliebre omnium præstantissimum, non humano corpori familiarissimum, sed quoniam id sibi ceu pueris exhiberi pleri que recusant, utique ceu asinis asininum magis convenit. Ut ludit *Gal. cap. 6. Lib. 7. Meth.*

b Reliquis omnibus uti-

Cholera morbo laboranti lac asininum donec purgatus fuerit, propinato. *Ibidem. pag.* 396. Ad sanguinem è naribus manantem sistendum alvum lacte asinino cocto solvito. *Ibidem. pag.* 397. Sic in axario morbo propinatur. *Lib. de Affect. pag.* 538. In hydrope ex liene. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 569. *& alibi passim.*

Lac equinum [d] coctum eodem quo asininum modo exhibeto. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 573. In hepatico morbo lactis equini heminas octo melle affuso exhibeto. *Ibidem. In Lienis morbo tertio inflammatorio. pag.* 575.

Lactis [e] caprini poculum 4. heminarum mensura aquæ mulsæ triente commixto, manè exhibeto. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 573. In morbo hepatico secundo, huic lactis caprini poculum 4. heminarum tertia aquæ mulsæ admixta parte exhibeto. *Ibibem. pag.* 578. *In Hydrope ab hepate.*

Sic Cleonigo Abderitano renum doloribus vexato & sanguinem paulatim meienti cum intestini difficultate exhibitum manè lac caprinum cum aquæ quinta parte. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1114.

Lactis vaccini usus omnium frequentissimus, maximéque ad impinguandos ægros. Sic mulieri à partu sanguinem evomenti lac asininum diebus 7. aut 8. propinatum. Post hæc lac [f] vaccæ nigræ ad quadraginta dies. *Lib. de Natura mulieb. pag.* 618.

Laseris succum Orobi quantitate & nasturtii semen tenuiter trita, & vino aut lacte canino permixta exhibeto ad fœtum ejiciendum. *Dicto Lib. de Natur. Mulieb. pag.* 605.

Cum lacte omnes quidem benè nutriunt Cyceones. Verùm tamen [g] ovillum alvum sistit. Caprinum [h] magis subducit, bubulum minus. Equinum verò & asininum per alvum magis demittitur. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 323.

lius præsertim phthisicis, quippe cum tenuissimum sit, minimè coaguletur, & quoquò versus celeriter digeratur. *Gal. Ibid.*

c Coquitur, ut minus flatulentum evadat. *Gal.*

d Camelino lacti proximè accedit equinum, quod in serositate secundas tenet, inquit *Martinus* hic. At camelinum præscribitur lienosis ab *Avicenna.*

e Hujus præstantiam declarat *Gal. Lib.* 5. *de Sanitate tuenda*, exemplo Agricolæ qui centum annos supetavit hujus lactis usu, quod sumebat modò intritum cum mica panis, modò cum melle incoctum.

f Lactis è vacca nigra præcellentiam confirmant *Mesuæus & Rhasis*, quod niger color denotet calidius esse animal, cujus lac fit ea ratione perfectius coctum.

g Ovillum crassum & præpingue non usque adeò stomacho utile. *Ex Dioscoride.*

h Imò alvum minus movet quod astringentibus pabulis, rubo, robore, lentisco, terebintho vescatur. *Dioscorid.*

a. b. Eo tamen delectu ut bubulum præferatur ad nutriendum & impinguandum, caprinum ad roborandum & astringendum ventriculum; asininum & equinum (quæ serosiora) usurpentur, ubi ablutione, extersione & expurgatione fuerit opus. *Martinus.*

[a] *Lactis plura genera eodem in morbo [b] usurpata.*

Lac bubulum & caprinum, si anni tempus ferat, bibatur; prius tamen asinino cocto aliquantùm purgetur. Bibat autem quotidie manè lactis equini excolati poculum trium hemirarum mensura. *Lib. 2. de Intern. Affect. pag.* 551. ***In Pulmonis inflammatione ex Tuberculis.***

Et serum ac lac bubulum, caprinum, asininum, equinum bibat, si anni tempus ferat. *Ibidem. pag.* 554. ***In Pulmonis inflammatione.***

Lac variè commixtum contemperatumque.

a *Galenus* vult id ab Hippocrate hic notari pro censura Pytoclis, quasi minus approbet hujusmodi dilutionem; at contrarium existimat, *Martianus.*

Pytocles lac multa [a] aqua commixtum ægris exhibebat. Lib. 5. *Epid. pag.* 1049. Intestino vulnerato lac cum vino pari aquæ mixtura temperato exhibeto; supra *Articulo de Intestinis.* Post purgationem & venæ sectionem jejuno singulis diebus lactis bubuli 4. heminas tertia muriæ parte admixta exhibeto. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 576. ***In tertio Lienis morbo.*** [De mixtione salis omnium frequentissima fidem faciunt Loci nuper de caprino & bubulo lacte adducti. Frequentissimè etiam miscebatur in Cyceonis compositione, ut notatum supra *Articulo de Cyceone.*]

a Serum extergendi vim possidet & adhibetur ventris subducendi gratiâ; injicitur etiam per clysterem extergens & abluens sine mordacitate intestinorum acrimoniam; detergit etiam ulcera quæ acri sanie infestantur. *Gal. Lib.* 10. *simplicium.*

b Solenne Hippocrati asininum lac substituere lactis sero, non quia non

Lactis [a] serum; ejusque seù bubuli, seu caprini usus & quantitas.

Post medicamenta serum coctum cum pauco sale potui exhibeto per plures dies, & mentham insuper edat. Si serum non adsit, lac asininum [b] decoquito modò lienosa non fuerit, &c. Lib. 2. *de Morb. mul. pag.* 709. ***In Mensibus albis.***

Cum articularis dolor adfuerit medicamentum deorsum

sum purgans propinato, deinde serum coctum & lac asininum potui exhibeto. *Lib. de Affect. pag.* 539.

Si anni [c] tempestas ferat, serum & lac bibat. Serum quidem ad purgationem. Lactis autem potione utatur 40. diebus. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 561. *In Tertio Renum morbo.*

Ubi dolor remiserit veratrum exhibeto. Postero autem die serum lactis caprini ad duos [d] congios potui exhibeto, ad alterum congium melle affuso, ad alterum sale injecto, deinde vicissim alternatis poculis totum bibat. *Ibidem. pag.* 581.

NOTÆ.

possit omni tempore serum ex lacte propinari, sed quia non existimabat Hippocrates quovis anni tempore serum utiliter exhiberi; at cum non licet ei substituitur lac asininum; inquit *Martianus*.

c Notandum præterea vix unquam proponi serum ab Hippocrate, quin addat si anni tempus ferat, nunquam tamen id tempus determinasse. At idem *Martianus* observat productis variis Hippocratis locis admissum seri usum vere, Autumno, & hyeme, nunquam æstate, quòd ea tempestate acrimoniam habeat majorem quàm conveniat.

d Miranda tanta seri quantitas, 18. scilicet librarum antiquis assueta, quam *Amatus Lusitanus* imitatur *Histor.* 74. *Centur.* 2. ubi serum præscribit ad *Lib.* 5. *vel* 6. admixto saccharo rosaceo ad instar aquarum medicatarum. Quod etiam approbat *Mercurialis Comment. in Lib. de Acutis*; ubi miratur Medicos nunc ita cœcutire, ut omittant hoc remedium sumptu & operatu facillimum.

Lachrymæ.

Si oculi lucem refugiunt aut illachrymantur præter voluntatem, [a] periculosum. *Lib. Prænot. pag.* 44. Quicunque in febre vel aliis morbis sponte illachrymant, nil absurdum: quicunque verò non sponte, absurdius. *Aph.* 52. *sect.* 4. *& Lib.* 4. *Epid. pag.* 1035.

Quibus invitis per febres acutas lachrymæ effluunt; in his modò cætera exitialiter se non habeant, expectanda hemorrhagia. His verò qui malè se habent, non hæmorrhagiam, sed mortem portendunt. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 3.

Lachrymæ considerandæ num volenti [b] aut invito, vel multæ, aut paucæ, aut calidæ, aut frigidæ emanent. In quibus etiam crassitudinem & gustum inspicere oportet. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 8. *text.* 23.

a Ob imbecillitatem facultatis retentricis.

b Sunt enim arbitrariæ lacrymæ quod constat ex Præficis mulierculis antiquorum ex hocque *Martialis* disticho,

Amissum non flet cum sola est Gilla patrem;
Siquis adest jussæ prosiliunt lacrymæ.

Lactuca. Obiter etiam de [a] *Cichorio.*

Lactuca frigidissima est, priusquam succum habeat, imbecillitatem autem quandam [b] capiti infert. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.*

Choleram morbum infert etiam cocta. Ut patuit in Cholera supra, *ex Lib. 7. Epid. pag.* 1106.

Si ex partu sedis dolor adsit, lactucæ semen cum anserino adipe mixtum comedat. *Lib. 1. de Morb. mul. pag. 689.*

a Probabile cichorium comprehensum hîc sub lactuca: refrigerat enim & adstringit, stomachoque utilissimum. *Ex Dioscord.*
b Oculis præsertim. *Ex Dioscord.* At *Galenus* præfert omnibus oleribus, vocatque olus innocentissimum, qua se usum profitetur tum in juventute ad bilis contemperationem, tum in senectute tanquam unico insomniæ antidoto.

Lapathum, infra *Rumex.*

Laser, Laserpitium, Silphium; Asa [a] *quorumdam.*

Laserpitium tum caule, tum succo, quibusdam quidem maximè, inexpertis verò per alvum minimè descendit, & choleram aridam vocatam parit, præcipuè si cum multo caseo aut bubula carne misceatur. *Lib. de Vict. in Acut. pag. 394.*

a Dicitur etiam succus Cyrenaïcus, quod ex agro Cyrenensium quondam afferretur. Asam existimat *Renodeus* quæ fit duplex, fœtida una stercus diaboli dicta; altera dulcis quam officinæ perperam binjomum vocant.

Lassitudo [a] *spontanea.*

Lassitudines spontaneæ morbos prænunciant. *Aph. 5. sect. 2.*

Lassitudinem habentibus in febribus, in [b] articulis potissimùm & circa [c] maxillas abscessus fiunt. *Aph. 31. sect. 4.*

a Non à labore contracta sed ingenita corporibus affectio, spontanea lassitudo vocatur, quæ triplex. Una ex cacochymia cum ulceris sensu; altera ex plenitudine. Tertia ex cacochymia plenitudineque in unum coeuntibus quæ inflammationis sensū præ se fert. *Gal.*
b, c Quia articuli maxillæque spatia habent superfluis humoribus excipiendis idonea.

Lassitudinaria febris, supra *Febris laboriosa.*

Lassitudo ex labore.

Qui non exercentur ab omni labore lassitudinem

contrahunt; nulla enim corporis pars ad ullum aliquem laborem est [a] accommodata. Quæ verò exercentur corpora à minimè consuetis laboribus lassantur. Quædam etiam à consuetis exercitationibus in lassitudinem incidunt, si iis supra modum utantur, & ea quidem sunt lassitudinum genera.

Earum verò facultas sic se habet. Qui non exercentur, cum humidam carnem habeant, ubi laboraverint concalefacto corpore multam colliquationem dimittunt. Quod igitur cum sudore emissum, aut cum corpore repurgatum fuerit, non amplius vexat corporis partem præter consuetudinem vacuatam. Quod verò post secretionem intus remanet huic molestiam exhibet, & ei parti quæ humiditatem suscepit, cùm corpori sit minimè commodum sed infensum. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 336.*

Ex moderato labore nulla quidem oritur lassitudo. Cum verò quàm par sit major fuerit, carnem supra modum exsiccat; eaque humore vacuata incalescit, dolet, [b] horrore concutitur, ac nisi quis rectam victus rationem adhibeat ad febrem diuturnam devenit. In primis quidem balneo neque multo neque nimis calido utendum; deinde à balneo epoto molli vino, in cœna quàm plurima & cujusvis generis edulia offerenda, & potu aquoso, vino autẽ [c] molli ac copioso utendum. Postea diutius confricandum, dum venæ oppletæ turgescant. Mox vomendum & post modicam stationem molliter dormiendum. Postea per dies sex sensim ad cibos & potiones consuetas redeundum; & in his ad consuetum tum cibum tum potum deveniendum, ut supra modum resiccatum corpus moderatè humectetur. Carptim *Ibidem. pag. 338.*

Lumborum, crurum & coxendicum dolores ex laboribus ortos [d] aqua marina calida & aceto perfundere oportet, vel intincta spongia fovere; lanis verò succidis deligare, & pellibus agninis. *Lib. 5. Epid. pag. 1049.*

[a] Otium enim humectat & imbecillum corpus reddit, labor verò siccat & robustum efficit, ut docebitur plenius in Otio.

[b] Horror fit dum excitatur disgregaturque biliosior sanguinis portio, quâ secretâ punguntur musculorum membranæ; solvitur verò à balneo tepido, quod inter acopa humectando & poros laxando primas tenet.

[c] Vinum molle idem quod aquosum aquæ proximum *ex Fœsio*, opitulatur spiritus reficiendo & poros aperiendo.

[d] Quæ dum calida admovetur elicit & discutit tenuiores humores flatusve, intra cutem & musculos à labore attractos. *Dioscord.*

Lateris dolor, infra *Pleuritis*.

Lateris tubercula.

In latere tubercula oriuntur tum à pituita, tum à bile, non aliter quàm [a] in pulmone. Ex laboribus quoque oriuntur cum vena aliqua divulsa rupta fuerit, neque tamen penitus rupta fuerit, sed ita ut in ipsa convulsio facta sit. Si quidem igitur rupta fuerit, confestim sanguis ex vena effusus putrescit & in pus vertitur. Quòd si convulsio in vena facta sit, hæc quidem per exordia dolorem excitat & pulsat, Progressu verò temporis sanguinem ad carnem transmittit, qui putrescens in pus vertitur. *Lib. 1. de Morb. pag.* 441.

Ubi tuberculum in latere suboritur, tussis [b] dura detinet, & dolor & febris. Pondus in latus incumbit, dolor acutus eundem semper locum occupat, sitis vehemens vexat; & calidum rejicit, decubitum in latus affectum non [c] sustinet, sed in sanum. Verùm ubi decumbit velut saxum illi suspensum videtur, intumescit ac rubet, pedesque in tumorem sublati sunt; hunc secato, aut inurito. *Lib. 2. de Morb. pag.* 479. 480.

Si in latere tuberculum oriatur, & purulentus evadat æger, hæc patitur. Rigor, febris & tussis sicca multos dies detinet, latus dolet, dolorque ad mammam, jugulum & scoptula operta fertur. Hic [d] cum sic habuerit, primis diebus sorbitionibus utatur, ptisanæ cremore percocto, affuso melle ubi sorbitio cocta fuerit. Vino verò utatur albo dulci aut austero, aut aquoso; & crebro [e] vinum sorbentem expuere jubeto, somnumque donec undecim dies præterierint prohibeto. Post quos dies cibis paucissimis utatur, carnibus [f] catulinis aut gallinaceis calidis ex jusculo probè apparatis, & jusculum sorbeat. Sorbitionibus anteæ cibum utatur, neque [g] sitiat, quoad latus suppuratum evaserit. Suppuratur autem diebus ferè quadraginta, aut paulò ante. Suppuratum autem latus dignosces,

a Licet *Hippocrates* hic affirmet lateris tubercula fieri tum à pituita, tum à bile, sicuti in pulmonum tuberculis; attamen de hoc & illo affectu seorsim tractat, & tubercula pulmonis proponit. *Lib. de Intern. Affect.* sub Pulmoniæ & Pulmonidis nomine.

b Alibi tussim siccam vocat.

c Tunc enim magis premuntur pure vel à sanguine mesopleuri musculi.

d Curatio dividitur hîc in duas partes; prima est ante suppuratum & tota ad diætam refertur. Altera post suppuratum, quæ tota chirurgica consistens in ustione & linamentis. Ex *Martino*.

e Crebrò bibat vinum propter suppuratum, in quo parum & sæpe bibitur. Aquosum autem sit, innoxium capiti & nervis, quale concedit *Hippocrates* febrientibus, *Lib. de Acut.* inquit *Martinus*.

f Canis scilicet juvenis & castrati.

gnoſces, ubi neque pus exierit, neque vomitione rejecerit: hunc cum ſic habuerit, ubicumque tumor de ſe ſignificationem dederit, ſecato, aut inurito, puſque paulatim emittito. *Lib. de Intern. affect. pag.* 555.

g Id eſt caveat Medicus ne æger ſitiat, vitatis ſitiferis cibis. *Martinus.*

Laurus.

Si uteri exulcerati ſunt, laurum viridem tritam cum vino bibat. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 729. [Ex ejus baccis & ramentis præſcribuntur paſſim fomenta & injectiones ad uterum expurgandum.]

Lectus. Stratum.

Lectus præter conſuetudinem mollis laborem facit, itemque durus [a] præter ſolitum. *Lib. de Vict. rat. in Acut. pag.* 375.

a Quæ hic de lecto pauca afferuntur, conſuetudinis vim oſtendunt.

Legumina [a] *in genere.*

Legumina omnia flatuoſa ſunt, & cruda & elixa, & frixa, tum etiam macerata, tum viridia: neque his niſi cum aliis cibis eſt utendum, ſed unumquodque ſua [b] habet vitia. *Lib. de Acut. pag.* 394.

In Æno qui continenter leguminibus veſcebantur, tum mares tum fœminæ, impotentia crurum conflictabantur cum qua vitam tolerabant. Et verò qui eruo in cibum utebantur, ex genuum dolore laborabant. *Lib. 2. Epid. ſect. 4. pag.* 992.

a Legumina appellant ea Cerealia, ex quibus panis non fit, ut fabas, piſa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, eruum, cicercula, eruilia, phaſeolos. *Gal.*

b Quæ ſuis locis notantur.

Lemiæ, [a] *plura in Oculorum affectibus.*

Lemiæ ſordes in oculo concretæ. *Lib. 1. Epid. ſect. 1. Stat. 2.*

a Lema ſeu Lemia vocatur à *Celſo* pituita oculi, apud *Nonium* Gramia, unde & gramioſi oculi: eſt excrementum alimenti ſemicocti circa oculos concreſcentis, ut pluribus explicat *Mercurialis, Comment. in Prognoſt.*

Lens, Lenticula.

Lens [a] adſtringit & turbationem inducit ſi cum

a Lentis magma alvum ſiſtit ob corticis admixtios

cortice fuerit. *Lib. de Acut. pag.* 394. Lentes [b] æstuosæ sunt & turbant, neque alvum dejiciunt neque sistunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 324.

In frigidis cibis [c] lentes, milium, cucurbita numerantur. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text. 31.*

Ex lenticulæ decocto, admixto melle & aceto, vomat mulier. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 729. His qui medicamentum biberunt post [d] purgationem exhibeto. Carptim *ex Lib. de Affect. pag.* 541. 542.

NOTÆ.

nem; ejus verò dicoctum turbat & alvum dejicit. *Ex Gal. Lib. 1. de Alimentorum facult.*

b Eas explodit *Cardanus* à mensis sanorum, Medicosque damnat qui propinant illarum decoctum in variolis.

c Imò temperatæ. *Ex Gal. Lib. 8. Simplicium.*

d Intellige peracta purgatione circa vesperam exhibitam lenticulam; quod patebit infra *Articulo de Purgationem juvantibus.*

Lentiginosi subalbidi.

Sed in subalbidis lenticoloribus ulcera [a] peræ grè ad cicatricem veniunt, ac cutis & labia diffinduntur. Quod Antilocho & Alevæ accidit. Id autem oritur ex salsuginosi corporis humoribus, cum in cutem à capite maximè ex pulmone concalefacto deciderint. *Lib. 2. Epid. sect. 1. pag.* 981.

Erat tabidorum species ex iis qui glabri erant, subalbidi, lentis colorem referentes, *& cætera afferenda in Tabida conformatione, ex* Lib. 3. *Epid. pag.* 1010.

a *Duretus, Comment. in Holerium, cap. de Dysenteria;* hinc infert lentiginosi corporis naturam pravi succi & nitrosi dominatu premi: & intercepta spiratione melancholicam reddi, facilèque ex diarrhœa in dysenteriam incidere vix sanabilem, cum hic pravus humor, morbum quem fecit foveat & conservet.

Lepræ & [a] impetigines.

Lepræ & impetigines ex iis affectibus sunt, qui [b] ab atra bile fluunt, ex quibus qui valde juvenibus contingunt, & recentissima sunt, ea facilius curantur; tum quæ in mollibus & carnosis partibus nascuntur; *ex Lib. 2. Prædictorum. pag.* 112.

Lepra, prurigo & scabies, vitiligo, impetigines & alopeciæ ex [c] pituita oriuntur. *Lib. de Affect. pag.* 540.

Ad alphos & lepram calcem elotam adhibeto, ut ne ulceres. *Lib. 2. Epid. sect.* 5.

a Quarum ambitu etiam (scabies) apud *Hippocratem* comprehenditur.

b Melancholico scilicet humore.

c Intellige pituitam salsam.

Lepus, leporina caro. Leporis pili.

Leporina caro [a] siccat, & alvum moratur, urinam

a Leporum maximè ætatis

quodam modo ciet. Lib. 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

Carnes corpori leviſſimæ, catulinæ, volucrum, & leporinæ [b] coctæ. *Lib. de Affect. pag.* 545. Aquâ intercutem laborantem ſiccare oportet, pane furfuraceo & opſonio [c] ex leporina carne. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 566.

Leporis pilos uſtos ex vino tritos, melle cocto & aqua ſubactos, potui exhibeto. Quod partum purgat. *Lib. de Nat. mulier. pag.* 606.

[Horum in uteri ſuffitibus ad exſiccanda ejus ulcera frequens mentio, eorum præſertim qui ſunt [d] ſub ventre. *Ut dicto Lib. de Nat. Mulieb. pag.* 619.]

proventioris, quorum caro frigida & ſicca, ſanguinem craſſum generans. *Ex Gal.*

b Juniorum ſcilicet, de quibus intelligendus *Martialis*,

Inter aves Turdus, ſiquis me judice certet.
Inter quadrupedes gloria prima Lepus.

c Non mirum opitulari hydropi, cum ſiccet & urinam ciear egregiè.

d Hos etiam ſeligit *Galenus* in conficiendo famoſo illo emplaſtro adſtringente, admixtos cum thure, aloe, & ovi albumine.

Lethargus. Veternum.

Lethargus [a] cerebri paſſio eſt; cum enim cerebrum frigidis humoribus repletum fuerit, hinc lethargus hominem occupat, & calefacientibus cerebro opitulari oportet. *Ex* Lib. *de Hominis ſtructura, à Marinello Hippocratis operibus aggregato.*

Qui lethargo conflictantur [b] manibus tremunt, ſomnolenti ſunt, malè [c] colorati, [d] tumidi, pulſus habent tardos [e] ac lentos, genas inferiores [f] ſublatas, ſudores ſuperveniunt, alvique [g] intumeſcunt, impotentes ſunt, ac bilioſa effundunt. Quòd ſi reſiccatæ fuerint, urinæ alvique recrementa prodeunt. Urinæ quales in veterino [h] genere redduntur, neque potum, neque quicquam aliud poſtulant. Mentis verò compotes facti de cervicis [i] dolore conqueruntur, ac incertos ſonitus per aures impetu ferri ſentiunt. *Coac.* 139.

Qui ex lethargo evadunt, magna ex [k] parte ſuppurantur. *Coac.* 140.

In lethargo tuſſis [l] detinet, ſputum copioſum & liquidum expuit & delirat, cumque delirium quieverit, dormit, & alvi excrementum malè olens dejicit. Huic aquam farina hordeacea maceratam propinato, poſteaque [m] vinum album bibendum exhibeto, &c.

a Ita ſanè ſi propriè ſumatur lethargus, at ſumi aliquando pro Pulmonum affectu notabitur infra; propriè verò ſumptus eſt, frigida & humida cerebri intemperies à pituita ejus ſubſtãtiam madefaciente, febrem lentam, oblivionem, marcorem, inexpugnabilemque dormiendi neceſſitatẽ inducens. *Gorreus.*

b Manuum nervis cerebro conſentientibus.

c Sympathia faciei cum cerebro.

d Ex ſomno diuturniore.

e Exoluta pulſifica facultate.

f Ideſt ſublimes, ut in ebriis diuturniore ſomno turgidulis.

g Seu bilioſa alvus profuſior intumeſcit.

h Turbatæ ab admixto ſpiritu flatulento.

i Ob materiæ tranſitum à cerebro in medullam ſpinalem. Hactenus *ex Dureto.*

k Dum ſuccedit primùm lethargo peripneumonia,

Intra octo dies moritur, quos si effugerit, evadit. *Lib. 2. de Morb. pag.* 482.

Lethargi morbi constitutio eadem quæ & pulmonis inflammationis, gravior tamen, &c. Hæc autem contingunt: tussis & sopor detinet, sputum humidum & copiosum, infirmis admodum est viribus, & morti proximus, copiosum & liquidum infra demittit, & huic quidem exigua vitæ spes est. Efficiendum tamen ut plurimùm [n] spuat & calefiat, [o] vinoque abstineat. Quòd si evadat, purulentus efficitur. *Lib. 3. de Morb. pag.* 488.

peripneumoniæ verò empyema.

l Monet *Martianus* hic & sequenti textu lethargi nomine describi non quidem cerebri affectum, sed pectoris, hacque ratione defendit Hippocratem adversus *Salium*.

m Libentius hoc morbi statu Hippocrates vinum concedit, quod quieverit delirium, cujus cessante metu in vini usu semper indulgentissimus est in Pulmonum morbis, si non ratione potus saltem ratione medicamenti sua dulcedine expectorationem juvantis, ut notat *Martianus*.

n Ferè enim degenerat in empyema, cujus sanandi spes posita in expectoratione.

o Dum viget inflammatio imminetque delirium.

Levationibus non [a] fidendum.

Quando levamentum aderit, si id neque judicatoriis diebus, neque cum bonis signis contingat, recidivæ metuendæ. *Lib. 2. Prædictor. pag.* 104. Seu iis qui non ex ratione levius habent, non oportet fidere, neque multùm formidare mala quæ præter rationem adveniunt. *Aph.* 27. *sect.* 2.

Quæ cum malis signis allevamentum adferunt, & quæ cum bonis non remittunt, molesta [b] & difficilia. *Coac.* 48. Quæ perniciem minantur, [c] ea si absque ulla significatione allevant, mortem significant. *Lib. 1. Prædict. Sent.* 52.

a Hoc Hippocratis oraculum illustratur à *Galeno, Comment. 2. Proreth.* nobili Historia adolescentis, qui cum febre remissiore facta excernebat proluviem rubram, ita ut à febre tertio die immunis videretur. At *Galenus* ex urinæ aquositate hepatis imbecillitatem suspicatus est, quæ septimo die exitialis apparuit, licet alius Medicus eo profluvio sanatum iri existimasset.

b. c Sic Philiscus visus tertio die apyretos cum lotio nigro. Sexto periit *Histor. 1. Lib. 1. Epid.* Hujusmodi allevationem Itali vocant *Meglioramento della morte.*

Lien. Lienis conformatio. Affectus.

Ex costa notha lien initium sumens ad humani [a] vestigii similitudinem extenditur. *Lib. de Refectione corporum. pag.* 931.

Maximas habent [b] cavitates caput & lien. In eo enim amplissimus [c] locus est. *Lib. 4. de Morb. pag.* 502.

a Sæpe ad similitudinem linguæ, unde etiam linguosum viscus dicitur. Variat autem in singulis ferè hominibus magnitudine & figura, inquit clarissimus *Riolanus*.

Caput,

Caput, cor, & lien omnis humoris participes sunt.[b] Caput quidem pituitæ; Cor sanguinis; [d] lien aquæ, *& cætera adducta in Capite, ex* Lib. 4. *de Morb.*

Lien ex sanguinis [e] fæce alitur, unde & melancholicum humorem constitui certum est. L*ib. de Corporis Structura.*

Quibus lien deorsum pendet, iis pedes, genua, & nares calent. Nares autem & aures semper [f] frigent. Videndum igitur num idcircò tenuis sanguis inest. Num verò talem naturam habent. L*ib. 6. Epid. sect.* 2. *text.* 30.

Cum lien ex febre tumidus extiterit, [g] corpus extenuatur. Ex iisdem enim & lien augescit, & corpus tabescit. Cum autem corpus extenuatur, & lien turgescit, unà etiam cum corpore omentum extenuatum fuerit, ejus pinguedo colliquescit. L*ib. de Loc. in Homine. pag.* 412.

Lien non superiore parte, verùm inferiore durus, [h] rotundus, latus, crassus, longus, tenuis: minus autem his qui ex gravedine laborant. L*ib. 6. Epid. sect.* 2. *text.* 32.

In ventriculum potus fertur, quo cùm expletus fuerit, ab eo [i] lien recipit & ad venas & omentum transmittit, & ad declive deorsum ad scrotum, ad crura, ad pedesque demittit. Cumque morbus [k] supervenerit, multæ aquæ accessio fit ex ventriculo, ubi quis biberit, & semper ad lienem fertur. In hoc autem morbo contingit, ut non alia de causa in ventriculo febris excitetur, quàm cum quis sitierit. Vesica verò & ventriculus non rectè transmittant, nec conveniente victus ratione homo utatur. Lien verò aliquantulum ægrotans potum ex ventriculo trahit. Morbus autem suboritur, & scrotum pellucidum evadit, & jugulum, cervix, & pectus extenuatur, cum colliquescat, & humor in ventriculum defluat, *& cætera adducta in Hydrope à Liene. Ex* Lib. 4. *de Morb. pag.* 525.

Quæ relinquuntur in morbis, post judicationem recidivas facere solent, primumque in lienis turmori-

NOTÆ.

b Seu maximè cavi sunt, caput & splen, ex versione *Marinelli.*

c Est enim fons seu aquæ, seu attæ bilis.

d, e Collàtio utriusque loci favet iis, qui aquam interpretantur de melancholico humore adversus novam opinionem *Martiani* negantis lienem esse fontem melancholiæ, statuentisque esse fontem aquæ propriè sumptæ, quã sententiam videtur mutuatus *à Salio*, qui per lienis aquam intelligit humorem serum.

f Liene deorsum pendente, nil mirum pedes & genua incalescere; at naribus auribusque frigentibus, mirum est manus incalescere, *Gal.*

g Inde famosa illa comparatio Trajani Imperatoris lienis cum Fisco.

h Has lienis tumefacti differentias sic sibi breviter designabat Hippocrates, inquit *Gal. hic.*

i *Aristoteles* plura ex Hippocrate mutuatus docet lienẽ attrahere ex ventriculo superfluas humiditates. Notat verò *Martianus* ideo Hippocratem agnovisse lienem pro fonte & receptaculo aquæ, quod passim observasset nullam partem ab importuno aquæ usu magis intumescere, vel lædi ipso liene.

k Nota nomine morbi absolutè positi hic designari hydropem.

bus, nisi in [l] articulos desinant, vel sanguinis naribus eruptio, vel præcordii dextri contentio fiet, nisi si urinæ [m] eruperint, & viam quodam modo sibi fecerint. *Lib. 2. Epid. Stat. 9. pag.* 988.

NOTÆ.

l. m Hinc inferre licet lienosos habere opportunitatem & propensionem in arthritidem, lienemque expurgari per urinas.

Lienis quinque morbi summariè perstricti.

Primus [a] gignitur ob bilem commotam Solis calore, cum ad se lien traxerit. Febris acuta per initia succedit, progressoque morbo dimittit; nisi quod lienem ipsum [b] calor semper occupat, dolorque acutus in lateris mollitudinem ad ventrem incidit. Cibos per exordia [c] expetit quidem; non autem admodum [d] demittit. Color pallidus [e] evadit, dolor vehemens ingruit, & jugula [f] extenuantur, neque cibos veluti per initia facilè admittit. [g] Lien subinde eodem die magnus & interdum minor evadit. Huic veratrum [h] deorsum purgans propinato, &c. Vinum austerum nigrum meracius [i] paulatim bibat. Pro opsonio carnem canis majusculi aut capræ, aut oviculæ tritam habeat, & salsamentum Gaditanum aut sapermdam. Acidaque & salsa omnia acerbaque exhibeantur. Vinum Coum subastringens quàm nigerrimum bibat. Dulcibus, pinguibus & nidorosis abstineat, &c. Danda etiam quæ lienem extenuare valent, Asphodeli semen, visci folia, aut fœnum Græcum, aut viticis semen, aut rutam, aut menthæ radicem, ex quibus quod voles tritum ex vino austero jejuno exhibeto. Si validus fuerit, 30. diebus ut ligna secet cogito. Summis humeris [k] luctâ se exerceat, interdiu obambulet, vesperi dormiat, manè verò fugiat. Ac nisi ex his melius habeat, lienem per fungos cum maximè [l] tumidus fuerit inurito.

Secundus [m] ex iisdem quibus prior oritur, venter inflatur; postea lien intumescit, durus est, eique dolores acuti contingunt. Color niger Malicorium referens. Ex aure [n] & gingivis gravis odor exhalat, ex-

a Primus vocatur à *Martino* lienis calida intemperies.

b Exhibitus hic textus Articulo de Febre particulari, quæ existat in aliquo membro non affecto corde.

c Nondum adducto in cõsensum ventriculo.

d Quod adurantur excrementa.

e Redundante bilioso humore.

f Quia in splenem colliquantur carnes.

g Hæc inæqualitas apparet initio tantùm, confirmato enim morbo lien durus permanet.

h *Martinus* legit sursum purgans.

i Mirum proponi diætam exciccantẽ hic tum ratione vini, tum ratione calidiorum alimentorum, cum biliosi lienis affectus sint curandi humectante victu, ut patebit *Articulo sequenti, ex text. Lib. de Affect.* Respondet *Martinus* hic loqui Hippocratem de iis, qui ex accidenti sunt biliosi commota bile ab insolatu. *Lib.* verò *de Affect. de Biliosis primario & per se.*

k Ut partes attenutæ reficiantur attracto alimento à calore quem excitat & auget exercitatio. *Martinus.*

l Nisi enim tumeret &

que à dentibus diſcedunt. In tibiis ulcera qualia puſtulæ nocturnæ erumpunt, membra extenuantur, neque alvus demittitur. Hunc uti priorem curato, etiamque ſi opus fuerit inurito, & ſi uſtio ſucceſſerit ſanum reddes.

Tertius [o] in [*] anno quidem, veris maximè tempore, ex ſanguine tamen oritur. Cum enim ſanguine lien refertus fuerit in ventrem erumpit, & in lienem dolores acuti, in mammam, jugulum, humerum & ſub ſcapulam irruunt. Corporis color plumbeus eſt, leves cutis [p] lacerationes in tibiis apparent, deindeque magna ulcera, dejectiones [q] cruentæ, æruginoſæ, venter durus tanquam lapis. Superioribus [r] magis lethalis eſt, ex eoque pauci evadunt. Hunc ut priores curato; at medicamentum ſurſum purgans [s] ne dederis, &c. Poſt medicamentum ſi viſum fuerit, ſanguinem detrahito.

Quartus [t] vere etiam potiſſimùm contingit, cum lien in ſe pituitam exceperit, confeſtimque tumidus & durus extiterit, deinde rurſus ſubſidit, & cum tumidus fuerit, dolores acuti ingruunt. Ubi verò mollis fuerit, ſine dolore eſt, &c. Morbus niſi confeſtim curatur, aut ſua ſponte ſedatus fuerit, quinque, aut ſex menſibus intermiſſis rurſum aſſurgit. Per hyemem autem [v] præcipuè intermittit. Hunc ſi per initia in manus ſumpſeris, decem cruſtis ad lienem inurito, ſtatimque ſanum reddes. Hujus color exalbidus, ſubpallidus & ſquallidus exiſtit.

Quintus ex [x] atra bile potiſſimùm Autunmo oritur; fit autem ex multo olerum uſu quæ cruda comeduntur, & aquæ [y] potione. Sic autem afficitur. Lien valde dolet, rigor & febris invadit, & cibi faſtidium detinet, totumque corpus celeriter concidit. Lien autem magnus non admodum evadit, ſed durus & ad viſcera incumbit, adjacenſque [z] ſtrepitum edit: hunc iiſdem tum medicamentis, tum cibis, tum laboribus, quibus etiam ſuperiores curato. Carptim, *ex Lib. de Intern. Affect. pag.* 574. 575. 576.

NOTÆ.

quaſi extaret, Veteres non adigebant ferrum.

m Scirrhoſus affectus lienis dictus *Martino*.

n Ex gingivis & ore quid fœtens ſecedere nil mirū, cum hæ partes malè afficiantur à vaporibus ſurſum è liene delatis. At autres fœtere minus conſuetum: fœtet autem ubi quædam ſurſum elata in caput materia ibi putruerit, & exinde per aurem manarit, inquit *Martinus*.

o Plethora lienis *Martino*.

* Quavis anni tempeſtate, ſed vere maximè, *ex Martini verſione & explicatione.*

p Has cutis lacerationes, *Martinus* vertit puſtulas in tibiis.

q Succedente dyſenteria hæmatide. *Martinus*.

r Tum ob dyſenteriam, tum ob puſtulas & ulcera prava. *Martinus*.

ſ Ne vas aliquod diſrumpatur ob plethoram conjunctam. *Martinus*.

t Tumor lienis cadenatoſus, quam *Martinus* rarum exiſtimat poſt *Avicennam*, quod vix colligatur pituita in liene.

v Intermittit hyeme, quòd licet adſit tunc copioſa materia, torpeat præ frigore & careat orgaſmo quem adfert vernus calor. *Martinus*.

x Tumor lienis ſcirrhoſus ab atra bile.

y Paluſtris præſertim quæ primùm inflammatur & bileſcit. *Ex Lib de Aere, Loc. & Aqu.* Deinde in atram bilem degenerat. *Martinus*.

z Et adhærens ſurgit *ex Marinello*.

Lienes magni ; Lienosi [a] vulgò.

Quibus lienes magni, iis gingivæ [b] vitiantur, & os graveolet; quibus autem lienes magni sunt, neque sanguinis eruptiones contingunt, neque os [c] graveolet, in tibiis ii mala [d] ulcera habent, & nigras [e] cicatrices. Quod si manifestus quispiam adfuerit [f] faciei abscessus, aut vox gravis sit, aut dentium dolor, iis sanguinis eruptionem ex naribus fieri spes est. At qui partes eas, quæ subsunt oculis [g] vehementer sublatas habent, magnos habere lienes comperies. Quod si pedum [h] quoque tumores adsunt, ex [i] aqua quoque laborare videbuntur. Sed & ventrem & lumbos præter hæc inspicere oportet. *Lib. 2. Prædict. pag. 109. 110.*

Aquas palustres bibentibus lienes semper magnos & [k] compressos, ventres verò duros, ac tenues & calidos; humeros verò, jugulum & faciem extenuari necesse est, *& cætera adducta in Aqua ex Lib. de Aere, Aquis & Locis. pag. 256.*

Qui magnum habent lienem, qui quidem biliosi sunt, malè [l] colorati evadunt, prava ulcera contrahunt, os graveolet, graciles sunt, lien durus est, semperque æqualis [m] magnitudinis, neque ciborum reliquiæ per alvum demittuntur. Qui verò pituitosi sunt, hæc iis minus contingunt; & lien aliàs major, aliàs [n] minor redditur: his confert, siquidem minimè purgati videantur, caput & reliquum corpus purgare. Quod si purgatione non indigeant, victus ea ratio instituenda, quæ pituitosos quidem exsiccet & extenuet cibis, potionibus, vomitionibus, exercitationibus quàm plurimis. Biliosis verò confert per victus rationem humectantem alvum & vesicam subducere, & venam [o] spleneticam crebrò [p] laxare, medicamentisque urinam cientibus uti, quæ lienem molliere scripta sunt, & pro anni tempore bilem purgare. Ex lienosis autem nonnulli medicamentis epotis minimè

a Ii scilicet quibus jamdudum induruit. *Galenus.*

b Ob affluxum pravi sanguinis & acerbi cujusdam vaporis translationem.

c. d Si pravi humores vaporesque non ferantur sursum, sed infra demittantur, sitque lien catarrhopos, inde oriuntur tibiarum ulcera.

e Ab ulceribus remanent cicatrices nigræ fæcis melancholicæ ideam præ se ferentes.

f Rubor insolitus faciei, qui uti etiam vocis gravitas & dentium dolor indicat lienem sursum moveri.

g Quibus scilicet inferiores palpebræ à sero & flatibus tumidæ apparent, ut in cachecticis.

h i Lienosis pedes inflantur aut propagatione materiæ morbificæ, aut caloris nativi intemperie, unde hydrops. *Ex Dureti notis in Holerium.*

k Plenos *ex versione Marinelli.*

l Pallent vel nigrescunt, etiam aliquando rubent. *Mercurialis in Practica.*

m Quod scirrhosus factus sit.

n Ob admixtos flatuosos spiritus, quorum ratione modò tumet, modò detumescit.

o Intelligit Hippocrates basylicam sinistram, quæ si non possit tundi secanda salvatella. *Mercurialis in Practica.*

p Vult *Martianus* ex Hip-

nimè juvantur, & ex reliqua curatione nihilò gracilior redditur lien, sed quæ admoventur à morbi magnitudine superantur. Progressu verò temporis quibusdam ad aquam intercutem devenit morbus. Quibusdam purulentus fit, & ustione [q] sanatur. Quibusdam etiam durus & magnus ad senectutem usque perseverat, &c. *Lib. de Affect. pag.* 534.

Si æstas biliosa fuerit, bilisque increscens intus remanserit, aliquantùm lienosi evadunt. *Lib. de Humoribus. pag.* 63.

Quicunque lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, his superveniente longa difficultate intestinorum aqua intercutem aut lævitas intestinorum advenit, & [r] moriuntur. *Aph.* 43. *sect.* 6.

Lienosis difficultas intestinorum superveniens, bonum. *Aph.* 48. *Ibibem.*

Dysenteria non longa lienosis utilis, longa verò mala. *Coac.* 466.

Quibus lien florescit, iis corpus tabescit. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 402.

Philisco febre acuta laboranti, urina nigra prodiit, lien in tumorem [s] rotundum sublatus, sudores perpetuò frigidi. Accessiones diebus paribus contingebant. Die sexto obiit. *Ex Hist.* 1. *Lib.* 1. *Epid.*

Hippostrati uxori lienis tumor ex quartana annua in fastigium sublatus est, cum palam frigidula esse videretur, oborto frigoris impetu, & sudore totum corpus pervadente [t] judicata est. Mensibus præterea qui restiterant magna copia diuque eodem tempore fluentibus. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. *pag.* 989.

Lienis & à liene dolores; Lienosorumque abscessus & suppuratio.

Acuti [a] dolores ex liene excitantur, & ad humerum, jugulum, mammam, ilia transeunt, & vehementes febres detinent, &c. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 569.

NOTÆ.

pocratis sententia parcendum sanguini in cacochymia biliosa. Hunc verò esse vacuandum liberaliter in atrabilaria, quæ hîc intelligenda ex bilis adustione.

[q] Quod solenne fuit Veteribus extante & prominente liene; at quod rarò feliciter succedat, ideò nunc hujusmodi operatio derelicta, ut videre est apud *Fabritium ab aqua pendente.*

[r] Nil lienosis supervenire melius potest dysenteria fugaci, quæ bilem expurget. Nil pejus dysenteria contumaci quæ labefactat intestina & caloris nativi symmetriam evertit, unde hydrops & lienteria succedunt. *Ex Gal. Comment.*

[s] Quod scilicet lienis parenchyma inflammatione obsessum teres & rotundum videretur. *Mercurialis hîc.*

[t] Ad salutem fuisse judicatam nemo dubitaveris.

[a] *Martinus* docet ex *Arculano* lienosorum dolores quintuplices esse, omnesque non à parenchymate, sed à membrana depen-

NOTÆ.

dentes, punctorium ſcilicet, perforantem, extendentem, gravantem & pulſantem.

Eudemo lienis dolore vehementer conflictato, à Medicis imperatum ut multa comederet, vinum paucum tenue biberet, frequenterque deambularet, ex qua victus ratione nihil [b] immutabat, vena ſecta eſt. Cibum & potum parcè ſumpſit, deambulationes ſenſim auctæ, vinum tenue [c] nigrum eſt exhibitum. Convaluit. *Lib. 7. Epid. pag.* 1115.

b Maximè quod peccaret circa ciborum quantitatem nimiam.

c Quod albo præferendum cenſet *Martianus*, ſiquidem magis exiccet humiditatem ſuperfluam lienis, cujus humiditatis ratione fons aquæ dicitur, ſimulque ejus laxitatem & imbecillitatem coerceat & roboret.

Abderæ Anaxianor, lienoſus quidem erat & vitiato colore; contigit autem ut obortus ad femur ſiniſtrum tumor derepente evaneſceret, neque multis poſt diebus ad lienis rigorem oborta eſt ei per initia veluti puſtula. Noctu inquietans epinyctis dicta, inſuperque tumor cum rubore & duritie. Poſt diem autem quartum febris ardens ſuborta eſt, & in ambitu omnia [d] livorem contraxerunt & computruiſſe viſa ſunt; mortuus eſt, cum tamen aliquantùm purgatus & mentis compos fuiſſet. *Lib. 7. Epid. pag.* 1114.

d Superato extinctoque calore naturali, unde pars affecta in lethalem gangrænam incidit.

Lyciæ vtero gerenti, quæ obiit ante partum ex febre, ad extremum ſplen magnus fuit, dolores ad [e] humerum pertingebant. *Ex Hiſtor. integra Lib. 2. Epid. ſect. 2. pag.* 983.

e Notanda frequens illa ſympathia lienis cum humeris ſeu claviculis.

Quædam Medicis inter curandum benè feliciterque ſuccedunt, ut ſi cui lienem [f] ſuppuratum habenti medicamento exhibito, quod bilem & pituitam deorſum educat, pus ex liene per inferiora expurgarunt, & à morbo liberarunt. *Lib. 1. de Morb. pag.* 433. 434.

f Ergo quemadmodum liē aliquando inflammatur, ſi etiam in ſuppuratum abit, quod mirum eſt per alvum expurgari.

Lienoſorum Hæmorrhagia.

Quibus ſanguis è naribus profluit, & ſi alioqui ſani videntur, iis tamen aut lienem [a] tumidum, aut caput dolere, aut ſplendicans quiddam ante oculos obſervari comperies. *Lib. 2. Prædictor. pag.* 109. Quibuſdam ob lienem affectum ſanguis ex virore pallidus è naribus profluxit. *Lib. 4. Epid. pag.* 1023.

Poſt Vergiliarum occaſum lienis affectus aderant, & ad quintum uſque diem ſanguinis è naribus profluvium. *Ibidem. pag.* 1027.

a Cum lien venis abundet tum à porta, tum ab hepate, habeat præterea arterias quintuplo plures ex mixtione ſanguinis venoſi & arterioſi exurgit peculiare genus ſanguinis tenue & calidum, quod ſi ex obſtructione aut tumore lienis incaleſcat, facile erumpit ſurſum tum ad nares, quod frequentius, tum

Cranone Licino grammatico febre biliosa ex lienis vitio capitis gravitas adfuit; ad lienem asperæ quædam inæqualitates sentiebantur. In labris utrisque ulcera interna, rotunda, parva aderant, deinde parum sanguinis è directò profluxit. *Ibidem. pag.* 1032.

Chartadæ febre ardente laboranti, ad lienem tumor rotundus erat cum ventrem exoneraret, sanguinis retenti plusquàm congii mensura per alvum subiit, *& cætera adducenda in Sanguinis Dejectione.*

NOTÆ.

per vomitum & sputatiónem, aliquando deorsum per alvum, & quod magis mirum per vias urinæ, umbilicum, gingivas, aliasque vias occultas, ut videre est apud *Schenchium.* Hujusmodi verò eruptiones præsertim per secessum & vomitum in lethalem hydropem degenerare constat. *Ex pluribus observationibus Marcelli Donati.*

Lienteria, supra *Alvi profluvium læve.*

Linamentum. μότον ἔμμοτα.

[Passim meminit Hippocrates cum agit de Suppuratione promovenda.]

Lingua. [a] *Linguæ affectus.*

a A lingendo dicta, seu ex Varone quod cibum liget.

Lingua loquentiæ mater, animi nuncia, gustus custodiæ præfecta, tutis dentium munimentis septa est. *Ex epistol. Democriti de Natura humana.*

Lingua morbi liberationem in pulmonis inflammatione non secus ac in pleuritide indicat. Carptim *ex text. intern. Lib.* 3. *de Morb. afferendo infra in Pulmonis inflammatione.*

Lingua vel lotium humorum serum quale sit [b] indicat. Pallidæ quidem linguæ ex bilis redundantia fiunt. (Biliosum autem à pingui,) rubicundæ verò à sanguine, nigræ ab atra bile. Valde resiccatæ ex succensa fuligine & [c] utero. Alba autem ex pituita. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 13.

Carnes gustanti salsæ supervacaneam [d] quandam copiam indicant. *Ibidem text.* 16.

Lingua circa initia quidem [e] horrida in eodem verò colore perseverans, procedente verò tempore ubi exasperatur, livescit, finditur, mortem [f] prænunciat. Quod si admodùm nigrescat, 14. die [g] judicationem promittit. Periculi autem maximè plena est, nigra

b Intellige linguam æquè ac lotium seu urinam humorum affectiones detegere.

c Utero enim inflammato calidissimæ febres fiunt. *Gal.*

d Copiam scilicet humoris seu salsi seu amari, cujus saporem degustare carnes referunt. *Gal.*

e Linguam φριχώδην, *Duretus* vertit asperam; *Marinellus* verò linguam quæ àb initio inhorruit.

f Ob marasmum retorridum, quem prænunciavit

Lingua ab initio aspera, ex virore [h] pallescens. *Coac.* 229.

Linguæ tremulæ non constantem mentem [i] significant. *Lib.* 1. *Prædict. Sent.* 20. Lingua tremula cum narium rubore & alvo humecta, si reliqua quæ sunt circa pulmonem nullam judicationis significationem præ se ferant, malo [k] est, ac celeres perniciosas purgationes denunciat. *Coac.* 231.

Linguæ tremulæ nonnullis alvum faciunt liquidiorem. In his autem si nigricent, etiam mortem denunciant: ac fortassis lingua tremula instabilem mentem & à sede constantiæ deturbatam significat. *Coac.* 233. & 645.

Linguæ densæ & peraridæ phrenitidem [l] portendunt. *Coac.* 23. & *Lib.* 1. *Prædictorum, Sent.* 3.

Quibus ad linguæ latus ulcus fit diuturnum, animadvertendum ex dentibus qui juxta sunt, num aliquis acutus sit. *Ex Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 99.

Linguam cum mala ulcera habuerit [m] similiter ut anginam à sanguine tractato. *Locus integer ex Lib. Dolor. in Homine adductus supra*, *Articulo de Angina à sanguine*.

Quidam in palato stertorem sentiens cum lingua arida qualis pulmonum [n] inflammatione laborantibus mentis compos mortuus est. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1090.

Leophorbidæ febricitanti, lingua qualis [o] pulmonum inflammatione laborantibus. *Ibidem. pag.* 1091.

Lingua bullata, vide *in Pleuritide*.

Linum.

Lini semen in [a] cibo sumptum [b] alvum sistit & aliquantùm refrigerat. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 325.

Lini semen ex vino bibat ad ciendos [c] menses. *Lib. de Nat. Mul. pag.* 598. & *Lib.* 2. *de Morb. mul.* Ad dissipandos uteri flatus.

---

h *Duretus.*

g Mortem scilicet quam Hippocrates sæpe judicationis nomine designat. *Duretus.*

h Ob redundantam bilis æruginosæ.

i Hemor enim hujusmodi denotat facultatis animalis imbecillitatem. *Gal.*

k *Duretus* interpretatur de inflammatoriis affectibus pulmonum in suppuratum desinentibus, quos denotat faciei nariumque rubor, quibus superveniens diarrhœa citam mortem adfert propter cacopragiam ventriculi & hepatis.

l Per sympathiam cerebri æstu incandescentis. Vide *Comment. Mercurialis in Proreth.*

m Sic affectis sanguinem à venis brachii detrahito, simulque alvum subducito *Ex Hippocrate in Angina supra.*

n. o Etenim inflammatione obsessi pulmones, præcalidas expirationes attollunt in linguam laryngi & arteriæ superpositam, à quibus ceu à fuligine nigrescit, arescit, & finditur.

a Rustici quondam panibus linum aspergebant, eoque præterea tuso frixoque cum melle utebantur, licet stomacho gravi. *Gal.*

b Imò alvi excrementa evocat. *Dioscor.*

c Sunt qui magno usu pleuriticis exhibent ejus oleum modò recens sit, inquit *Mathiolus.* Vide *observationes Schenchii in Pleurit. curatione.*

Lippitudo, infra *Ophtalmia.*

Lividus [a] *morbus.*

Febris ſicca detinet, ſubinde horret, caput dolet, viſcera dolor occupat, bilem vomitione rejicit, &c. Color lividus redditur, labra & oculorum candida liveſcunt, &c. Morbus ferè ægrum ad mortem uſque comitatur. Carptim *ex Lib. 2. de Morb. pag.* 480.

[a] *Salius* exiſtimat lividum hunc morbum eſſe febrem lividam, cujus mentio facta in Febrium differentiis, quam interpretatur de febre ſyncoptica à bile os ventriculi infeſtante & revocante calorem ad intra cui ſubſtituitur corporis lividitas.

Livores, *in Mortis ſignis* infra.

Cum quopiam morbo detento jam imbecillo exiſtenti livores eruperint, lethale. *Lib. de* Loc. *in Homine. pag.* 415.

Lochia, infra *Partus purgamenta.*

Locelli, *loci.*

Paſſim pro pudendo muliebri, ut *Lib. de Nat. mul. pag.* 597. Os locellorum pro ore uteri.

Locorum corporis ratio.

Locos corporis in conſiderationem adhibere [a] convenit. Alii aliis præſtant. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 98.

Ex locis difficilius ſanantur alæ [b] ac laterum cavitates & femora; in iis namque humores ſubſident & recidivæ fiunt. In his quæ circum articulos contingunt in maximum diſcrimen præcipitant pollices, [c] ac præcipuè pedum. *Ibidem. pag.* 99.

Partes extremæ, & veſica & uterus, & aliæ partes genitales ſua natura [d] frigidiores ſunt quàm quis exiſtimet. *Lib. de Liquid. uſu. pag.* 426.

[a] Inde deſumitur celebris illa judicatio à parte affecta, quam tot elogiis commendat *Gal. in medendi Methodo.*

[b] Axillæ ſcilicet ob perreptantia inſignia vaſa axillaria dicta. Qua ratione etiam periculoſa inguina.

[c] Ob rationem alibi redditam.

[d] Ideòque facilè læduntur ab occurſante frigore.

Locorum, seu Regionum [a] ratio varia.

c Ex hac Regionum varia temperie colligit *Fernelius* periculosam esse longinquam omnem peregrinationem, cum enim, inquit, unicuique sua sit peculiaris constitutio, suaque proprietas, non est facile huic assuescere.

Singularum Regionum situm & naturam sic dignoscas. Quæ ad Meridiem sita, ea quæ ad Septentrionem spectat calidior est & siccior, quòd ad Solem magis accedat. In his autem Regionibus homines & quæ e terra producuntur sicciora, calidiora, & validiora esse necesse est, quàm quæ in contrariis, &c. Per se autem si Regiones spectes, ad hunc se habent modum. Alta loca & squallentia, quæque ad Meridiem spectant, campestribus æqualiter sitis sicciora sunt. Illa siquidem aquam plurimam non retinent, hæc contra. Lacustria verò & palustria humectant & calefaciunt, &c. At quibus in locis montes ad Austrum vergunt, in his Austri squallidi & morbosi spirant. Quibus verò ad Aquilones montes vergũt, in his Aquilones perturbationes & morbos pariunt. Ubi autem ab Aquilone cava loca urbibus adhærent, ab æstivis ventis calidus & morbosus hic locus est, quoniam neque spirans boreas purum spiritum invehit, neque ab æstivis ventis perfrigeratur. Quæ autem insulæ continenti sunt vicinæ, eæ rigidiores habent hyemes; marinæ [b] verò tepidiores, quod nives & glacies in continenti perdurant & ventos frigidos ad vicinas insulas mittunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 320.*

b Ideò Anglis minus sævit hyems quàm Gallis Oceani littora habitantibus.

Magna ex parte hominum formas & mores Regionis naturam imitari reperias. Ubi enim terra pinguis est, mollis & aquosa, aquæ verò sublimes, ita ut æstate sint calidæ & hyeme frigidæ, &c. Ibi homines carnosi sunt, articulis non [c] discreti, humidi, [d] labores non ferentes, fereque pravi animi; quin etiam segnes, somnolenti, ad Artes crassi, neque subtiles neque crassi. At ubi nuda Regio est, non munita, aspera, queque hyeme prematur & Sole exuratur, ibi duros, graciles, articulis discretos, carnosos & hirsutos homines cernas, & ad quidvis agendum industrios,

c. d. Corporis & morum mollitiæ mulierum habitum utcumque referentes.

moribus autem superbos, iracundos. Pertinaces, ferociores, ad Artes acutiores & solertiores, rei [c] bellicosæ meliores. Carptim *ex Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 272.

Asia Europæ præstat. Longe enim pulcriora & majora omnia in Asia giguuntur. Carptim *Ibibem.* Ubi de Ægyptiis, Libycis, iis qui paludem Meotidem habitant Macrocephalis, Phasiani fluvii incolis, Sauromatis, Scythis: deque eorum fœminis adeò bellicosis, ut non prius virginitatem deponant, quàm tres ex hostibus interfecerint. Et de Nomadibus nullas domos habitantibus. At Asiatici Europæis minus bellicosi, moribusque leviores sunt.

c Patientes scilicet pulveris atque Solis.

Locustæ.

Locustarum [a] humor alvum movet & urinas. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 327.

a Locustarum carnem nullius esse usus tradit *Dioscor.* licet à Mose probatæ fuerint inter cibos, & Joannes Baptista iis cum melle sylvestri vitam toleravit.

Lucta, supra *in Exercitatione.*

Lumbi, dorsum, Lumborum affectus.

Lumborum & inferiorum partium dolores qui cum febre affligunt, si relictis inferioribus septum transversum appetant, [b] exitiales admodum, præsertim si aliquod periculosum signum accesserit. Quod si non appareat, futuræ suppurationis metus est. *Ex Lib. Prænot. pag.* 53. *& Coac.* 108. *&* 317.

Diuturni lumborum dolores qui cum febre ad [c] tertianæ naturam accedente ingravescunt, sanguinis grumosi secessuri spem [d] faciunt. *Coac.* 305.

Quæ ex dorsi dolore initia ducunt [e] ægritudines, difficiles. *Coac.* 309.

Ex recursatione doloris in lumbos, oculorum perversio aut distortio [f] mala. *Coac.* 304. *& Lib.* 1. *Prædictorum, Sent.* 69.

a Lumborũ nomine comprehenduntur vertebræ, arteria & vena lumbaris, renes, musculi lumbares & mesocolon. *Duretus.*

b Ob translationem materiæ infernè sursum à partibus ignobilibus ad nobiliores. *Duretus.*

c Quæ sit tritæophya, aut hemitritæus, *Duretus.*

d Sanè quidem si potis est facultas, idque ad ægri salutem, sin minus ejus salus desperata *ex Dureto*, qui intelligit dysenteriam hæmatodem perliberam, & excretionem sanguinis grumosi liberalem.

e Imò ferè lethales ob

Lumborum dolores ad os ventriculi recursãtes cum febre & horrore, si tenuia & aquosa vomitione rejecerint, delirarint, voce defecti sint, ii post nigrorum vomitionem [g] moriuntur. *Coac.* 316.

Qui lumborum dolore conflictantur, ii malè [h] habent; nam his tremores fiunt, & maculæ rubentes, quales in tibiis. [i] cum frigore. *Coac.* 318.

Considerandum in lumborum dolore vexatis [k] & anxietate citra vomitum & paulisper ferociter desipientibus, num [l] nigra per secessum prodítura sint. *Coac.* 319.

Lumborum dolor absque manifesta causa crebrò invadens [m] morbi malignitatem indicat. *Coac.* 322.

Lumborum dolor cum [n] æstu implacido & anxio, malum significat. *Coac.* 323.

Lumborum contensio & mensium copia [o] suppurationem fore indicat. *Coac.* 324.

Qui lumborum & lateris dolore absque ulla occasione tentantur, ii in morbum [p] regium incidunt. *Coac.* 325.

Lumborum dolores sanguinis profluvium [q] excitant. *Coac.* 306.

Ex lumborum dolore liberales sunt & largæ sanguinis fluxiones. *Coac.* 307.

Quibus lumborum dolor in caput recursat & manus torpescunt, ac oris ventriculi dolores sentiunt, aut aurium sonitus, ii liberaliter sanguinem profundunt, sed & his alvus effunditur, & mentis perturbatione ut plurimùm tentantur. *Coac.* 308.

Dolentibus lumbis si oris ventriculi dolor accesserit, futuræ per hęmorrhoides vacuationis signum est. *Coac.* 312.

In dorsi & coxendicis doloribus ex poplitibus & malleolis [r] exterioribus venæ sectionem facere oportet. Ad lumborum verò dolores & testium ex poplitibus & malleolis [s] interioribus. *Lib. de Ossium natura. pag.* 245.

Lumborum, crurum & coxendicis dolores ex laboribus

NOTÆ.

rationem adductam *in Notis*.

f Modò nulla sit excusatio turbationis criticæ. *Duretus*.

g Propter incrementum morbi, materiæ morbificæ dominatum, & viscerum ezolutionem. *Duretus*.

h. i Ideò malè habent, quod neque à tremore, neque à rigore excutitur cacochymia lumbaris per sudorem, sed collectione ichorum exitum non habentium eroditur corporis superficies. *Duretus*.

k In his qui absque nausea in omnem locum jactantur.

l Ut moribundis accidit propter caloris extinctionem. *Duretus*.

m Terrifica enim sunt quæ citra prævidentiam oriuntur ob causæ inveterationem. *Duretus*.

n *Duretus* legit cum comate anxio. Hunc consule.

o Quod mensium materia in locis hærens suppuretur, & tandem exeat sinum pudoris. *Duretus*.

p *Duretus* vult gibba hepatis esse inflammata: unde lateris dolor nothus, icterus deinde, & hydrops tandem.

q Quod docet Hippocrates quatuor sententiis hic sese consequentibus de prænunciatione hæmorrhagiæ per menses aut hæmorrhoides imminentis; verùm experiuntur tum mulieres menstruales; tum viri hæmorrhoidibus obnoxii.

r Vena malleoli exterior vocata ischiadica, quòd coxæ dolorem levet.

s Quod sit major directio venæ partis affectæ.

tibus obortos aqua marina [t] calida & aceto perfundere oportet. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1049.

[a] *Lumbrici, Vermes, Feræ.*

Lumbricos [b] rotundos cum alvi excretione prodire morbo in judicationem tendente [c] expedit. *Lib.* 1. *Prænot. pag.* 48. *&* *Coac.* 601.

Quæcumque jejunæ multis diebus biliosa vomitione rejiciunt, si neque uterum gerunt, neque febre detinentur, interrogabis num lumbricos rotundos unà cum vomitu refundant. Id enim nisi fateantur, ipsis [d] affuturum prædices. Potissimùm autem [e] mulieres invadit hic morbus, deinde virgines; reliquos verò homines minus. *Lib.* 2. *Prædict. pag.* 107.

Oris ventriculi dolorem cum intestinorum cruciatu interaneorum [f] animalia gignunt. *Coac.* 285.

Autumnus sua feritate & malignitate interaneorum animalia gignit, orisque ventriculi dolorem, qui in hujusmodi morbis minus [g] infestus est. Lumbrici tenues Ascarides dicti vespere maximè, cui analogia quadam respondet Autumnus, infestant. Affligunt verò ut plurimùm hac diei parte, nonsolùm doloris ratione qui tunc magis urget, sed suopte quodam impetu. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 1. *pag.* 997. *&* Lib. 6. *Epid. sect.* 1. *text.* 13.

Abderæ Dini puero ad umbilicum mediocriter pertuso, fistula parva relicta est; interdumque lumbricus crassus per se [h] pervasit; cumque febricitaret, ut ajebat, biliosa hàc prodibant. Huic intestinum in fistulam prolapsum est, ac velut fistula corrodebatur rursusque disrumpebatur, tussiculæque intus permanere non sinebant. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 115.

[Plura de lumbricis tum teretibus tum latis, seu cucurbitulis quæ sint ramenta & avulsiones quædam Tæniæ. *Ex Lib.* 4. *de Morbis. pag.* 520. 521. 522. A nobis ultrò omittuntur tum brevitatis causa, tum quod non

[t] Quæ *ex Dioscor.* elicit & discutit, nervorum que vitiis prodest.

[a] Quorum tres species, rotundi omnium frequentissimi, Ascarides in ano generare soliti, & Tænia ad longitudinem intestinorum protensa, ex qua separari creduntur Cucurbituli.

[b] Horum ortus & mansio in tenuibus intestinis.

[c] Etenim vermes tum vivi, tum mortui, morbi initio exeuntes mali, nam illinc cruditas, hinc putredo ostenditur, at in crisi naturæ robur elucere. *Galen. Duret.*

[d] Hoc prognosticum unū ex iis est, quæ Hippocratis præcellentiam, in hac Medecinæ parte ostendunt.

[e] Quod mulieres abundent magis pituita.

[f] Lumbricos teretes scilicet, nam Ascarides in solo ano nascuntur. Tæniæ verò bulimo potius quàm torminibus judicantur. *Duretus.*

[g] Minus enim metuendū à lumbricis quàm ab efferà maligna-ve cacochymia biliosa.

[h] Mirum est quod refert *Holerius* aliquando vermes per inguina & umbilicum proruppisse via exedendo facta, quod nos etiam observavimus in quodam Sacerdote in ora proxima Armoricæ degente, qui ex inguine primùm lumbricos, dei dè chylum, & uvarum recenter comestarum acinos rejiciebat, & quod fidem videtur superare adhibito solo emplastro adstringente à Barbi-

NOTÆ.

tonsore Fulgeriensi sanatus fuit.

exiſtimentur à quibuſdam doctis viris ab Hippocrate tradita, tantóque viro digna.]

Lupini.

a Eſt craſſæ terreſtriſque ſubſtantiæ coctuque difficilis; at ſi ſuperetur à ventriculo alimentum copioſum ſuggerit. *Gal.*

Lupinus minimum habet [a] malorum inter legumina. *Lib. de Vict. rat. in Acut. pag.* 394.

[a] *Luſcitioſi.*

a Qui à primo ortu oculis propius admota vident, & limis ſemicluſiſque oculis aſpiciunt, Myopes Græcè dicti, tum qui interdiu quidem vident, Sole occidente obſcurius, noctu nil omnino. *Gorreus in Myopia.*

Luſcitioſo remedium, ſi medicamentum deorſum purgans bibat, & caput purgetur. *Lib. de Videndi Acie. pag.* 775.

Luxatio.

a Sic quidam humeri luxationem crebrò & facilè incurrebat, facilèque reſtituebatur, apud *Schenchium.Fernelius* verò *Lib.* 2. *cap.* 9. *Abditar. rer. Cauſ.* refert Hiſtoriam puellæ, quæ habebat ab ortu Articulorum vincula adeò laxa, ut in omnem partem inverterentur.

Complures ita humidos videas, ut cum velint iis Articuli ſua ſede citra dolorem [a] moveantur, rurſuſque abſque dolore reſtituantur. *Lib. de Articul. pag.* 821. Carne expertibus magis illabuntur Articuli, & citius reconduntur quàm carnoſis; ferè enim gracilibus magis quàm carnoſis Articuli muco redundant. *Ibid. pag.* 822. Partes extremæ facilè decidunt. Quæ facilè excidunt, minimè inflammatione tentantur. Quæ frequentiſſimè excidunt nullo negotio reponuntur. *Ex Mochl. pag.* 896. Optimum ubi quid exciderit citiſſimè reponi. Si febris occuparit, non tentanda repoſitio, neque quarto die, minimè verò cubiti gibbum quinto die. *Ibidem.*

Quæcunque magna oſſa cute eminent, iis ſive reponantur, ſive non, deligatio non convenit, ſed diſtenſio. *Ibidem. pag.* 897.

Quæ ſupereminent oſſa, eodem aut poſtero die reponito, quarto aut quinto die minimè, ſed ubi gracilia evaſerint. *Ibidem.*

b Hæc facilitas duabus de cauſis accidit, tum quia ſinus Articuli non altè deſcendit, ſupinaque ac

Quibus humerus frequenter illabitur, ii per ſe [b] ut plurimùm in ſuam ſedem repellere poſſunt. Immiſſis enim ſub alam alterius manus digitorum nodulis Ar-

ticulum ſurſum propellunt. cubiti verò gibbum ad pectus adducunt. *Lib. de Articulis. pag.* 817.

Quibus ſummus humerus avulſus eſt; iis os avulſum extare cernitur. Eſt autem id juguli & lati ſcapularum oſſis ligamentum; hac ènim in parte hominis ac cæterorum animalium natura differt. *Ibidem. pag.* 826.

Quibus tibiæ oſſa luxata accedente vulnere, commiſſura quæ eſt ad pedem penitus eminent, ea ſive intrò, ſive extra vergant, minimè [c] reponenda ſunt, ſed ſinenda, & cæt. Id enim manifeſtò ſcire oportet, eos quibus iſta repoſita permanſerint, morituros, paucisque diebus duraturos. Convulſione namque ſublati pauci diem ſeptimum ſuperant, ſed pes & tibia [d] ad gangrænam deveniunt, &c. Quod ſi neque repoſita, neque ab initio tentata fuerint, eorum plerique ſuperſunt. Tibia verò & pes eo quo velit æger, modo obfirmanda, tantùm ne dependeant, neve moveantur. Curatio verò cerato quod picem habeat, & ſpleniis vino [e] madidis inſtituenda. *Lib. de Articulis. pag.* 864. 865.

Eadem quoque ratio, ubi cubiti oſſa ad manus Articulum facto vulnere, vel interiorem in partem vel exteriorem emineant. Certò enim tenendum eſt cum recondita oſſa permanſerint, dicto mortis genere breviperiturum. *Ibidem. pag.* 866.

At quibus tibiæ os ad genu accedente vulnere, vel ad exteriorem partem vel interiorem foras eminet; id ſi [f] recondatur, magis adhuc eos præcipitat quàm cæteros. Verùm ſi non repoſito oſſe curationem adhibueris hac ſola ratione ſalutis ſpes ſupereſt. Eadem ratio eſt in Articulis ad cubiti gibbum, & in cubito, & in brachio. Ex his enim ubi luxata cum ulcere eminent, ea omnia ſi recondantur, mortem; non repoſita ſpem ſalutis afferunt. At iis qui evadunt, claudicatio adeſt. Articuli autem ſuperiores ſi recondantur, magis mortem afferunt. *Ibidem.*

Si luxata, vulnerata cute extent, ſinere ea præſtat,

NOTÆ.

retuſa habet ſupercilia, tum ob humiditatem & laxitatem partium Articulum ambientium. *Galenus.*

c Non poſſunt reponi ſine extenſione, quæ muſculis non parvum nocumentum adfert neceſſariò ſubſequente convulſione, præſertim ſi magni ſint muſculi. At ſi parvi veluti circa pedis digitos minori cum periculo reponentur.

d Gangræna ſuccedit inflammationi; inflammatio violentæ diſtenſioni partium reponendatum. *Gal.*

e Ad partis affectæ robur, arcendamque inflammationem.

f Clarum eſt Hippocratē abſtinere à repoſitione ob metum doloris inflammationis, tandemque convulſionis, itaque præfert ut ægri perpetuò claudi maneant. *Galenus.*

ita ſanè ut non dependeant, neque retrò adducantur. Curatio verò cerato quod picem habeat, aut ſpleniis vino [g] madidis calentibus (his enim frigus [h] nocet) inſtituenda, &c. Neque omnino quicquam deligandum, aut circumponendum. Probè enim noſſe convenit hujuſmodi affectibus appreſſionem [i] & pondus omnem afferre noxiam, *dicto Lib. de Articul. pag. 865. & in Mochl. pag. 891.*

Recrudeſcentis morbi indicia ſunt, ubi ſanguis è venis ſub cute effuſus eſt, & quæ nigreſcunt, & quæ his vicina duritiem aut ruborem [k] aliquem contraxerunt. Etenim ſi cum duritie liveſcunt, ut nigreſcant periclitantur. *Ex Mochl. pag. 890.*

In omnibus Articulorum repoſitionibus imperanda [l] abſtinentia, præcipuè ubi maximi ſunt & repoſitu difficiles. Minimùm verò ubi minimi, & qui facilè reponuntur. *Lib. de Articul. pag. 876.*

Victu tenui & inedia ad ſeptimum [m] diem utendum; ac ſi quidem inflammatio ſubſit, [n] crebrius. Sin minus rarius reſolvendum. Semper autem affectum Articulum quietem agere & optimo habitu collocatum eſſe oportet. *Ibidem. pag. 877.*

Ad curationem ſi febris non adſit, veratrum [o] non exhibendum, alioqui non dandum, ſed in potu aqua mulſa acida utendum. *Ex fine dicti Libri.*

g Quod ſeligendum nigrum & auſterum, ut arceat partes affectas ab inflammatione. *Galenus.*

h Inducendo convulſionem *Gal.*

i Nota luxatis fractiſque oſſibus appreſſionem & pondus noxiam afferre: ſæpeque hac in re à noſtris Chirurgis peccari, dũ nimium partes onerant craſſioribus ſuis cataplaſmatis.

k Ex occaſione novæ fluxionis.

l Ut arceatur inflammationis & novi materiæ affluxus periculum.

m Terminum ſcilicet peracutorum affectuum.

n Metu gangrænæ.

o Cujus nomine omne medicamentum Mochlicum hic intelligendum.

M.

Macrocephali.

INitio hominum [a] inſtitutum, longitudinis capitis cauſa fuit; nunc verò Natura etiam ad inſtitutum accedit. Longiſſima enim habentes capita generoſiſſimos exiſtimant. Hujuſmodi autem eſt inſtitutum. Cum primùm editus eſt infans, caput ejus tenellum & molle manibus effingunt, & in longum adoleſcere cogunt, vinculis & idoneis artibus adhibitis, quibus capitis

a Capita humana pro Nationum diverſitate variam habere cum ab arte, tum à natura formam confirmant etiam obſervationes nonnullæ *apud Schenchium.*

capitis rotunditas vitietur, & longitudo augeatur. Hoc institutum primum naturæ dedit initium, successu verò temporis in [b] naturam abiit. Semen enim genitale ex omnibus partibus provenit, ex sanis sanum, morbosis morbosum. Si igitur ex calvis calvi gignuntur, ex cæsiis cæsii, ex distortis ut plurimùm distorti; cur non etiam ex Macrocephalis Macrocephali? *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 264. 265.

b Eodem successu Genuensium capita nunc absque ullo compressu oblonga & veluti Thersitica nascuntur, quod olim à Mauris Primogenitoribus morem accepissent comprimendi capitis in recens natis. *Ex Scaligero apud Schenchium.*

Magia, [a] *magicæ Artes.*

Si quis magicis Artibus & Sacrificiis Lunam [b] deducere & obscurare possit, tempestatem & serenitatem inducere; non equidem horum quicquam divinum, sed humanum censeo; si utique divina potentia humano consilio superatur & in servitutem asseritur; ac fortè hæc [c] aliter se habent. *Lib. de Morb. sacro.*

a Hanc Artium fraudulentissimam *Plinius* docet natam in Medicina, ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremque; addidisse deinde vires religionis, tandemque admiscuisse Artes mathematicas, &c.

b *Carmina vel possunt cælo deducere Lunam*, &c. *Ex Virgilio.*

c Putant nonnulli incantationes esse anicularum fabulas; in quâ opinione diu fui; comperi tandem illis vim inesse, &c. *Galenus apud Tralianum.*

Magnesius [a] *lapis*, *Magnes.*

Hunc Cneoro datò vel Hippophae, vel grano Cnidio, vel Magnesio lapide, purgare oportet. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 556. *in Leucophlegmatia.*

a Species Magnetis teste *Plinio.* Inquit *Fœsius in Oeconomia.*

Malarum seu Genarum affectus.

Malarum rubor non in plenum, sed leniter [a] florulentus, notatur, in affectu lethali conjugis Polycratis peripneumonia laborantis. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1086. Notatur etiam in empyemate pulmonis descripto. *In Coac.* 402. *& alibi passim.*

In Oeniadis Phœnici & Andreæ fratribus in malis & labio oborti tumores, arida putredine inarescentes, utrumque sustulerunt, septimo Andream. Phœnici verò putredo in circuitum execta est, & ulcus ante

a Ecce quid monstro similes cum ad extrema venitum est maciei malas tubere, cum pars omnis quæ multùm emarcuit pallescat; rubeat verò suave cũ sit habitior; at suppurati rubent ex pulmonum anathimiasi, quæ tussiendo expressa subsistit in genis propter angustiam venularum quæ excipiunt nauseosim majorum neç liberè dimittunt.

mortem magna ex parte repurgatum fuit. Sed & hic mortuus cum diu traxisset. *Lib. 5. Epid. ferè initio.*

Malagma.

[Quid sit Malagma explicabitur subinde in fine *Articuli de Maxillarum Affectibus.*]

Malum. Mala in genere.

Mala [a] dulcia ægrè [b] concoquunt. Acida autem & matura minus. Cydonia adstringunt, neque alvum dejiciunt. Malorum autem succus [c] vomitiones sistit, & urinam promovet, quod & odor ante vomitionem præstat. Mala sylvestria alvum sistunt, cocta verò cibo sumpta magis alvum dejiciunt. Ad eam autem spiritus difficultatem, cum non nisi recta cervice spiritus trahitur, tum eorum succus, tum ipsa quoque epota [d] juvant. *Lib. 2. de Victus ratione. pag.* 330.

[Obmisit sanè, non ignoravit Hippocrates alias malorum species quas præter mala vulgaria, & Cydonia hic expressa hoc ordine describit *Mathiolus.* Tertia igitur differentia est Persicorum. Quarta Armeniacorum vulgò præcociorum. Quinta Medicorum vulgò Citriorum, quorum primus post Dioscoridem *Theophrastus* meminit, deinde *Plinius*, *Galenus*: *Athenæus* cõprehensis Citriorum nomine Limoniis. Sexta Arantiorum, quam videtur *Dioscorides* sub Citriis comprehendisse.)

a Quæ *Dioscorides* vocat Melimela, *Mathiolus* existimat Apiana Romanorum.

b. Ob plurimam excretitiam humiditatem frigidam, cujus causa eorum succus non ferat vetustatem citra acorem. *Ex Gal.* At contrarium docent Normanorum pomacea quæ calefaciunt, inebriant, & plures in annos servantur.

c. d Cum *Hippocrates* hic simul & confusè de malis vulgaribus tractet, atque de Cydoniis; quod adfert de eorum efficacia adversus vomitũ & orthopnœã videtur præcipuè pertinere ad Cydonia, etiam *ex Dioscorid.*

Mala Punica, [a] *dulcia, vinosa, acida.*

Mali Punici dulcis succus alvum dejicit, sed æstuosum quid habet. Mala Punica quæ vinoso sunt succo minus æstuosa sunt. Acida verò magis refrigerant. At omnium nuclei sistunt. *Lib. 2. de Vict. ratione. pag.* 330.

a Granata vulgò, vel quod sint granis refertissima, vel à Granata regione horum feracissima, *Mathiolus.*

a *Malicorium, Cytinus, Balaustium.*

Mali Punici putamen, cinere contectum pari polentæ farinæ portione injecta ex vino bibat. *Lib. de Nat. mul. in Fluore albo.* Malicorio, galla & loti ramentis in vino acerbo coctis uterum colluito. *Ibidem. pag.* 610.

a Aspetum mali Punici putamē, cujus flores Cytini vocantur. At Balaustiū sylvestrę Punici flos est. *Dioscorid. Plinius* verò prim ùm tam sativi quàm sylvestris Punici mali partum florere incipientem Cytinum vocat. Balaustium verò florem in ipso Cytino erumpentem. *Mathiolus.*

a *Maligna, malignitas.* supra *Febris maligna.*

Malignorum remedia sunt lac, allium, vinum fervefactum, sal, acetum. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text.* 7.

a Exoriuntur affectus quidam maligni seu à venenis quæ deleteria dicuntur, seu ab animalibus venenatis, seu interiorum humorum vitio, seu à pestilenti cælo; quorum Alexipharmaca sunt lac ad demulcendam erosionem, allium dum iis quæ frigiditate lædunt resistit. Vinum etiam mediocriter frigidis medendo; acetum dum glutinosos humores quales à fungis generantur dissecat, vel calidiores temperat. Sal verò dum venenosam substantiam deficcat, quæ venenorum auxilia tum qualitatibus manifestis, tum à sola substantia conferunt. *Galenus.*

Mammæ, mammarum affectus.

Glandulæ in pectoribus mammæ vocantur, & attolluntur, & lac faciu . Quibusdam verò minimè. Et mulieres quidem lac habent. Viri autem minimè: Mulieribus siquidem rara est glandularum materia, sicut & totum a corpus reliquum, & cætera apponenda infra, *Articulo de Maris ad fœminam comparatione.*

a De raritate vel densitate corporis mulierum agetur plenius *Articulo de Mensibus.*

Dum mammæ exuguntur, venæ quæ ad eas tendunt ampliores b redduntur, & cętera in *Lactatione* relata.

b Dilatantur enim jugi affluxu uberioris materiæ.

Plurimùm habent dignitatis & c præstantiæ mammæ & oculus dexter, eademque rectitudo in inferioribus partibus, nam & nares in dextris innasci solent. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6.

c Generaliori illa ratione qua dextra sinistris valídiora & nobiliora apud Hippocratem.

Utraque mamma venam crassam habet; qua in re maxima prudentiæ d pars inest. *Ibidem paulò post.*

d *Marinellus* legit quapropter maximam habet confluentiæ partem.

Abortiones facturis marcescunt mammæ. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 1.

Mulieri utero gerenti si mammæ repente graciles fiunt, abortit, & cætera supra in *Abortione* adducta.

Si mammarum papillæ, & crebra circa eas circunferentia pallida fuerit, morbosum esse [e] uterum significatur. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text. 17.*

Mammæ etiam tubercula & inflammationem pariunt, lac [f] ipsum putrefacientes. Commoda verò superioribus similia obtinent & reliqui corporis abundantiam intervertunt, cujus rei testimonium prebent mulieres, quibus per morbum aut aliam [g] quamvis calamitatem mamma aufertur, & vox ferox efficitur, humoresque ad gulam deferuntur, multa sputatione vexantur, capite dolent, & ex iis ægrotant; lac enim ab [h] utero veniens & influens quemadmodum etiam antea ad superiora vasa transmittebatur, cum ea propria non habeat, in principes corporis partes incidit, cor scilicet & pulmonem, ac suffocantur. *Lib. de Gland. pag.* 242.

Quæcumque mammarum dolore ex febribus vexantur, eas concreti sanguinis sputio non fæculenta dolore [i] liberat. *Coac.* 553.

Quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur [k] furorem significat. *Aph.* 40. *sect.* 5.

Conclusi utero menses ad mammas remittunt, &c. Et in mammis tubercula dura exoriuntur, & his deinde occulti cancri pullulant. Carptim *ex Lib. 2. de Morb. mul.* Unde locus afferetur integer in *Mensium suppressione.*

Abderæ cuidam mulieri carcinoma in pectore extitit, & ex papilla sanies cruenta effluebat. Intercepta [l] fluxione mortua est. *Lib. 5. Epid. pag.* 1055.

e Ob consensum uteri cum mammis. *Ex operis societate.*

f Ut non minus ex lactis corruptione quàm ex sanguinis putredine excitetur mammarum inflammatio.

g Ut dum cancro infestatur mamma.

h Per communicationem epigastricæ venæ & mammariæ internæ, ita ut clarissimus *Riolanus* testetur se in recenti puerpera deprehendisse has venas calamo scriptoriorum crassitie, tum mole pares.

i *Duretus* vult mammas indoluisse ob concitata sursum menstrua, ut minus miremur dolorem sedatum à sanguinis sputione.

k *Galenus* existimat casum Aphorismi rarissimum, quem nunquam observarit, variè explicant *Heurnius & Mercurialis.*

l Converso malignæ saniei impetu in viscera proxima.

Mania, *Furor.* supra *Insania.*

Manuum affectus.

De manuum motione ita [a] censeo. In febribus acutis, aut pulmonum inflammationibus, aut phrenitide, aut capitis doloribus quibus ante faciem feruntur,

a Gesticulationes de quibus hic agitur, fiunt ob imaginem illi similẽ quæ per suffusiones contingit,

tur, & aliquid frustra venantur, & festucas colligunt, aut floccos evellunt è vestibus, aut ex parietibus paleas carpunt, ex his omnibus malum, & mortem portendi. *Ex Lib. Prænot. pag. 45. & Coac. 76.*

Qui ad manus contactum [b] resiliunt, malè habere judicantur. *Coac. 59.*

In manibus palpitationes, admodum longam febrem, aut brevem in pejus tendentem judicationem indicant, prætereaque plurima quæ ad mortem inclinant. *Lib. de Judicat. pag. 69.*

Manuum ac pedum tumores cum rubore, [c] perniciem denunciant. *Coac. 63.*

Attendendum quoque ad manus, quæ si tremulæ fuerint, [d] hinc sperandum est sanguinem de [e] naribus profluxurum. *Lib. de Acut. pag. 388.*

Pythionem statim primo die [f] tremor ex manibus, febris acuta & mentis vacillatio cepit, quæ usque ad quartum perseveraverunt, quo pauca ex alvo syncera biliosa transmissa sunt. Quinto invaluerunt omnia, tremores perseverarunt, somni exigui aderant, alvus constitit. Septimo os perperam distractum est. Octavo tremores perseverarunt. Urinæ à principio ad octavum usque decolores, tenues. Decimo sudoribus provocatis, paululúmque maturioribus redditis sputis judicatus est. Post judicationem verò quadragesimo tantùm die circa sedem [g] suppuratio facta est. In stranguriam abscessus transiit. *Historia 1. sect. 1. Lib. 3. Epid.*

NOTÆ.

in quibus ægri existimant foris sitas imagines pilorum, palearum, vel culicum dum fumum iis similem conclusum habent intra oculum. Sic per febres acutas, phrenitim, vel peripneumoniam exhalantibus ad caput humoribus perturbantur spiritus visorii, putantque ægri se videre muscas, aut circa vestem pilos quos carpere satagunt. *Galen.*

b Ut mulier illa in Thaso *ex Histor. 11. sect. ultim. Lib. 3. Epid.* quæ ex mensium suppressione febrem habuit convulsionibus crebram & cum delirio. *Duretus.*

c Sunt enim dimidiati tantùm abscessus.

d Notat *Mercurialis* hic manus vocari tremulas ex vulgi consuetudine loquendi, licet concutiantur & convellantur, potius quam tremant.

e Hoc rarò evenire, esseque signum parum firmum fatetur *Merccurialis* post *Galenum.*

f Videtur hic propriè accipiendus tremor differens à motibus convulsivis seu gesticulationibus manuum, de quibus nuper actum & ex professo Articulo de Convulsivis motibus, quos notavimus *ex Martiano* esse melancholicis maximè familiares.

g Qua ratione ex abscessu hujusmodi urina evaserit stranguriosa explicabitur *Articulo de Urinæ difficultate critica.*

Manus plena mensura, [a] Manipulus vulgò.

a Vocatur etiam fasciculus. *Gorreus.*

Foliorum Marrubii plenæ manus mensuram in vas immittito, &c. *Lib. de Sterilibus*, & alibi passim ad designandum Manipulum.

Mas. Maris ad Fœminam comparatio.

Mulieres lac habent, [a] viri minimè. Mulieribus siquidem rara est glandularum natura, quemadmodum reliquum corpus, & alimentum quod ad se trahunt in lac vertunt, & ex utero ad mammas accedit, ad pueri post partum alimentum. Quod sanè exprimit, aut etiam sursum mittit alimentum ad superiores partes, ab ipso fœtu compressum. At maribus & locorum coarctatio & corporis [b] densatio, ad hoc ut ne glandulæ magnæ sint, plurimùm confert. Mas enim confertim plenus est ac vestis instar, tum visu, tum contactu densus; fœmina verò rara & laxa, ac veluti fluida cum ad visum tum ad tactum. Quare cum rara sit & mollis humiditatem non remittit. Mas verò non suscipit cum densus sit & humorem non desideret, laborque corpus ei roborat, ut non sit quò superflua excipiat. Sicque hæc ratio fateri cogit, & pectora & mammas, reliquumque corpus mulieribus esse laxa & mollia, tum ob vitam desidem, tum ob prædicta. Viris verò contra. *Lib. de Gland. propè finem. pag.* 242.

Hominis animus ignis & aquæ temperationem sortitus est, &c. Fœmina verò ab aqua magis, & ex frigidis, humidis ac mollibus tum cibis tum potibus, & vitæ institutis incrementum accipiunt. At mares ab igne magis ex siccis scilicet & calidis cibis, reliquaque victus ratione. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 311.

Pungentes prurigines & atræ bilis vitia minus mulieres quàm viri sentiunt, nisi menses penitus evanuerint. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 108.

Mares in dextris [c] magis; fœminæ verò in sinistris. *Aph.* 48. *sect.* 5.

Quoniam in calidiore, solidioreque dextra scilicet uteri parte mares concipiuntur, ideò nigri sunt, & venæ extra prominent, longéque biliosiores existunt.

[a] Rarissimè enim ex torosorum hominum papillis aliquid lacti simile prodit. *Ex Observationibus Aristotelis, Avicennæ, Alberti, Cardani.*

[b] De habitu denso marium, raro & laxo mulierum extat locus insignis. *Lib.* 1. *de Morb. mul.* infra legendus initio *Articuli de Morb. mul.* sunt enim qui magis densum existimant mulierum corpus.

[c] Idem censuerunt *Parmenides & Empedocles*, quia dextra pars uteri sit calidior, hepati scilicet è directo respondens. *Galen.*

Mas concrevit [d] valuitque citius ; ubi motus est conquiescit, & tardius augescit, longioreque tempore. Quòd solidior & biliosior evadit, & sanguine copiosiore sit præditus, in causa est locus hic animalis calidior. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text. 34. 35. 36.*

Maturatio, [a] *Maturantia.*

Quæ maturationem desiderant ea occludi cònvenit. Contraria verò exsiccare & aperta esse. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text.* 23.

Maxillarum affectus.

Maxillæ solæ inter ossa venas in se habent, ut proinde copiosius ad eas alimentum quàm ad ossa reliqua trahatur. *Lib. de Carn. pag.* 211.

Cervix dura cum dolore, & maxillarum [a] connexio [b], ac juguli venarum palpitatio vehemens cum tendinum distensione perniciem minatur. *Coac.* 261.

Maxilla paucis adhuc in totum emota est. Os enim à superiore maxilla procedens cum eo osse quod sub aurem annexum est, quasi sub jugum cogitur, quod maxillæ inferioris [c] capita intercludit, & uno quidem capite sublimius, altero verò depressius existit. Inferioris item maxillæ extremorum unum quidem ob longitudinem non facilè elabitur. Alterum verò cornicis rostro simile, & supra os [d] jugale eminet, simulque ex utrisque extremis nervosi tendines oriuntur, quibus innexi sunt [e] musculi temporales, [f] & masticatorii dicti. Qui quod ex his dependeant inde appellationem & motionem sumpserunt. Etenim inter edendum & loquendum & reliquo oris usu, maxilla superior quiescit, capiti namque connectitur, non Articulorum modo committitur. At inferior maxilla movetur. Articulatione namque à superiore maxilla & capite deducitur, &c. Quod verò non admodum prolabatur, causa est, [g] quod nulla tanta ci-

NOTÆ.

d Licet más prior conformetur, mulier tamen post partum celerius augescit, & citius adolescit propter corporis mollitiem. *Gal.*

a Vulgò etiam peptica dicta, quæ facultatem retentoriam, inhæsoriamque, emplasticam Græcis dictam habere convenit. *Galen.*

a Firma scilicet inferioris maxillæ cum superiore adhæsio per convulsionem musculorum temporaliũ. Galli vocant *Dents serrées.*

b Ob doloris acerbitatem, nobilium partium sympathiam, & officii necessarii impedimentum. *Duretus.*

c Maxillæ processus modò capita modò extrema vocat Hippocrates. *Gal.*

d Vulgò os Zygonia dictum.

e. f Temporales musculi differunt à masticatoriis, origine, insertione, & usu. *Galenus.*

g *Galenus in Comment.* duas tanti hiatus ponit ne-

borum necessitas hominem supra quàm possit hiare cogat, in nullo autem habitu prolabatur, quàm si quis vehementer hiando maxillam in alteram partem contorqueat. Ergo maxilla raro excidit. At laxatur plerumque hiando. His quàm celerrimè [h] repositio confert. Alioqui periculum imminet ex febribus assiduis & tardante alto sopore. Hi namque musculi soporem altum invehunt. Cum autem præter rationem intenduntur aut alienantur, ii quoque biliosa, syncera, pauca, alvo excernere solent: & si vomitus adfuerit, syncera vomitu reddere. Moriuntur enim ferè decimo die. *Lib. de Articul. pag.* 833. 834. *& Mochl.*

Maxilla inferior in anteriorem partem prominet, & in alteram luxationis partem pervertitur; ægri maxillas committere nequeunt. Quod si utraque parte maxilla prolabatur, prominet magis, os minus committunt, minimè distorquentur, quod dentium fines indicant, cum superiores inferioribus ex adverso respondeant. Utraque ergo maxillæ parte prolapsa, nisi statim repositæ fuerint, hi intra decem dies ex febre assidua & segni sopore moriuntur. At si ex altera parte tantùm procidat, minor est noxia; eadem tamen est utriusque repositio. Homine decumbente aut in sedem collocato, capite prehenso utramque maxillæ partem ambabus manibus tum inferiore, tum exteriore parte apprehendere, ac tria simul facere oportet, in directum ac in posteriorem propellere, & corpus commovere. Curatio per [i] malagmata, figurationes, & menti exceptionem perficitur. *Ex Mochlico. pag.* 881.

[a] *Maza.*

Maza jam primùm subacta, conspersa, minimè intrita levis est, alvum movet, refrigerat, &c. Quod si mazam statim subactam exhibere velis, ea siccandi vim habet. Carptim, *ex Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 323.

Maza

NOTÆ.

... cessitates, vel dum aliquis rem molis maximæ admittit ore, vel dum oscitando os nimium diducit.

h Priusquam ex musculorum distentorum contagio ad cerebrum noxa perveniat; cerebro enim affecto succedunt febres acutæ cum caro, quo amittuntur ratio, memoria, sensus & motus. *Gal.*

i Malagmata vocantur, quæ induratas partes emolliunt. *Ex Gorreo.* At verisimile est hic adstringentia & roborantia intelligi.

a Maza fiebat ex polenta seu farina hordei tosti aliquo humore conspersa, eratque plebeius cibus. Cæterùm *ex Gal.* tantùm cedit hordeaceo pani, quantum hordeaceus triticeo. Unde Zenodori pro-

Maza longè ante ſubacta, validior quàm non longè ante ſubacta. *Lib. de Affect. pag.* 545.

Ex cibis & opſoniis, pane excepto, & maza, & carnibus, & piſcibus, & vino & aqua, reliqua omnia ad incrementum, & robur & ſanitatem parva & imbecilla auxilia conferunt, &c. *Ibidem. pag.* 548.

NOTÆ.

verbium relatum à *Martiano*, bonam eſſe mazam, panem verò meliorem: idcirco qui in Athenienſium Prytaneo nutriebãtur feſtis diebus pane, cæteris maza alebantur.

Meconium, infra *Peplus.*

Medicamenta, *Pharmaca.*

Medicamenta ea ſunt quæ præſentem [a] ſtatum dimovent, valentiora autem omnia immutant, & cæt. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 420.

Biliofis ea exhibeto quibus bilis repurgetur; pituitoſis verò ea quibus pituita; melancholicis quibus bilis atra, hydropicis quibus aqua. Quæ medicamenta potu exhibentur, neque bilem, neque pituitam purgare ſolent, ea cùm corpus ſubierint, vim ſuam exhibeant, oportet autem [b] refrigerando, aut calefaciendo, aut ſiccando, aut humectando, aut cogendo, aut diffundendo. Quæ verò ſomnum conciliant, ea ſanguini quietem per medicamentum præbere oportet. *Lib. de Affect. pag.* 540.

Si medicamento tibi opus eſſe videatur, in potu ea medicamenta danda ſunt quibus febris tranſmutetur aut deſinat; ut in medicamentis ſcriptum eſt.

Medicamenta tum eorum ſimplices facultates tum ſi quæ deſcripta [c] ſunt, probè tibi memoria teneantur, &c. Malagmatum [d] quoque genera ad ſingulos uſus præparata habeas, potiones item incidendi facultate præditas ex deſcriptione præparatas cuique generi, &c. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 35.

a Licet ea apud Hippocratem frequentius de ſolis purgantibus intelligantur. *Ex Gal. ad Aphor.* 22, *ſect.* 1.

b Conſtat ex hoc textu, tum ex ſequenti præter vacuantia ſeu purgantia, Hippocratem admiſiſſe alteram medicamentorum differentiam, quam alterantium nomine deſignarunt receutiores. Quorum ambitu comprehendantur tum ſomnifera hic expreſſa, tum quæ qualitate minus manifeſta febres tranſmutare, aut extinguere valent; de quibus Hippocrates conſcripſerat Medicamentarium Librum, temporum injuria cum aliis multis amiſſum, *Martianus*.

c Compoſita remedia intelligit ſimplicibus oppoſita, iis autem ex ipſa craſi & mixtione exurgit qualitas quæ fit à Medico probè tenenda.

d Malagmatum nomine hic generatim localia comprehenduntur tam ſcilicet malagmata propriè dicta quam cataplaſmata ſeu epithemata.

a Definitur ab *Herophylo* Scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum: aliis Scientia rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam. Accuratè verò à *Fernelio*, Ars ad humani corporis sanitatem tuendam morbosque profligandos comparata.

[a] *Medicina quid?*

Medicina est quæ sanè in totum à morbis ægrum vindicat, morborumque vehementiam obtundat, neque iis qui à morbo victi sunt manum admoveat. *Lib. de Arte. pag.* 4. Medicina est additio & substractio, & eorum quidem quæ superant substractio, eorum verò quæ deficiunt additio. *Lib. de Flat. pag.* 273. Ars medica ab eo quod molestum est liberat, & id ex quo quis ægrotat auferendo, sanitatem reddit. Idem & natura per se facere novit. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 308.

Medicatio est obluctantem esse affectui. Sic & frigidum auxilio est, & quæ à calido sunt tollit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 7.

a Quoniam quæcumque Medicina perlustrat, ad hominis utilitatem refert & accommodat, Artis nomine contineri par est. Non enim partim Scientia, partim Ars dicenda, tametsi multis theorematis quæ sola Scientia continentur constet. *Fernelius.*

Medicinam esse [a] *Artem.*

Fieri potest ut qui Medicum non adhibeat, iis tamen ex Arte feliciter succedat, neque tamen intelligant rectum ne quid in ea an pravum sit, sed quod per se curatis, eadem quæ si adhibitis remediis curati fuissent, contigerunt. Quod ipsum sanè argumentum Artis existentis, & quod inter præclaras Artes habenda sit, quandoquidem qui neque eam esse Artem existiment, ejus Artis ope servati conspiciuntur, &c. *Ex dicto Lib. de Arte.*

Ubi rectum & pravum suis finibus circumscribuntur, quis hoc Artem esse non existimet? neque Artis nomine istud donandum existimo, in quo neque rectum, neque pravum inest. At ubi utrumque inest, quis non ex Arte hac fieri potius quàm sine Arte effici fateatur. *Ibidem. pag.* 5.

Sic censeo Artem universam commonstratam fuisse, quod singula ex fine observata, & ad eadem aggregata fuerint. *Lib. de Præcept. pag.* 38.

b Intellige ut plurimùm, statim enim nos docebit

Firma est Ars [b] tota medica, ejusque præceptio-

tes ex quibus constat pulcherrimæ. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 421.

Hippocrates in ea non tam di firmam doctrinã hancque aliquando sibi contraria facere.

Medicina [a] *Ars libera.*

Neque vos viri Abderitæ per vim obtrudite, sed Artis liberæ libera finite opera. Qui autem mercede operam suam locant, hi Scientiam tanquam ex priore libertate mancipio dantes, servire cogunt. *Ex Epistola Hippocratis ad Abderitas.*

a. Præbuit ipse Hippocrates illustrissimum exemplum spretis Regis Persarum ingentibus promissis, denegatoque Medicinæ auxilio, quod tunc Persæ Græcis bellum intulissent.

Medicina Ars tum [a] *sacra, tum omnium nobilissima.*

Præceptionum & auditionum, totiusque reliquæ Medicinæ tum meos & ejus qui me edocuit liberos, tũ discipulos qui Medico jurejurando nomen fidemque dederint, participes facturum, aliorum præterea neminem juro & scripto spondeo, &c. *Ex Jurejurando.*

Quæ ad Medicinam pertinent, cum sacra sint, sacris hominibus demonstrantur; prophanis verò nefas, priusquàm scientiæ sacris initiati fuerint. *Ex lege Hippocratis.*

Omnium profectò Artium Medicina [b] nobilissima. Verùm propter eorum qui eam exercent ignorantiam, eorúmque qui de his temerè judicant, omnibus Artibus longè inferior habetur. Cujus erroris ista potissimùm causa mihi videtur quòd soli Arti medicæ nulla in urbibus præter quàm ignominiæ præfinita pœna est, quæ eos qui ea constant minimè affligit, &c. *Ex lege Hippocratis.*

a. Sacra quidem quod à Diis inventa excultaque perhibeatur, Apolline scilicet & Æsculapio. Tum quod ad ejus disciplinam ii soli admissi fuerint, qui sacris ritibus initiati fuissent adhibito solenni jurejurando, tum quod ab ipsis Sacerdotibus, Regibusque fuerit exculta quondam.

b Tum ratione Artis subjecti, corporis scilicet humani, tum ratione finis quem habet unicum sanitatem scilicet.

Medicina Divinationis soror.

supra *in Divinatione.*

Medicina cum Sapientia affinitas.

[a] Sapientiæ cognitionem Medicinæ sororem ei famie

a Philosophiam intelligo.

liarem esse duco. Sapientia siquidem animi perturbationem exhaurit. At Medicina corporum morbos pellit. Mens autem increscit cum adest sanitas, cujus curam habere eos qui rectè sentiunt præclarum est. Ubi autem corporis habitus dolet, mens ad virtutis exercitationem nullam adhibet diligentiam, præsens enim morbus vehementer animum [b] hebetat, & intelligentiam in affectus cognationem secum adducit. *Ex Epistola Democriti de Natura humana.*

Oportet & sapientiam ad Medicinam traducere, & Medicinam ad sapientiam. Medicus enim Philosophus Deo [c] æqualis habetur. Nam neque multùm inter se differunt, & quæ ad sapientiam requirantur in Medicina insunt omnia, pecuniæ contemptus, pudor, verecundia, modestia in vestitu, exercitatio, judicium, lenitas, occursatio, mundities, sententiarum elocutio, utilium ac in vita necessariarum purgationum cognitio, earumque liberatio, superstitiosi [d] Deorum metus aversatio, præstantia divina. *Lib. de Decenti habitu. pag. 34.*

Manifestam naturæ cognitionem [e] non aliunde quàm ex Arte medica haberi censeo, quam is facilè percipiet qui Artem medicam probè complexus fuerit. *Lib. de prisca Medic. pag. 24.*

quæ Hippocratis ævo Sapientia vocabatur, adeóque Medicinæ affinis est, ut *Galenus* conscripserit libellum habentem pro titulo, quod optimus Philosophus sit & Medicus.

b Itaque in hoc consistit humanæ vitæ felicitas, ut mens sit sana in corpore sano.

c Est enim sapiens aliquando id quod Deus semper, *ex Aristotele.*

d Sunt sanè Medici divini numinis cultores, minimè verò superstitiosi; sciunt enim ex *Seneca* religione Deum coli, superstitione violari.

e In Medico nulla potest esse perfectio sine illa Encyclopedia, quæ viam homini munit ad felicitatem. *Ex Scaligero. Lib. 1. dep Reoëtica.*

Medicinæ tum discendæ, tum faciendæ difficultas.

Vita [a] brevis, Ars [b] longa, occasio [c] præceps, [d] experimentum periculosum, judicium [e] difficile. Nec solùm seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & [f] ægrum, & [g] assidentes, & [h] exteriora. *Aphor. 1. Lib. 1. & 6. Epid. sect. 2. text. 33.*

Medici quidem nomine multi, reipsa pauci. Qui enim Medicinæ scientiam sibi aptè comparare volet; is horum omnium compos esse debet, ut [i] naturam nactus sit, [k] doctrinam, locum [l] studiis aptum, [m] institutionem

a Vita brevis Artis discendæ comparatione.

b Ars longa quod ex duobus instrumentis, quibus illa utitur, unum sit periculosum experientiam scilicet, alterum verò per rationem judicium multam habeat difficultatem.

c Quod versetur circa humores versatiles & inconstantes.

d Propter subjecti digni-

ſtitutionem [m] à puero, induſtriam & tempus; in primis natura opus eſt, qua repugnante irrita ſunt omnia. Ea verò ad optimum quodque viam commonſtrante, Artis doctrina paratur, quam ex inſtitutione à puero in loco ad diſciplinam accommodato cum prudentia ſibi parare oportet. Ad hæc longi temporis induſtriam accedere neceſſe eſt, quo diſciplina veluti gravidata, feciliter & benè creſcendo maturos fructus afferat. Quo modo enim quæ terra producuntur, eadem omnino ratione medicæ Artis cognitio ſe habere videtur. Natura enim noſtra agri, Doctorum præcepta ſeminum rationem habent. Inſtitutio à puero tempeſtivæ ſationi reſpondet. Locus verò diſciplinæ accommodatus aeri ambienti, ex quo iis quæ è terra naſcuntur alimentum ſuppetit. Diligens ſtudium agricultura eſt. Tempus autem omnia hæc ad nutritionem plenam confirmat. Quibus ſanè omnibus ad Artem medicam collatis, ejuſque vera cognitione percepta hoc modo urbes [n] obeundo non ſolùm verbo, ſed etiam opere Medici exiſtimationem tueri oportet. *Ex Lege Hippocratis. pag.* 2. 3.

Ars medica [o] ut citò diſcatur fieri non poteſt, quod in ea firma aliqua doctrina non poſſit tradi: nam & nunc & paulò poſt non idem facit, & ſibi contraria facit. *Lib. de* Loc. *in Homine. pag.* 417.

In Medicina nil perpetuum. Nam & natura à natura, & ætas ab ætate differt. *Lib. de Frat. pag.* 799.

Artem tria iſta circunſcribunt, morbus, æger, Medicus, qui Artis eſt miniſter, ægrumque oportet unà cum Medico [p] morbo reluctari. *Lib.* 1. *Epid. ſect.* 2. *pag.* 960.

In Arte medica quæ rectè fiunt plerumque quidem hominum vulgus non admodum laudat, ſæpe verò Diis tribuit. At ſi in aliquo repugnans natura eum qui curatur interemerit, Numen prætermittens Medicos incuſat, & ſanè plus reprehenſionis quam honoris ex Arte conſecutus mihi videor; neque enim quantumvis [q] ſenex ad Artis medicæ ſummam perve-

NOTÆ.

tatem, in quo non liceat bis peccare.

e Per judicium intellige diſcurſum humanum, cujus incertitudinem oſtendunt tot Medicorũ ſectæ.

f Parendo Medico & fideliter omnia referendo, quæ duo ſunt ægri officia.

g Pharmacopeos, chirurgos, clynicos, etiam coquos.

h Aerem, lintea, ſtragula, ſtratum, odores, nuncia, ſtrepitus. *Galen.*

i Ut non fit *Mercurius* ex omni ligno, ſic non quodvis ingenium aptum Medicinæ: plebeius animus aptior ad mercenaria, argenteus ad forenſia; ſolus aureus naſcitur ad naturæ contemplationem, ait *Riolanus in Præfatione ad Simonem Petreum.*

k Ex viva voce Magiſtri.

l Ubi adſit magnus Doctorum & diſcipulorum concurſus; adſit Theatrum anatomicum, hortus variis ſtirpibus virens.

m A puero quidem quod Ars citò diſci nequeat, & ſit vita brevis, affirmetque Hippocrates ſe quantumvis ſenem non attigiſſe Artis ſummam.

n Ideò tot regiones luſtratæ ab Hippocrate & à Galeno.

o Tota enim in diorìſmis ſeu diſtinctionibus poſita eſt. Refert etiam proprias ægrorum, morborum & medicamentorum naturas quas idioſyncraſias vocant agnoviſſe, de quarum aſſecutione cũ diffideret ſibi *Avenrhoes*, Medicinam cujus erat peritiſſimus non auſus eſt exercere. *Riolanus in Præfatione Meth.*

p Sic erit neceſſe duos eſſe uno ſuperiores, Medicum

ni. Neque etiam ipſius inventor Æſculapius, ſed ipſe à ſeſe in multis diſſentit, velut eorum qui ſcripſerunt Libri nobis tradiderunt. *Ex Epiſtola Hippocratis ad Democritum.*

Vehementer quidem hunc Medicum laudarim qui parùm peccet; at exacta [r] certitudo raro cernitur. Quare Medicorum plerique malorum navium gubernatorum mihi ſimillimi videntur, qui ſi tranquilliori mari navem regant, nemo eos peccare deprehendat. Quod ſi eos vehemens ventus [ſ] aut tempeſtas oppreſſerit, jam omnibus conſtat eorum imperitia & culpa navem fuiſſe perditam. Eodem ſanè modo improbi plerique dum leviter affectos curant, in iis quidem ſi delinquant, plebeios latet, ubi verò in magnum, & vehementem & periculoſum morbum inciderint; tunc ipſorum Ars & errores ſunt omnibus conſpicui. Horum enim cujuſque vindices pœnæ præſtò ſunt, neque in longum differuntur. *Lib. de Priſca Medicina. pag.* 18.

Interdum bona eſt Medicina, tum quæ ad aures, tum ad cætera [t] multa non adhibetur. *Lib. de Articulis. pag.* 840.

Optimis Medicis [u] ſimilitudines imponunt, & difficultatem pariunt, & difficile eſt curandi viam ratiocinatione aſſequi. *Lib. 6. Epid. ſect. 8. text.* 49.

Non ſatis eſt hanc Artem [x] ratione noſſe, ſed & in uſum exercitatione eſt traducenda. *Lib. de Articulis. pag.* 823.

Medicus non niſi quæ ſunt periculo proxima intuetur, & quæ ſunt ingrata contrectat, ac ex eorum calamitatibus ſibi dolorem conciliat, &c. *Lib. de Flat. pag.* 273.

Medicorum [a] *diſſenſiones, calumniæ.*

Ars tota magnam quidem apud vulgum calumniam ſuſtinet, adeò ut nullam omnino eſſe Medicinam exiſtiment, ſiquidem in morbis acutis in tantùm inter ſe

que ægro adjurum de morbo triumpharurum.

q Mirum hoc Hippocratem modeſtiæ ſpecimen, cum de eo circumferatur divinum hóc elogium, quod ſcilicet nec fallere nec falli potuerit. In quo *Galenus* minus ſibi temperaſſe videtur. Dum *Lib.* 3. *de Loc. Affect.* gloriatur ſe medicinam uſque ad ſenectam profeſſum citra calumniam ſeu in curando, ſeu in præſagiendo ſibi injectam.

r Supra hominis captum eſſe nunquam errare, ſolius artificis quam minimùm.

ſ *Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Virg.*

t Hoc Hippocrates oraculum licet de ſola chirurgica operatione hic prolatum transferri poteſt ad omnes morbos, in quibus ſæpe plus profit Medicus quieſcendo quam agendo. *Valeriola in Lib. Communibus.*

v Ut ipſi Hippocrati decepto à futurarum ſimilitudine Autonomo accidit.

x Etenim *ex Ariſtotele* non fit Medicus ex libris, imprecaturque *Galenus* iis qui ſe jactant Medicos, citra ulla Artis opera.

a Quotum diffidium ægrorum pernicies ex vulgari proverbio. Celebris etiam Adriani vox expoſtulatoria ſe à Medicorum (procul dubio diffidentium) turba perditum.

diffident artifices, ut quæ alter optima reputat, eadem mala alter exiſtimet, feréque ob id [b] divinationi ſimilis eſſe videtur. *Lib. de Acutis. pag.* 365.

At ferè in morbis & vulneribus ubi mala malis ex cauſis neceſſariis ſuccedunt, cum iſta contingunt in Medicum cauſam rejiciunt. Neque talia ex neceſſitate fieri agnoſcunt, & ſi ad febricitantem aut vulneratum ingreſſus oblatum quàm primùm remedium non juvet, ſed poſtridie æger pejus habeat, in Medicum culpam rejiciunt. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 434.

[b] Intelligit divinationem ex Avium volatu, in qua ſemper diſcordes erant Augures, *Galen.* Hic, ſagacibus viris ità ſuſpectá, ut miretur Cato apud Cicerorem quo modo Haruſpex Hapuſpicem ſine riſu excipiat ob mutuam fallacis Artis conſcientiam ſcilicet,

Medici elegantis Idea.

Ad Medici auctoritatem pertinet, ut quoad natura ejus feret, benè colorato & benè habito ſit corpore. Qui enim bona non ſunt corporis [a] habitudine vulgò exiſtimantur cæterorum curam rectè non habere. Deinde ejus cultus [b] mundus eſto, veſtis ſit decora, & unguentis utatur bene olentibus, citra omnem odoris [c] ſuſpicionem. Iſtud enim ægrotantibus jucundum eſſe ſolet. Dum quoque ſpectare oportet ut animi temperantiam excolat, non taciturnitate ſolùm ſed & totius vitæ moderatione; bonis ac honeſtis ſit moribus, unáque gravitatem cum humanitate conjunctam habeat. Temeraria namque proclivitas & promptitudo, quamvis valde ſit utilis, deſpectui eſt. Quod ad geſtum attinet vult uſit ad prudentiam compoſito, non aſpero tamen, ne ſuperbus & inhumanus videatur. Qui verò in riſum effuſus eſt, & ſupra modum hilaris [d] moleſtus habetur. Quod vitandum. *Lib. de Medico. pag.* 27.

Ad inceſſum eo ſemper ſint habitu, [e] minimè diffluentes aut ſuperflui, in hominum concurſibus graves, ad reſpondendum appoſiti, adverſus altercantes difficiles, in ſimilium affinitatibus contrahendis proſpicientes, erga omnes moderati, ad emotiones taciturni, ad reſpondendum arguti & tolerantes. In occaſione prudenter captanda appoſiti; in victu fruga-

[a] Ut ſi appareat arthriticus, ſcabioſus, lippientibus oculis, aut aliquo pilorum vitio affectus. *Gal. Comment.* 4. *Lib.* 6. *Epid.*

[b] Sed citra fucum & calamiſtros.

[c] Abſtineat ambaro, moſcho, zybetho, præſertim dum hyſtericas vel puerperas curat; refert ſiquidem *Zacutus Luſitanus* ſe vidiſſe quater præfocationem lethalem dum prodirent lochia excitatam ab odore chirothecarum ambaro infectarum, quas Medicus manibus geſtabat.

[d] Etenim ut Muſica diſpicet in luctu, ſic circa ægros hilaritas diſſoluta.

[e] Itaque quantum attinet ad figuram corporis in ingreſſu & ſeſſione; neque nimium ſit humilis, neque faſtu turgeat. Quidam enim extenti ac patentes, alii nimis adſtricti, proni & abjecti. *Galen. dicto. Comment. Epid.*

les & paucis contenti; ad sustinendam occasionem tolerantes; oratione efficaces, &c. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 35.

Medicum urbanitatem quandam sibi adjunctam habere convenit. [f] Austeritas enim tum sanis, tum ægris difficilem accessum præbet; observare autem oportet, ne multas corporis partes denudet. Neque cum plebeis de rebus multis, sed tantum de necessariis confabuletur. *Ibidem. pag.* 34. 35.

f *Galen.* succenset Calliamachi Medico qui sciscitanti ægro moriarne; Hoc carmen pro responso dedit,
Et Patroclus obit, qui te præstantior, ipse.

Medici æquitas, temperantia, secretum.

Æquum [a] in omni vitæ consuetudine se præstare debet: nam cum omnibus in rebus multùm sit in justitia præsidii, tum verò Medico cum ægris non parùm est commercii; ii enim huic tractandos se committunt, iisque ferè semper cum mulieribus virginibus conversatio est, resque magni pretii contrectat, à quibus omnibus sibi temperare debet. *Lib. de Medico. pag.* 28.

Nec cujusquam precibus adductus alicui medicamentum lethale [b] propinabo, neque mulieri pessum subdiditium ad fœtum corrumpendum exhibebo, sed castam & ab omni scelere puram tum vitam tum Artem meam perpetuò præstabo. In quamcunque autem domum ad ægrotantium salutem ingrediar omnem injuriæ inferendæ & [c] corruptelæ suspicionem procul fugiens; tum maximè rerum venerearum cupiditatem erga mulieres juxta ac viros cum ingenuos, tum servos. Quæ verò inter curandum aut minimè etiam medicinam faciens in communi hominum vita vel videro vel audiero, quæ minimè in vulgus efferri oporteat, ea esse arcana ratus, [d] silebo ex jurejurando.

a Medicum paucis describit *Scaliger in Arte Poët.* virum probum, doctum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum, Deo fretum, non sua vel scientia vel opera tumidum.

b Non enim hominum exitio, sed saluti quæsita Medicina, inquit *Apuleius in Asino.*

c Seu per toxica, seu per philtra & pocula amatoria siquæ sint, seu verborum lenocinia.

d Ut decet virum Artis mutæ Professorem.

Medici [a] religio.

Deorum cognitionem potissimùm animo complectitur

a De religione Hippocratis constat ex iis quæ attulimus in Divinitate. *Galeni* verò ex hymmo aureis litteris exarato, *Lib.*

ditur Medicus, cumque in aliis affectibus & casibus Medicina multùm Deos colere comperitur, tum verò Medici Diis plurimùm concedunt. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 34.

3. *de Vsu partium.* Ubi Dei optimi, maximi bonitatem, sapientiam, patientiamque eximiis laudibus prosequitur.

Medici ingressus ad ægrum.

Priusquam ad ægrum ingrediaris, fac cognitum habeas quid tibi agendum sit, plerumque enim [a] non ratiocinatione, sed auxilio egent, &c. In ingressu autem te meminisse oportet [b] sessionis, demissi habitus, vestitus, gravitatis, [c] breviloquentiæ, ut ne quid perturbato animo agas, ut ægro assideas, in omnibus diligentiam adhibeas, ad ea quæ objiciuntur respondeas, &c. Ad hæc primum apparatum te memoria tenere oportet; sin minus videndum ut in reliquis, quæ ut in promptu sint requiruntur, opinione tua minimè excidas. Carptim, *ex Lib. de Decenti habitu. pag.* 35. 36.

Observare primùm diem oportet, quo æger debilis esse & unde, & quando morbi initium cœpit; quod certè precipuum cognitu existimatur. Postquam autem à ipsum interrogaveris, omniaque etiam in considerationem adhibueris. Primùm quidem [e] caput, quonam se habeat modo, num dolore vacet, & nullam in se gravitatem sentiat; deinde [f] præcordia & num dolorem sentiant, aut in tumorem attollantur, vel obliquitatem vel satietatem habeant, vel lateris dolor affuerit, simulque cum dolore aut tissicula, aut tormina, aut ventris dolor affligant, &c. *Lib. de Acutis. pag.* 387. 388. *&* *Lib. de Affect. pag.* 540.

a Nec eloquentia, sed remediis curantur morbi. *Ex Celso.*

b Sedeat Medicus tanquam judex, tum quòd eo habitu mens sit prudentior.

c Seu sententiarum elocutionis, inquit *Hippocrates eodem Lib.* At *Galenus* duas ejus Sententias seligit quas Medicus sæpe ægris proponat. Unam *ex Aph.* 1. &c. nec solùm scilicet Medicum oportere opportunam facultatem præstare, sed etiam ægrum, &c. Alteram *ex Lib.* 1. *Epid.* Artem tribus circunscribi, morbo, ægro, & Medico. Quibus Sententiis sibi obtemperantem ægrum reddat. Adderem lubens hancce tertiam in ore & animo Medici sæpe volvendam, nil temerè assentiendum neque quicquam negligendum, quæ afferetur *Articulo sequenti:* d. e. f Hinc constat quàm rectè dixerit *Galenus in Articulo pro Puero epileptico,* difficile absentibus ægris consilia dari; quod confirmabit Hippocrates Articulo primo jubens, ut crebrò ægrum invisat Medicus.

Medici reliqua officia in ægros.

Crebrò [a] ægrum invise, diligentem consideratio- nem adhibeas, ut iis qui decepti sunt per mutationes occurras. Instabiliter enim moventur quæ in humidis

a Saltem bis in die in morbis acutis, qui brevi maximas pariunt mutationes. Unde concludit *Celsus*,

consistunt, ideóque facilem tum à natura, tum à fortuna mutationem habent, quæ nisi in tempore cum subministrari oportet percipiantur, suo impetu præoccupant & interimunt. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 36.

In Morbis hoc sanè præcipuum est, quænam sit morborum [b] causa, & ex quo principio ac veluti fonte oriantur. Qui enim morbi causam cognoverit, is utique ex iis quæ in corpore insunt, & adepta per contraria morborum cognitione facilè poterit, quæ conferunt offerre. *Lib. de Flatibus. pag.* 273.

Nil temerè [c] assentiendum, neque quicquam negligendum. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text.* 17.

In Morbis quos quis minimè cognoscit, medicamentum minimè vehemens potui exhibendum, quod si æger tibi lenior videtur [d] demonstrata via est. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 416.

Summa cura anniti [e] oportet ut præterita annarres, præsentia cognoscas, & futura prævideas; duóque ista sunt elaboranda ut in morbis commodis, aut ne quid noceas. *Lib. 1. Epid. statut. 2. pag.* 960. Neque ab eo qui curat malum aliquod inferri debet. Satis enim sunt quæ à morbis adsunt. Verùm ut boni aliquid præstet pro viribus curandum est. Quòd si dum probè curat Medicus, morbi magnitudine superetur æger, Medici [f] culpa non est. *Lib. de Affect. pag.* 531.

Id unum spectare debet Medicus, ne temeritate potius quàm consilio, & ut facilitate potius quàm vi [g] curationem adhibeat. *Lib. de Affect. pag.* 531.

Omnia secundùm rationem facienti, & si non succedat secundùm rationem, non est [h] transeundum ad aliud stante de eo quod ab initio visum est. *Aph.* 52. *sect.* 2.

In quibusdam ægris est gratificandum, veluti ut mundatè tum cibus tum potus paretur, &c. In aliis quoque gratificari oportet, quæ non [i] magnam noxam afferunt, aut quæ facilè sarciri queant, veluti frigida ubi ea opus est: In his etiam Medicum se ægro gratum præbere convenit, qualia sunt ingressus, ser-

NOTÆ.

non posse plures ægros uno tempore curari. Vide *Zacutum Lusitanum Præcepto* 21. *Introitus ad praxim*, non concedentem Medico ultra 10. ægros ad summum singulis diebus curandos.

b Cum nil fiat sine causa, eaque sublata tollatur morbus, ideò inquit *Galenus* laborare debet maximè Medicus in ejus cognitione.

c Ægro scilicet, qui enim ejus deliciis subscribit, & ejus voluptatem, non verò sanitatem pro meta habet, is non Medicus est, sed adulator. *Ex Gal. Lib.* 12. *Meth.*

d Sæpe itaque *ex Hippocrate*, curatio ostendit morbum.

e *Gelenus* dum esset juvenis, parvi fecit hoc præceptum, quasi omnibus pervium; at operibus Artis, aliorumque erroribus cautior factus nunquam magnum remedium præscripsit, quod non præviderit profuturum, saltem non incommodaturum. *Comment. in hunc textum.*

f Etenim tunc Medici consilium ratione fultum considerandum non eventus: siquidem ex Poëta

Careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta metenda putat.

g Quam Hippocrates, *Lib. 6. Epid. sect.* 3. damnavit in Herodico qui ægros laboribus conficiebat.

h In Morbis longis quos ut tempus facit, sic etiam solvit, non statim condamnandum, si quid non statim profuit. *Celsus.*

i Ut in parum deteriore cibo & potu. *Ex Aph.* 38. *sect.* 2.

mones, corporis habitus, vestitus, tonsura, [k] ungues, & odores. *Lib. 6. Epid. sect. 4. text. 7.*

Neque verò pigeat ex plebeis si quid ad medendi opportunitatem conferre [l] videatur sciscitari. Sic enim censeo Artem universam commonstratam fuisse quod singula ex fine observata & ad eadem aggregata fuerint. Animum igitur adhibere oportet fortuitæ [m] occasioni, quæ plerumque se offert, quæque cum utilitate & lenitudine potius conjuncta est quàm cum pollicitatione & facti defensione. Utile etiam eorum quæ ægro offeruntur varietatem constituere, neque asseverare [n] oportet quòd unum aliquod exhibeatur remedium quod profuturum sit. *Lib. de Præceptionibus. pag.* 38.

NOTÆ.

k Medicus habeat in primis manus purissimas, faciem, barbam, & comam nitidam. *Gal.*

l Sic *Paulus Ægineta* didicit à muliercula excellens ad hemicraniam remedium ex cucumere agresti cum absinthio in hydroeleo incocto.

m Qualis sese obtulit *Galeno* in Siculo Medico invisendo, dum pro foribus invenit servum egestiones ægri efferentem, ex quarum contemplatione nondũ viso ægro assecutus est morbi cognitionem. *Lib. 5. de Loc. Affect.*

n Ideò nil asseverandum quod licet perpetuum sit in Medicina quod fieri debeat, non est ita perpetuum quod succedit. *Ex Celso.*

Medicus chirurgus.

In iis quæ manus operam postulant, & sectione aut ustione efficiuntur, [a] celeritas & tarditas ex æquo commendantur cum utraque opus sit. Nam quibus quidem una sectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet. Nam cum sine dolore sectio minimè contingat, debet id quod dolorem facit quàm minimo tempore adesse, quod fit administrata celeriter sectione. At ubi multis sectionibus opus est, tarda manuum opera utendum, qui enim celeriter sectionem adhibet, continentem multumque dolorem infert; at qui intermittit, allevationem quandam his qui curantur adhibet. *Lib. de Medico. pag.* 29.

Is qui chirurgiam exercere volet, ut externos exercitus sequatur oportet. *Ibidem. pag.* 31. Neque satis est hanc Artem ratione nosse, sed & in usum exercitatione est traducenda; est enim [b] manuum usus optimus docendi magister. *Lib. de Flat. pag.* 273. *& de Articulis. pag.* 823. In tota Arte tibi in primis allaborandum ut quod ægrum est ad sanitatem reducas.

a In Medico chirurgo requiritur ut tutò, citò, jucundè agat. *Ex Gal. Lib. 14. Meth. cap. 1.*

b Exemplo ipsius *Hippocratis* qui omnes chirurgicas operationes propriis manibus exercuit, ut constat ex tot ejus chirurgicis Libris, tum etiam *Ga-*

Quod si eâ multis modis possit restitui, is qui minimum habet molestiæ eligendus. *Ibidem. pag.* 814.

Turpissimum [c] est per manus operam non assequi quod velis. *Lib. de Med. pag.* 29. Turpe & ab Arte abhorrens aliquid molientem in ipso artificio deficere, *Lib. de Fract. pag.* 807. Turpe tum in omni Arte, tum maximè in Arte medica post multum exhibitum negotium, multum apparatum, multamque de se excitatam opinionem tandem nil opis afferre. *Lib. de Articul. pag.* 844.

Omnia placidè & succinctè facienda; ita ut plerumque in ipsa administratione ægrum [d] celet, & hilari & sereno vultu esse jubeat, eumque à suis cupiditatibus deterreat, & simul quidem cum amarulentia eum increpet, simulque commonefaciendo, & blandè excipiendo consoletur. Neque quicquam eorum quæ instant aut facta sunt ipsi indicet. Iccircò enim multi ob commemoratam instantium aut futurorum prędictionem ad extremorum alterutrum detrusi sunt. Adsit autem ex discipulis aliquis qui præsit, quò pręceptionibus citra amarulentiam utatur, & quod imperatum est subministretur. Deligendi verò jam in Arte provecti, ut ea quæ sunt usui, exhibere, vel securè offerre sciant, neque in intervallis te quicquam lateat. Nullius verò rei curam plebeis cõmittas. Alioqui ejus quod malefactum fuerit reprehensio ad te redundabit. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 36. 37.

Ista in manu curantis officia spectantur, æger, agens, ministri, instrumenta, lumen, quo loco, quo modo, quænam, quemadmodum, & quando, corpus, quæ ad agendum sunt accommodata, tempus, modus, locus: is qui agit sive sedens, sive stans, accommodatè tum ad se ipse, tum ad id quod manu tractatur, tum ad lucem se habeat, &c. Vestis decenter sit composita, explicata, æqualiter similiter in cubitis atque humeris. *Lib. de Officina Medici. pag.* 776.

Ungues non longiores neque breviores digitorum extremis

NOTÆ.

leni qui passim testatur se quandiu in Asia mansit similiter manuum operi adhibuisse.

c Cum versetur circa exteriora corporis, oculis & tactui obvia.

d Quædam ignorantibus ægris curanda sunt, cum multis, moriendi causa fuerit morbum suum nosse. *Ex Seneca. Lib. de Brevitate vitæ.*

extremis verticibus esse oportet. *Ibidem. pag.* 778. Qui agit ad omnia opera adhibeat utrasque manus, & ambas simul cum sint [c] similes ad id quidem animum advertens ut ambabus utatur rectè, decorè, sine labore, promptè, concinnè; celeritas quidem in operis absolutione. Indolentia verò in agendi facilitate consistit, &c. *Ibidem. pag.* 778.

c Similes manus dicit, quod specie & forma non differant. *Galen.*

Apta manuum tractatio in his est, si quis urendo, aut secando, neque nervum, neque venam attingat. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 435.

Medicorum [a] *concilia, consultationes vulgò.*

Neque indecorum fuerit, si Medicus in rei præsentis angustia circa ægrum versetur, imperitiæ etiam tenebris circumfusus, alios quoque accersiri jubeat, quo communi consilio quæ in rem ægri sunt disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant. Ubi enim assiduè urget affectio, morbusque increscit, plurima in animi angustia ad rem præsentem opportuna elabuntur, &c. Hoc namque jurejurando an firmare audeam Medicum ratione utentem, alterum nunquam [b] injuriosè calumniaturum. Sic enim animi impotentiam prodet, verùm id promptius faciunt qui forensem quæstum sequuntur. *Lib. de Præceptionibus. pag.* 40.

a Qui non vult alios convocari in consilium, is vult esse solus in præsepio equus. At Medicorũ consultatio magnum habet ad curationem momentum, sic enim ægri præceptis Medicorum libentius obediunt, calumnia facilius vitatur, & melius dignoscitur affectus, cum plus videant oculi quàm oculus. *Ex Aristotele*: hoc autem debet fieri semotis arbitris, ut libertius proferantur Sententiæ. Vide plura apud Zacutum *Lusitanum*, Præcepto 20. *Introitus ad praxim.*

b Notanda *Dureti* Sententia, bonam esse inter Medicos opinionum dissensionem, pessimam voluntatum, præstantissimam verò esse mutuam studiorum & voluntatum conspirationem.

Medici merces, præmium.

Si à mercede initium duxeris, ægro quidem istam injicies [a] opinionem te eo derelicto non discessurum; quod nisi cum eo conveneris, quòd eum neglecturus sis, neque de quibusdam ad rem præsentem pertinentibus (opinionem injicies.) De mercede igitur statuenda curam habere oportet. Ejusmodi enim animi inductionem ægro utilem esse existimamus, maxi-

a Pactum de curatione & de mercede eatenus excusat *Hippocrates*, quatenus sic erigitur æger in majorem confidentiam Medici, cum ejus intersit affequi sanationem, quam nisi obtinuerit, operam [illegible]

mè in morbo acuto. Morbi enim celeritas cum nullam ad reversionem occasionem exhibeat, bonum Medicum minimè impellit ut suam utilitatem quærat, verùm ut potiorem suæ existimationis curam exhibeat. Itaque satius est à morbo sanatis exprobare quam perniciosè habentes emungere. *Lib. de Praeceptionibus. pag.* 38. 39.

Neque verò exigendæ [b] mercedis cupiditate duci oportet, nisi ut ad Artem ediscendam tuos instruas, suadeoque ne in eo te inhumaniter geras, sed apum affluentiam & facultates respicias, [c] interdumque gratis cures quod si hospiti vel egeno largiendi occasio se proferat, his maximè succurrendum est. Qui enim erga homines se humanum exhibuerit, is Artis amore teneri censetur. *Ibidem.*

NOTÆ.

At longè ab hujusmodi pacto differt præmium & remuneratio, quibus invitatur Medicus ad munus sedulò peragendum, quæque seu sanetur æger, seu moriatur, tam honestè accipitur quam inhonestè exigitur. Ut loquuntur Jurisconsulti de judicum xeniis, licet concedatur animo in ingratos ægros.

b Honotarium Latini vocant desumptum ab honore, quasi is sit vera Medici merces. *Ex Cicerone.*

c Quod *Ausonius* affirmat de patre his versibus.

Obtuli opem cunctis poscentibus Artis inemptæ:
Officiumque meum cum pietate fuit.

Mediocritas, [a] moderatio.

Non satietas, non fames, neque aliud quicquam quod naturæ modum excesserit, bonum. *Aph. 4. sect.* 2. In laboribus, potu, cibo, rebus venereis modus adhibendus. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text.* 5.

Plurimùm atque repentè vacuare, vel replere, vel quovis alio modo movere periculosum, quoniam omne nimium naturæ inimicum. Sed quod paulatim fit tutum est, tum aliàs tum cùm ab altero ad alterum transitus fit. *Aph.* 51. *sect.* 2. Contraria paulatim inducere oportet atque interquiescere. *Lib. 6. Epid. sect.* 2.

a Natura nostra in mediocritate consistit, sanitas ea maximè gaudet, & cum ab ea corpus recedit, ægrotat.

Medulla in genere.

Medulla est ossis [a] alimentum. *Lib. de Alimento. pag.* 306. [Passim præscribitur inter remedia [b] emollientia & anodyna.]

a Id confirmat *Galenus* adversus *Aristotelem*, cui non placet medullam natura sua humidam esse ossis siccissimi alimentum.

b Præstat autem cervina, deinde vitulina, *Galen. Lib.* 11. *Simplicium.*

Medulla dorsalis.

A cerebro [a] ducitur, neque in ipsa multùm pinguis, neque glutinosi inest; non aliter quàm cerebro, eamque ob causam neque medullæ nomine jure appellatur. Neque enim reliquorum omnium medullæ similis est cum sola membranas habeat, quas alia medulla non habet. *Lib. de Carnibus. pag.* 208.

Medulla dorsalis fluxionem è capite excipit. Supra in Catarrho. *Lib. de Loc. in Homine. & infra in Tabe dorsali.*

[a] Medullæ corpus quatuor radicibus partim ex cerebro, partim ex cerebello prodeuntibus conflatur, bipertitum quidem & tenui membrana secretum, ita ut pars una resolvi possit, illæsa altera. *Galen.*

Melancholia, quartus humor.

Appendix ad Articulum de Atra bile naturali.

Humidi quatuor sunt species, sanguis, bilis, [a] aqua, pituita. *Lib. de Genitura. pag.*183. Habet tum vir, tum mulier quatuor humidi formas, ex quibus morbi oriuntur. Hæ sunt pituita, sanguis, bilis & aqua. *Lib.* 4. *Morb. pag.* 501. Nunc de aqua dicendum quo modo & quam ob causam copiosior in homine gignatur, & quo modo ad se lien trahit. Assevero autem quod ubi quis amplius biberit, corpus & lien aquam ex ventriculo [b] ad se trahunt, & si plus æquo traxerint, confestim hominem laborare, idque ita contingere sentiunt quicumque lienosi sunt. At ubi lien traxerit, optimè cesserit, si vetus aqua quæ in liene, aut ventriculo inest, ad vesicam percoletur, & veluti per colum effundarur, neque enim per superiora loca aqua de liene expurgatur, nisi quantùm in vasis inest quæ à liene procedunt. Hæc autem nisi fluida fuerint, & foras percolentur, aqua de liene ad inferiores partes fertur, illicque reliquo humori permiscetur. Et si quidem pauca fuerit, minimè utique gravarit, sed de corpore ad vesicam & ventriculum per venas per-

[a] Quomodo sit intelligendus *Hippocrates* in Locis hic citatis, ubi aquam admittit pro quarto humore, nulla facta melancholiæ mentione explicat *Sennertus in Institut.* Ex mente *Valesii*, *Cordæi*, *Dureti*, *Fæsii*, cum quibus censet aquæ nomine designatum melancholicum humorem, etenim cum is sit sua natura crassus, diluitur tamen multa aqua, ita ut quemadmodum in lixivio, sal & fæculentæ partes, adustæque aquæ ita admiscentur, ut vix deprehendantur; sic etiam in melancholico humore pars ejus terrestrior & crassior diluitur copiosiore sero, ea tamen sit propriè melancholia dicenda. Verùm *Martianus* acriter invehitur in hanc explicationem, à qua etiam recedit *Salius*, ut monuimus *Arti-*

colabitur, multa enim ex eo deferuntur, quæ ubi ficciores quam antea fuerint, ad se ex inferioribus partibus trahunt. Quod si altera aqua oriatur, neque ventriculus, neque vesica foras percolet, lien attollitur, & inferiores partes dolore affliguntur. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 405. 406. Ex 4. humoribus maximè gravis [c] aqua. *Ibidem. pag.* 517.

Ex aqua [d] neque admodum vehemens, neque diuturna febris oritur, cum aqua igni minimè idoneum suppeditet alimentum. *Ibidem. pag.* 517.

culo de *Humoribus*. Hic enim per aquam intelligit serum; ille verò aquam propriè & communiter acceptam.

b. Nota hanc Sententiam de attractione aquæ è ventriculo in lienem acceptam ab *Aristotele*, ut plerumque alia Hippocrates dogmata quæ ex eodem Auctore desumpsit, licet nuspiam ejus mentionem fecerit, qua ratione à multis tanquam ingratus damnatur.

c Ratione partis crassæ & terrestris copiosiore sero dilutæ ex communi Sententia.

d Quatenus prædominatur copiosius serum.

Melancholia [a] *morbus, melancholici affectus.*

Si timor atque mœstitia longo tempore habentes perseverent, [b] ex eo atra bilis significatur. *Aph.* 23. *sect.* 6.

Hæc plerumque melancholicis accidunt, quandoque taciturni sunt, solitarii, desertorum [c] amantes, familiarium aspectum tanquam alienum fugiunt. *Ex Epistola Hippocratis ad Philippum.*

Si lingua repentè [d] incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum. *Aph.* 40. *sect.* 7.

De sanguinis [e] humore aquoso ita censendum, quod pavidos & pervigiles facit, sive bonus, sive malus fuerit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 2. *text.* 29.

In morbis melancholicis ad hæc periculosi [f] decubitus, stuporem corporis, convulsionem, furorem vel [g] cœcitatem significant. *Aph.* 5. *sect.* 6.

Melancholicæ affectiones carnium bubularum esu ingravescunt, ut notatum supra in *Bubula*.

Vere & Autumno fiunt furores & atræ biles. *Aph.* 20. & 22. *sect.* 3.

Si metus & [h] terrores adsunt, ex cerebri transmutatione

a Ad quam reducuntur ab interpretibus plures alii affectus ab *Hippocrate in Lib. de Morb* descripti sub aliis nominibus, puta morbus ructuosus, siccatotius, niger, cura gravis morbus.

b Sine causa manifesta, aut quæ perseveraverit diu nimium post elapsam occasionem. *Galen.*

c Qualis depingitur Bellerophon ab *Homero*.

d Linguam incontinentem appellat infirmam & titubantem, partem verò attonitam ideſt resolutam inquit *Galenus*, qui fatetur se nescire cur hæc sint melancholica. At *Mercurialis* attribuit hæsitantiã linguæ melancholicorum imaginationibus ita celeribus, ut lingua eas tam citò exprimere nequeat.

e Seu melancholico, quem *Valesius in Comment.* facit similem lacti vitioso in caseum & serum degeneranti.

f *Heurnius* vertit metastasim.

g Prout materia repit in has vel illas cerebri partes, vel in opticos nervos,

tatione contingit, dum à bile cerebrum incalescit.[h] Ubi per venas sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit; metus autem circumstat, donec rursus in venas & corpus redierit, deinde sedatur. Intempestivè autem tristatur & angitur dum cerebrum perfrigescit, & præter consuetudinem cogitur, &c. *Lib. de Morbo sacro.* 294.

Balbus, calvus, & qui inter loquendum hæret, aut corpus hispidum habet, morbis conflictatur [i] melancholicis. *Lib. 2. Epid. sect. 5.*

Quibus per febres alvus est liquida, & mens perturbata, & ex his multi floccos vellunt, nares fodiunt, & parum ad interrogata respondent, per se verò nil compositum dicunt, talia [k] melancholica arbitror. *Lib. de Acutis. pag.* 386.

Convulsiones melancholicis succedentes melancholias [l] sanant. ***Ex Epistola ad Demetrium Regem.***

Mœrore confectis & malè habentibus, mortemque sibi laqueo consciscere volentibus, [m] mandragoræ radicem sibi propinato, minore tamen pondere quam quod furorem excitet. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 417.

Ea erat Nicanoris affectio, ut cum ad convivium progrederetur tibicinæ metu afficeretur, adeò ut cum tibias inflare in convivio audiret, præ timore turbaretur, neque sustinere posse diceret si nox esset, de die verò nil commoveretur. Democles qui cum illo erat, caligine tentari; & exoluto esse corpore sibi videbatur, neque per preruptum locum iter facere, neque pontem transmittere auderet, timens ne caderet, verùm per ipsam [n] scrobem adibat. *Lib. 5. & 7. Epid. pag.* 1053. *&* 1109.

Mulier quædam in Thaso, austera, [o] & aspera ex mœrore manifesto, recta adhuc & ambulans, insomnia & cibi fastidio tentata est, siti & magna corporis æstuatione premebatur, &c. Ad tertium diem urinæ nigræ, [p] tenues, habebantque suspensum quoddam innatans, rotundum admodum, neque subsidebat.

NOTÆ.

h Miratur *Mercurialis ad Aph. 56. sect. 6.* nusquam cõmemorari vigilias, easque ideò obmissas existimat, quod constet eas esse à melancholia inseparabiles.

i Vide supra, *Articulo de Balbo.*

k Imò potius phrenitica sunt ista, inquit *Galenus.*

l Per decubitum humoris melancholici à cerebro in nervos.

m Cujus succus instar veratri melancholiam sursum educit, insuperque vigilias sanet, *Ex Dioscor.*

n Similia vel magis ridicula melancholicorum deliria affert *Galenus. Lib. de Loc. affectis.* Plura verò *Laurentius* de his edito Libello elegantissimo.

o Tum vultu, oculisque, tum motibus. *Gal.*

p Urinæ nigræ nullum attulerunt periculum, quòd retenti essent menses mul-

Sub judicium muliebria copiosa prodierunt. *Lib. 3. Epid. sect. 3. In Ægro undecimo.*

Dealcis uxorem in Thaso febris horroris seu insignis & acuta ex mœrore prehendit, &c. Semper taciturna fuit, manibus palpabat, scalpebat, floccos legebat, lacrymas fundebat, moxque ridebat, non dormiebat, alvus irritata nil demittebat, parùm nec nisi monefacta bibebat. Urinæ tenues & paucæ, febres ad manus contactum leves erant. Primo & vigesimo [q] die obiit. Huic perpetuò spiratio rara fuit & magna. Carptim *ex Historia* 15. *sect.* 3. Lib. 3. *Epid.*

NOTÆ.

...rum. melancholici, quorum causa meritò morosa & ferox evasit, quibus redeuntibus cessarunt ista omnia. *Galen.*

q Cum hæc primo statim die phrenitica fuerit, miratur *Gal.* quod non fuerit citius sublata instar ægri quarti ejusdem sectionis quarto die perempti, respondetque huic mulieri febres fuisse ad contactum leves.

Melanurus piscis.

Ex piscibus marinis quidem mulus, [a] melanurus & anguillæ maximè vitandi. *Lib. de Morbo sac. pag.* 282. *& de Intern. Affect. pag.* 559.

a Mirum aggregari Melanurum mulo & anguillæ, cum *ex Columella* degat inter saxa; sic autem nominatur ob notam nigram in cauda. *Martinus* hic.

Mel, mellis ratio.

Mel [a] siccum est syncerum; ex aqua verò humectat. Biliosis alvum dejicit, pituitosis sistit, cum cæteris sumptum nutrit, & coloris bonitatem facit. Per se autem magis attenuat quàm vires reficiat. Nam & per [b] urinas fertur, & supra modum expurgatur. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 328. *&* Lib. *de Affect. pag.* 547.

Vinum & mel optima [c] hominibus censentur, si pro natura sanis & dolentibus tempestivè & moderatè exhibeantur. *Ibidem. pag.* 548.

Vini & mellis meracitas insigne habet discrimen, nam & si vini meri bis tantumdem ad id mellis quod delingit, quis biberit, is longè validior [d] à solo melle, ubi ventrem non turbaverit, reddetur, &c. *Lib. de Acut. pag.* 378.

Quæcunque per alvum aut urinas deducere voles

a Mel omnium rerum dulcissimum, cujus dulcedini nil possit addi, quin in consequētem qualitatem, amaritudinem scilicet trāseat, lac contra, quod minus dulce nunquam amarescat. *Galen.*

b Ideò omnibus thoracis & pulmonum medicamentis miscendum, ut sit eorum distributionis in corpus potissimum vehiculum. *Ex Gal. Lib. 4. Meth.*

c Cujus usus cyrinos Corsicæ incolas longævos reddidit *ex Athenæo*; confirmat verò hujus bonitatem *Polionis* responsum Cæsari factum, quod scilicet centesimum annum attigisset ex usu mellis interius, olei exterius.

ex melle & vino exhibeto. Verùm quæ per alvum[d] cum aquosa mulsa copiosiore propinato. *Ibidem. pag.* 391.

Mel coctum ventriculo ardorem excitat, eique affigitur; deinde ubi in ventriculo coctum fuerit, effervescit, venterque derepente attollitur, incenditur, & disrumpi videtur, *& cætera adducenda in Typho. 4. Lib. de Intern. Affect. pag.* 582.

d *Galenus* existimat factam comparationem vini olygophori tantùm, non verò vini vinosi quod non cedit melli in nutriendi facultate.

Melicratum, [a] *Mulsa*, *Oxymel.*

Aqua mulsa per totum [b] morbum in acutis epota, iis prorsus qui atram bilem acervant, & quibus viscera intumescunt, minus quàm non talibus est [c] idonea. Sitim tamen [d] minùs quàm dulce vinum infert, pulmonem enim emollit, & sputum mediocriter educit, tussimque sedat. Habet namque detergens quiddam, quod plusquam par est, viscidum [e] sputum reddit. Mulsa quoque abundè urinas provocat, nisi quid ex visceribus prohibeat. Quin & biliosa magis per alvum dejicit. Interdum laudabilia, interdum bile syncera plus quàm par est colorata, & magis spumantia. Idque biliosis & visceris alicujus inflammatione laborantibus potius contingit. Mulsa igitur [f] dilutior sputum magis educit, & pulmonem emollit. At spumantes alvi dejectiones & plus quam par sit bile saturatas, calidioresque syncera magis quàm aquosa demittit. Carptim *ex Lib. de Acut. pag.* 377.

Damnata est autem ab hominibus aqua mulsa, quod epota ad extremam imbecillitatem deducat, ideóque brevi mortem adferre existimata est. Quod quidem propter eos qui [g] vita per inediam discedunt dictum est. Sunt enim qui ea sola in potu utantur tanquam certè talis existat. Verùm non ita se res habet, sed sola epota aqua longè [h] valentior existit, nisi alvum conturbarit. Sed & vino albo tenui [i] paucifero & inodoro quodammodo validior est, & quodammodo imbecillior. *Ibidem.*

a Quod æstate paratur in rem præsentem ex 12. partibus aquæ & una mellis; hyeme ex octo partibus aquæ, inquit *Duretus*, qui tamen parat longè dilutiorem, æstate scilicet ex 24. partibus aquæ, hyeme ex sexdecim.

b Totum morbum interpretatur *Gal.* de iis morbis, in quibus cremorem ptisanæ non licet exhibere, nondum scilicet transacto morbi vigore.

c Quòd facilè bilescat & obstruat viscera.

d Quod tenuior sit & penetrabilior vino.

e Clarius dixisset mulsam habere vim quandam detergendi, quæ cum sit exigua non quidem sputum spumosum reddit, sed tale fieri sinit. *Gal.*

f Nisi enim dilutior fuerit, bilescit. *Gal.*

g Qui sunt suæ vitæ naturæque voluntarii inimici. *Gal.*

h Etenim mulsa nutrit, nisi alvi profluvium excitet; aqua minimè, licet sola assumpta remoretur tantisper mortem irrigando ventriculum. *Gal.*

Præcipuè verò mulſa cocta utendum eſt, ſi mel pravum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris, coctura namque hujus pravitatis [k] vitium magna ex parte aufertur. *Ibidem.*

Acetum [l] mulſum multiplicem quidem in his morbis pulmonis ſcilicet utilitatem afferre comperies, nam & ſputum ſurſum educit, & facilem reddit ſpirationem. Has verò habet utendi opportunitates; quod quidem valde acre eſt, nil moderatè effecerit ad ſputa, quæ non facilè exeunt. Nam ſi ea educeret, quæ ſtridulam in faucibus aſperitatem faciunt, & lubricitatem induceret, ac veluti ſi guttur dilataret, pulmonem utique leniret, cum ipſum emolliat; quæ ſiquidem contingerent magnam utilitatem præſtarent. Interdum verò quod valde acre eſt, ſputum minimè educit, ſed magis glutinoſum reddit, noxiamque facit. Maximéque ita affecti ſunt, qui cum alioqui perniciosè habent, neque tuſſire, neque quæ intus continentur excreare poſſunt. Ad hoc igitur ægrotantis robur conjicere oportet, &c. Quod autem parum acre eſt, os quidem & fauces humectat, ſputum educit, & ſitim ſedat, præcordiiſque eſt benevolum; nam & mellis noxias inhibet, cum quod in eo eſt biliosum corrigat, flatus etiam [m] perrumpere facit, & urinas [n] ciet; inteſtini tamen inferiorem partem plus æquo [o] humectat & ramenta educit. Carptim *Ibid. pag.* 378. 379. Ut autem in ſumma dicam aceti aciditas bilioſis naturis magis confert, quàm melancholicis, *& cætera adducta in Aceto, ex eodem* Lib. *de Acutis.*

Meliceris [a] *abſceſſus.*

[Succedit aliquando arthritidi, *ex* Lib. 2. *Prædictorum*, unde adductus Locus in Arthritide.]

NOTÆ.

i Olygophorum vocatur quod nullam aut pauciſſimam aquæ mixtionem ferat, cui opponitur polyphorum. *Gal.*

k Aufertur etiam mulſæ flatuoſitas dum coquitur. *Gal.*

l Quale conficitur à Meſuæo ex aceti una parte, mellis partibus duabus, & aquæ partibus quatuor. Nunc verò dilutior paratur, ex octo partibus aquæ, una mellis & aceto quantùm ſatis ad guſtum. *Duretus.*

m Dum oxymel parat viã materiæ craſſæ, per accidens flatus diſſipat. *Duretus.*

n Ob partium tenuitatem.

o Labefactata ventriculi facultate, unde pro chyloſi fit cruditas. *Duretus.*

a Humorem mellis ſimilem cyſti incluſum continens.

Menses. Menstrua. Eorum causa.

Mulierem [a] rariore & molliore carne esse quàm virum censeo. Atque cum ita se res habeat, mulieris corpus celerius & magis humores ex ventre trahit quàm viri. Si quis enim aquæ in loco humido per duos dies & duas noctes lanas puras imponat, & vestimentum parum densè contextum æquali cum lanis pondere, iis sublatis & appensis longè graviores lanas quàm vestimenta comperiet. Quod cum fit ab aqua quæ in vase lati oris est, semper aliquid sursum decidit, lanæque cum sint raræ & molles, ejus quod secedit majorem partem excipiunt. Vestimentum autem quod plenum sit & confertim contextum explebitur, neque multùm ejus quod decidit excipiet. Ad hunc sanè modum mulier cum rarior sit, ampliorem ex ventre in corpus humorem & citius trahet quàm vir. Cumque molli carne sit, ubi sanguine corpus expletum fuerit, nisi ab eo aliquid decedat, carnibus impletis, & concalefactis dolor oboritur. Calidiorem enim sanguinem [b] mulier habet, ideóque viro [c] calidior est, &c. Cum verò vir sit carnis solidioris quàm fœmina, neque superiore ventre ita sanguine supra modum impletur, ut nisi aliquid singulis mensibus decedat, dolorem suboriri necesse sit; neque nimirum dolore affligitur, neque ut mulier ex plenitudine incalescit, multúmque ei confert, quod duriter se exercet; vehemens enim exercitatio nonnihil humoris educit. *Lib.* I. *de Morb. mul. pag.* 630.

In omni muliere si sana sit, euntes menses moderata quantitate prodeunt ad duarum heminarum [d] Atticarum mensuram, aut paulò plures, aut pauciores; idque ad [e] biduum aut triduum; longius autem tempus vel brevius morbum aut sterilitatem portendit; prodit autem sanguis qualis è [f] victima, citóque concrescit si mulier valet. At quibus à natura inest ut pluribus quàm quatuor diebus purgentur, & ad mo-

a *Duretus* tum *in Comment. ad Praxim*, *Holerius* rum *in Coac.* 10. *Tract. de Morb. mul.* observat plura errata in hoc textu, statuitque corpus muliebre esse magis densũ & minus perspirabile quàm virorum, densum inquam & succi plenum, ex quo nil exudet.

b. c Calidiorem habet mulier sanguinem ex accidenti, quòd corpus habeat minus perspirabile. At cum Sciolus aliquis id in margine annotasset, id ipsum Librarius textui adjecit, inquit *Duretus*. Verùm *Martianus* calidiorem mulierem admittit, non quidem simpliciter, sed adjecta conditione si non expurgatur singulis mensibus, sic enim abundat sanguine, qui citò incalescit, & morbosus evadit.

d Quæ pendent ℥ viginti.

e In mulieribus mulierosissimis septem diebus; in mediocribus quatuor vel quinque; in virginibus duobus tantùm durat hoc profluvium, *Heurnius in Aph.*

f Floridus & purpureus, non enim offerebantur victimæ nisi sanæ. *Duretus*.

g Seu longum tempus interpretemur de singulis periodis longioribus, seu de perseverante evacuatione in quinquagesimum annum & ultra.

h Itaque naturæ imitatione mulieres sic affectas secta vena in poplite vel malleolo curato, inquit *Golenus*.

i Sumpta indicatione à contrariis.

k Quo sanè tempore habent vim longè majorem ad sanandos morbos, & revellendum sanguinis sursum irruentis impetum.

dum copiosi menses ferantur, eæ tenues redduntur, earumque fœtus tenues sunt, & languidi tabescunt. Quibus verò parcior quàm tribus diebus purgatio contingit, paucique menses prodeunt, eæ crassæ sunt, bene coloratæ, virilesque, neque partus meminerunt, & ne concipiunt ipsæ quidem. *Ibidem. pag. 636.*

Menstruæ purgationes aquosis mulieribus [g] longo tempore perseverant. Quod si non celeriter prodeunt, tumoribus conflictantur. *Lib. 6. Epid. sect. 1. text. 6.*

Mulieri sanguinem evomenti, menstruis [h] erumpentibus solutio. *Aph. 32. sect. 5.*

Animadvertendum quod post menstruas purgationes uteri dehiscunt, quodque humiditas quæ per ea quæ prodeunt satis indicatur, siccissimam uteris rationem [i] desiderat. *Lib. 6. Epid. sect. 8. text. 9.*

Quæ ex tussi paucum & nil effatu dignum rejiciebat, huic manus dextra & crus sinistrum syderata sunt; nulla alia pars immutata, non facies, non mens ipsa, &c. Ad vigesimum diem melius habuit, circa mensium eruptionem [k] qui primùm illi apparuerunt. *Lib. 2. Epid. sect. 2.*

Mulier quæ nunquam peperit, majori molestia ex menstruis profluentibus afficitur, quàm quæ puerperii purgamenta jam fuerit experta. *Lib. 1. de Morb. mul.*

Mensium instantium signa.

a Horror fit à vasis in quæ cacochymia exprimitur ex lumbis per dorsum ad caput, indeque refluit ad locos unde transmissa est. *Duretus*.

b Seu multis ex versione *Dureti*, nam mensium vacuatio caliginem discutit, seu hæc fuerit cum nube simplici, seu cum crassiore nebula, quam excitat cohibitorum menstruorũ anathymiasis.

Horrore [a] subinde tentatis, lassitudine, & capitis gravitate conflictatis menses erumpunt. *Coac.* 541. 555. *& Lib. 1. Prædictor. Sent.* 142.

Horroris & lassitudinis sensus, capitis gravitas cum cervicis dolore mulieribus purgationes dejiciunt. *Coac.* 548.

Oculorum caligines crebris [b] apparentibus mensibus solvuntur. *Coac.* 552. Tenebricosæ vitiligines & reliqui capitis morbi virginibus contingunt circa mensium exitum. *Lib. 2. Prædict. pag.* 108.

Menstrua profusiora.

Si menstrua plura fiant, accidunt [a] morbi, & si non fiant ex utero morbi contingunt. *Aph.* 57. *sect.* 7.

Si fluor in uteris gignatur [b] copiosus sanguis fluit, & grumi concreti excidunt, dolor ad lumbos, laterum inanitatem, & imum ventrem detinet, qui durus est & contactus dolet; rigor, & febris acuta prehendit, imbecillitas innascitur; omnia præter [c] humeros & scoptula operta dolent, calor & rubor detinet; venæ duræ sunt & renitentes. Hic morbus ex abortionibus præcipuè oritur, & cum menses diu retenti derepente affatim eruperint. *Lib.* 2. *de Morb. mul. pag.* 703. Ubi plura ad curationem pertinentia, per adstringentia assumpta, admota & injecta.

Mulier quæ puerperii purgamenta experta fuerit, cum minore labore menstruam purgationem sustinet, ut supra. *Articulo præcedenti.*

Mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitam quàm maximam ad mammas appone. *Aph.* 50. *sect.* 6.

a Cachexia, decoloratio, hydrops, paralysis; mors etiam ex virium subita ruina.

b Præsertim ex anastomosi vasorum uteri nimia plenitudine gravatorum, aut ex eorumdem diruptione.

c Seu præter humeros ad scapulas. *Marinellus.*

Ex Mensium suppreßione [a] *morbi.*

Si menstrua non fiant ex [b] utero morbi contingunt, *ex fine Prædicti Aph.* 57. *sect.* 5. Menses non supprimi utile, nam inde veniunt [c] epilepsiæ, quibusdam alvi profluvia [d] diuturna, nonnullis [e] hemorrhoides. *Coac.* 522.

Intra trium mensium spatium decurrentes menses bellè restituunt insanitatem. At si intra trimestre spatium non prodeant, in suffocationem subinde incidet, febrisque ac horror & lumborum dolor sæpe invadet. Infra verò quadrimestre spatium nisi menses progressi viam fecerint prioribus, etiam trimestres afflictiones eam magis affligent, maximè [f] eo tempore quo menses decurrere consueverunt, posteáque minus. Plerumque verò doloris expers videtur. Erunt [g] etiam

a Nisi adsit excusatio graviditatis, lactationis, inclinantis ætatis, aut morbi prægressi.

b Tum in ipso utero, ut omnis generis tumor, & ulcera tum extra uterum converso sanguinis impetu in viscera vel in corporis habitum, unde cachexia & hydrops. Vel in pectus, unde pleuritis, peripneumonia, asthma, tabes, vel in cerebrum, unde mania, & melancholia. Quædam etiam coxariæ redduntur. *Heurnius.*

c Qua comprehenduntur aliæ convulsionum species.

d Ex attritione caloris nativi in ventriculo.

e Uti & narium hæmorrhagiæ non inutiles que-

in quadrimestri spatio hæc indicia. Urinam copiosam & crassam reddet, ei venter indurescet, majorque erit quàm antea. Dentium stridor aderit, ciborum fastidium, & insomnia. Atque ista mulieri contingent, si intra quadrimestre spatium menses non decurrant. Curata verò ex his etiam convalescit, ac intra quintum mensem nisi copiosi menses descenderint, etiam vehementior dolor ingruit. Sexto verò mense jam [h] incurabilis erit, & juxta priora signa magis affligetur; deinde ista accedent, anxietate vexabitur & subinde seipsam jactabit, animo deficiet, pituitam vomitione rejiciet, vehemens sitis eam corripit incenso [i] nimirum ventre, ab uteris sanguine redundantibus ad contactum maximéque circa [k] pubem dolebit, subindeque [l] acutè febricitabit, uteri frequenter murmur edent agitato nimirum & permanente in eis sanguine, neque pro more [m] venter dijiciet, neque [n] urina vesica percolabit. *Lib. 1. de Morb. mul. pag. 631. 632.*

Nonnullis mulieribus copiosi menses duorum mensium spatio in uteris extiterunt, ubi interrupti fuerint, ad pulmonem feruntur, eáque omnia contingunt quæ in tabe dicta sunt, neque inde [o] superesse possunt. Sunt & quibus menses [p] purulenti evadũt, ubi duobus vel tribus mensibus noxam fecerint. Idque præcipuè accidit si à febre exusti fuerint. Purulentorum autem hæc indicia sunt. Dolores ad imum ventrem irruunt, & pulsationes vehementes, neque contactum sustinet. Quòd si melius habitura sit, ei menses per pudendum erumpunt, pusque & sanguis fertur graveolens per septem, octo, aut novem dies. Ubi autem repurgata fuerit optimum quidem, si nulla oriantur ulcera, &c. *Ibidem. pag. 632.*

Accidit id quoque nonnullis, ubi bimestres aut trimestres, aut diuturniores menses extiterint, & ad lateris [q] mollitudinem irruperint, minimè purulentis mensibus. Supra inguina velut tuberculum exoritur sine [r] vertice magnum & rubrum quod plerique Medici

madmodum & varices in tibiis. *Duretus.*

f Satagente natura humores per solitum iter versus lumbos & uterum transmittere.

g Ex recursu sanguinis tum in vasa majora, tum in varias partes.

h Intellige ut plurimùm, aliquando tamen curari, constabit infra.

i. k. l Hic expressa symptomata ex incenso ventre ab uteris sanguine redundantibus indicant uteri inflammationem.

m. n Nil mirum inflammato utero, hinc inde jure viciniæ affici rectum intestinum & vesicam.

o Id confirmatur à *Schenckio* adducta Histor. puellæ ex hac causa tabidæ, quæ nulla arte potuit servari.

p Procedunt ex empyemate uteri, quod duobus modis contingit, aut cum menstrua glutinosa locis infarcta, eaque ratione inflammationem moventia in quid puri finitimum conversa fuerint, aut cum vetæ uteri inflammationi suppuratum successerit. *Duretus.*

q Circa ilia sub ultima costa.

r Vulgò panus & panis, quibusdam panicula; propriè phygethlon, tumor scilicet latus, frequens in vertice, alis & inguinibus.

dici quid esset ignorantes, dissecuerunt, eóque modo mulieres in periculum injecerunt. *Ibidem. pag.* 635.

Vertuntur ad vomitum [f] menses quibusdam, quibusdam etiam ad sedem, maximè in virginibus. *Ibid.* Plerisque etiam contingit ut sexto mense, aut etiam breviore tempore uterum gestare existiment: venter prominet, reliquaque ei evenire videntur quæ utero gerenti: postea quibusdam simul atque quintus aut sextus mensis advenerit, in pus versi menses superiore inguinis parte [t] eruperunt, eaque sibi viam fecerunt. In quibusdam autem ulcera in uteris oriuntur, inferiore etiam inguinis parte, & [v] de vita periclitantur, ac si evaserint steriles erunt. *Ibidem. pag.* 634.

Conclusi utero menses ad mammas remittunt, & inexpertæ uterum gestare videntur, *& cætera adducta in Conceptionis signis.*

Quin etiam vesicam interdum offendunt, eamque premunt & [x] urunt, urinæque stillicidium afferunt. Quandoque in coxendicem & lumbos procumbunt, doloresque exhibent; nonnunquam ex eo claudicationis periculum impendet, &c. *Lib. de Nat. puer. pag.* 190.

Menstruis deficientibus sanguis ex naribus profluens, [y] bonum. *Aph.* 33. *sect.* 5.

f Quibusdam per os, nares, oculos, aures, dentium alveolos, mammarum papillas, umbilicum, vesicam, extremos digitos servata quadam periodo. Apud *Schenkium.*

t Facto apertoque abscessu.

v Quod hujusmodi ulcera sæpe in nomas vel carcinomata degenerent. *Ex Fernelio*, ipsaque experientia teste.

x Præsertim ubi inflammatur uterus incensus à sanguine congesto putrenteque.

y Bonum quidem simpliciter soluta sic plethora. Bonum etiam comparatè ad alias vias minus commodas, ut per vomitum, sputum, dysenteriam. *Gal.*

Ex suppreßione Menstruorum [a] *variora, miraque symptomata.*

Si mulier quæ neque gravida est, neque peperit, lac habet, huic menstrua defecerunt. *Aph.* 39. *sect.* 5. Supra *in Lacte explicato.*

Virgini si menses suo tempore non appareant, multùm febricitat, dolet, sitit, esurit, vomit, insania vexatur, ac rursus ad mentem redit, uteri moventur, & cum ad viscera vertuntur, vomitus, febres, ac delirium

a Menstrua toto genere venenata existimarunt *Plinius*, *Columella*, *Ælianus*, *Fernelius*, quod admittit *Schenkius* de primis mensibus experimento catellorum, quos in deliciis habent virgines, qui si delapsa menstrua degustarint in rabiem aguntur, in omnibus tamen maligna sunt cum à propria natura degenerant.

accedunt: at ubi ceſſant, eſurit, ſitil, & [b] febris lenta aë mitis epialos dicta detinet. *Lib. de Superfœt. p.* 231. 232.

Cum virginibus quibus nuptiarum tempus inſtat, ſuppreſſa menſtrua fuerint [c] cor obſtupeſcit, inde torpor, & ex torpore dementia invadit, non ſecus ac ſiquis ſedeat diutius ex coxis ac femoribus in tibias depreſſus ſanguis torporem adfert, ex quo pedes ad incedendum impotentes redduntur; cum autem hæ partes oppletæ fuerint, etiam torpor cum febre irruit (febres inerrantes appellant;) quæ cum ita ſe habeant, ob acutam quidem inflammationem inſanit, ob putredinem clamat, ob [d] caliginem terretur, & timet; ob oppreſſionem verò quæ circa cor eſt, ſuffocationem ſibi parat; ob ſanguinis autem vitium animi anxietudine & impotentia vexatur, & malum contrahit. Quin etiam alium horrendum in modum appellat, & [e] in puteos deſilire, ac præcipitare, ſeſeque [f] ſtrangulari jubet, tanquam hæc præſtantiora ſint, & omnem vitæ utilitatem excedant. Interdum verò citra [g] ſpectra voluptas quędam mortis tanquam boni cujuſdam expetendæ inceſſit, redeunte autem ad mentem homine mulieres tum alia multa, tum verò pretioſiſſimas veſtes muliebres Dianæ conſecrant à [h] vatibus id jubentibus deceptæ. Verùm ad mali hujus liberationem curatio eſt ſi nihil ſanguinis influxum impediat. Equidem virginibus ſuadeo quibus tale quid accidit ut viris [i] jungantur citiſſimè, ſi enim conceperint ſanantur. *Lib. de Virginib. pag.* 593. 594.

Abderis Phaetuſa Pithei conjux, antea per juventam fœcunda erat: viro autem in exilium pulſo diu menſes defecerunt, ex quo poſtea dolores, & rubores ad Articulos exorti ſunt: quæ ubi contigerunt, tum corpus virile, tum in univerſum hirſutum eſt redditum; barbaque enata, & vox aſperior reddita, omnibuſque fruſtra ad ciendos menſes tentatis paulo poſt obiit. Idem in Thaſo, Nemyſiæ Gorgyppi conjugi contigit, quæ etiam paulò poſt obiit. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 8. *in fine.*

b Vulgus vocat amatoriam de qua ſupra in Febre lipyria & epiala.

c Cor fatuum fit ex verſione *Marinelli*, ſumpto corde hic pro cerebro, ex opinione Veterum mentis ſedem in corde locantium, ſicque intelligenda hujuſmodi dementia virginibus accidere ex refluxu menſium ad ſeptum tranſverſum, in cujus conſenſum adducatur cerebrum. *Martianus.*

d Intellige caliginem ſpiritus animalis, cui tenebras effundunt tetri halitus à ſuppreſſo ſanguine elati eadem ratione qua terreri melancholicos cenſet *Gal.*

e. f Quod Lugdunenſes virgines quondam ſe catervatim in puteos præcipitarint, mileſiacæ ſe ſtrangularint, quidam attribuunt menſium ſuppreſſioni, alii uterino furori.

g Seu ſine ſpectris ex verſione *Marinelli.*

h A ſacrificulis ſibi lucrum parantibus ex muliebri ſuperſtitione.

i Prius tamen expurgata cacochymia dum redundat; ſecus autem in uterino furore, cujus præſentiſſimum remedium coitus ſi mulieris conditio permittat.

Menſium[a] *annoſa ſuppreſſio aliquando ſanabilis.*

Famulæ quam nuper emptam vidi, cui durities magna dextra parte aderat, non admodum dolores inferens, quæ alioqui opima erat, neque admodum difficulter ſpirans, malè tamen colorata menſes à ſeptem annis non proceſſerant. Inteſtinorum difficultate premebatur, &c. Diebus aliquot convaluit, poſteaque [b] menſes profluxerunt. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1032.

Gorgiæ uxori in Lariſſa menſtruæ purgationes ab annis quatuor [c] ſuppreſſæ erant, præter valde paucas. In utero autem quamcunque in partem ſe inclinaſſet pulſus atque gravitatis ſenſum præbebant; fœtum concepit hęc mulier, emiſſaque in lucem nono menſe puella viva, in coxendice ulcus habens, &c. Tandem convalvit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1040.

a Unde conſtat, quod ſupra dictum de ſuppreſſione à ſexmēſibus incurabili non eſſe perpetuò verum.

b Diuturniorem ſuppreſſionem ſanavit *Galenus* in muliere extenuatiſſima ab octo menſibus minimè expurgata, cui primo die ſanguinis tres uncias: poſtridie libram; tertio ſemilibram detraxit. *Comment. tertio Lib.* 6. *Epid.*

c Ego lignum Indicum coxi & adjunxi Dictamnum, unde mulieri quæ per annot quinque non expurgabatur & ſterilis erat, purgationem evocari & partum, inquit *Facchinus in Rhaſim.*

Menſes cientia.

Fuffitus aromatum [a] muliebria ducit. *Aph.* 28. *ſect.* 5. Cantharides 4. reſectis pedibus, alis & capite, pœoniæque grana quinque, & ſepiæ ova, linique ſemen ex vino bibat. *Lib. de Nat. mul. pag.* 598. Menſes detrahit Adianthum ex vino albo æquali aqua temperato. *Ibidem. pag.* 604. Braſſicæ & porri ſuccum utriuſque laſeris ſucco ad tres obolos admixto vini albi æquali portione adhibita bibendum dato; hoc & menſes detrahit & ſecundas elicit [b] Dictamnum Creticum oboli pondere ex aqua potui. *Ibidem. pag.* 605. Leporis pilos uſtos ex vino tritos, melle cocto & aqua ſubactos potui exhibeto: lini ſemen tritum ex vino ſubactum ſubdito. Mercurialis folia trita in linteo ſubter indito. Artemiſiam tritam ex unguento roſaceo im-

a Quippe quæ ſua vi vaſorum conniventia ora recludant, & humorum craſſitiem extenuando obſtructiones liberant. *Ex Gal.* hic. Verùm animadverſione dignum eſt, quod notat *Martianus in Lib. de Morb. Mulier.* frequentiſſimam cauſam ſuppreſſorum menſium ab Hippocrate attribui oris uterini malæ diſpoſitioni, dum concluditur ſcilicet aut diſtorquetur, vel ipſius cervicis contortioni complicationi-ve, quibus organi vitiis, niſi detur remedium, fruſtra vexari cenſet mulieres tot reme-

butam ſubdito. Carptim. *Ibidem. pag.* 605. 606. & *Lib. de Morb. mulierum.*

diis venarum uteri obſtructionem reſpicientibus; quæ ſæpe nulla ſit.

b Horum quæ menſes detrahunt vi ſua aperiente triplicem ordinem obſervare poterit tyro *ex Dureto in Holerium.* Mitiora ſunt radices aſparagi; lapathi acuti, graminis, adjanthum, cœterach, braſſica rubra, Mercurialis, flores hyperici & hyſſopi. Mediocria radices, folia, flores, ſemina raphani, calendulæ, meliſſæ, hyſſopi, thymi, epithymi, ſatureiæ, rutæ, abrotani, calaminthæ, abſynthii, menthæ, origani, radices ireos, enulæ, aſari. Aromata ut calamus, cinnamomum, caſſia, cardamomum, myrrha, crocus cum ovo ſorbili, aloe, moſchus, ambra griſea, caſtoreum; valentiſſima nec temerè uſurpanda radix bryoniæ, cucumer agreſtis, elaterium ipſum; & omnium fortiſſima ſabina, dracontium, theriaca, mithridatium, triphera, perſica ſine opio.

Menſes decolores & vitioſi.

Menſes [a] decolores, nec per [b] idem tempus venientes purgationem indicant neceſſariam. *Aph.* 36. *ſect.* 6.

Cujus aut humoris purgatione opus habeat mulier, hoc modo dignoſces; cum menſes eunt linteum attritum palmi parvi magnitudine complicatum in tenui cinere extendito, deinde ut in hoc defluant quæ decurrunt curato. Sint autem lintea duo, ſeorſim utraque diurnum & nocturnum, & diurna quidem poſtridie eluere oportet. Nocturna verò ubi per diem & noctem in cinere jacuerint. In ablutione autem conſiderandum qualia ſint detrita lintea, ubi in Sole ſiccata fuerint quod etiam in umbratili loco fieri poterit. Si igitur pituita impedimento fuerit, mucoſa erunt lintea detrita, ſin propter ſalſuginem & bilem contingunt, tum corpus quoque inſpicito, multa ne purgatione indigere videatur nec ne, ad colorem intentus, ætatem, virium robur, anni tempeſtatem & victus rationem qua utuntur. Curatio verò inſtituitur rectè, ſi corpori univerſo conſulatur uteris, & oſculo medelam [c] adhibeas. Quod ſi conniveat aperiendum. Si uteri in obliquum verſi fuerint dirigendi, ſi humidi reſiccandi, reliquaque per contraria præſtanda. Quidquid ineſt in menſibus vitii id ſummovendum. Si tum pituitoſi, tum pelliculoſi ſunt, & ſanie perfuſi, tenues aut albi, ſi grumoſi atque nigri, ac carbunculoſi, aut [d] caliginoſi, aut acres, ſalſi, retubidi, purulenti,

a Menſes decolores fiunt non ſolùm propter humorem pituitoſum, ſed etiam melancholicum & bilioſum permixtum. *Ex Gal.* hic. At cave ne confundas cum menſibus albis, ſeu fluore uteri.

b Uſu venit cacochymis, ut non modò iis menſes appareant decolores, ſed etiam ſtatum periodi tempus non ſervent dum humores craſſiores morantur, tenuiores ac humidiores conſuetum tempus antevertunt. *Ex eodem Gal.*

c Hoc enim in caſu nil proficiunt aperientia propinari ſolita, ut nuperrimè monuimus *ex Martiano:* Sæpe autem inflectitur os uteri ad dorſum vel ad latus, aut duritie obſidetur. *Ex Heurnio ad Aph. hic proſtantem.*

d Mira ſapè Hippocratis

fulenti. Hæ omnes Causæ Conceptum quòd impediant, penitus tollendæ. Carptim, *ex Lib. de Nat. mul.* Ubi varia curatio proponitur pro varia cacochymiæ conditione.

Menses [a] *albi*; *Fluxus* [b] *muliebris.*

Si uteri pituita redundantes fuerint, flatus intus oritur, & menses albi pituitosi prodeunt; interdum verò etiam sanguis tenuis pelliculis plenus, neque præ humiditate cum viro vult congredi, pallidaque & gracilis evadit; interrogare eam oportet, num quod effluit mordeat, & exulceret, & si non mordeat & exulceret, ex cerebro descendere asserito. Si verò mordeat, ex ventriculo. Carptim, *ex Lib. de Nat. mul. pag.* 598.

Fluor albus senioribus magis quàm junioribus contingit, fulvus utrisque, ruber junioribus, & fluor ruber ex febre quidem; magis autem ex abortione oritur. Quin etiam ex mensium suppressione contingit, cum retenti subitò magna copia perruperint, &c. *Ex initio Lib. 2. de Morb. mul.*

In fluore albo effluit quid album velut asini urina; facies intumescit, & partes sub oculis utrisque, oculi quales hydrope laborantibus, & aspectu deformes, à quibus splendor abest, gramiosi, & caligantes, corpus [c] Apuæ colorem referens & pustulosum, venter imus in tumorem sublatus, in maxillis sensim excitantur rubores parvi, aquosi, & maligni, & in cruribus tumores, quos si presseris digito, nota affigitur. Os saliva plenum est, cum jejunæ fuerint, aut veluti aquam acidam [d] vomitione rejecerint, oris ventriculi morsus sentiuntur. Quod si ad acclivem locum processerint frequens spiratio & suffocatio corripit, crurum perfrictio & genuum impotentia; in ore aphthæ oriuntur. [e] Uterus dehiscit & in osculum gravis veluti plumbum decumbit; dolores ad femora se extendunt, & inferiores omnes partes ab imo

diligentia, in tot assignandis mensium decolorum differentiis, quas non potuit aliter assequi quam ipsis oculis.

a Quòd sæpius albicent, dicuntur Gallis *Fleurs blanches.*

b Constat tria esse genera profluviorum muliebriū; duo naturalia, menstrua & lochia; tertium contra naturam, quod profluvium muliebre dicitur prærogativa quadam; estque nil aliud quam sanguinis serosi atque sero aliorum quatuor humorum imbuti perennis vel repentina excretio. *Ex Heurnio ad Aph. 56. sect. 5.* Vocatur etiam albus fluxus, quod & si aliquandò sit niger vel ruber, sit tamen plerumque albus *ex Mercuriali.* Notandum etiam dum rubescit, differre tamen à menstruo, ut patet ex eo quod senioribus contingat quibus deficiunt menstrua, ut docet *Hippocrates. text.* 2.

c Vide supra *Apuæ*

d Saliva hæc vomitioque acida crudioris ventriculi soboles pendet à prava melancholicaque hypochondriorum, præsertimque lienis constitutione uterinos affectus non rarò comitante.

e Unde sæpius inducatur sterilitas, dum colluvies

ventre inchoando ad pedes usque refrigerantur, plantæ torpescunt, neque incedere possunt. Has ab his morbis vindicare difficile. Nam & cum ætate longius progrediuntur, & labores consenescunt, nisi secunda [f] aliqua fortuna sponte contingat, quæ solutionem afferat. In his quidem quod redundat medicamentis, quæ bilem non purgant, est exhauriendum. Quin & quæ urinam movent potui exhibita conducunt, & capitis purgationes, balneique abstinentia; epithymum album epotum, obambulationes, & omnis victus ratio desiccans. Carptim *ex Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 706. 707. Ubi sigillatim proponuntur *plures hujusce fluxus differentiæ.*

Cum seniores hic morbus invaserit, uteri [g] computrescunt, paucæque evadunt. *Ibidem. pag.* 708.

In fluxu muliebri si [h] convulsio & animi [i] defectus advenerit, malum. *Aph.* 56. *sect.* 5.

Mulierem juvenculam fluor muliebris ruber infestabat, & medicamento sumpto, capite purgato, vena [k] secta nil proficiebat. Hæc autem ei causa esse videbatur ne conciperet. Ei autem decoctum radicum [l] aspalathi ex vino albo mane & ante cœnam exhibebam, & fluor cessavit, nec longè postea marem concepit. *Lib. de Sterilibus.*

NOTÆ.

illa descendit è venis cervicis, quod semper fieri vult *Platerus*, nihilominus fœcunda fuerit mulier.

f Qualis contigit uxori Boëthi, dum Galenum Medicum nacta est, cum enim alii Medici operam lusissent, is illam sanavit. 15. dierum spatio bis iterata totius corporis purgatione, decoctione asari exhibita pro potu, maximè verò totius corporis asperiotibus frictionibus & cùm melle inunctionibus, desiccanteque victu.

g Succedentibus nomis, dipascentibusque ulceribus.

h. i Non ista statim accidere putandum, sed cum profluvium vehemens fuerit vel diuturnum. *Gal.*

k Hanc itaque quidam rejiciunt ut *Senertus.* At *Mercurialis* illam celebrat in rubro fluxu. *Varandeus* in quovis etiam albo ad revulsionem.

l Aspalathus calefacit & adstringit, *ex Dioscor. & Galen.* à quibus commendatur adversus putrida ulcera.

Mentha.

Mentha calefacit & urinam ciet, ac si quis eam sæpe comedat, ejus genitale semen ita [a] colliquescit ut effluat, & [b] arrigere prohibet, & corpus imbecillum reddit. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 329.

Scolopendrium, mentha, seseli, caucalides, hypericum, urtica alvum movent & purgant. *Ibidem.*

a. b Docent tamen *Dioscorides & Galenus* mentham venerem stimulare. Dixerim igitur mediocrem ejus usum libidinem excitare, immoderatum semen dissipando venerem cohibere.

Mercurialis.

Alvum [a] potius quàm urinam movet. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

a Tum mas, tum fœmina manditur ad alvum ciendam. *Dioscor.*

Mesenterium, [a] *mesocolon.*

Homo intestina crassiora quàm canis habet; appendent autem ex medianis membranis quæ mesocola dicuntur. Hæ verò ex nervis à spina sub ventre prodeuntibus. *Lib. de Ossium natura. pag.* 243. *& Lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 6.

a Tantopere confert obstructionibus ingenerandis, ut *Sylvio* dicatur morborum patens, & ex communia dagio Medicorum nutricula.

Mespilum [a] *tricocon.*

Mespila acerba sunt & alvum sistunt. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

Aqua ex mespilis præscribitur in potu febricitantium, quibus adest alvi profluvium ex acribus dejectionibus. *Lib. de Acut. pag.* 305.

a Sic dictum ob tria intus grana, quorum quodque unum arboris est semen, *Gal. Lib.* 7. *Simplicium*.

Metopium, [a] *metopum.*

Cum fluxio ad aures fluxerit, primùm dolorem exhibet, &c. Medicamentum natura calidum, tepefactum, & metopio subactum infundendum. *Lib. de Loc. in homine.*

a Unguenti genus Ægyptiis celebre, quod ideò vocatur etiam non raro Ægyptium ab *Hippocrate*.

Miasmata, [a] *morborum effluvia.*

Huic orationi subjiciendum, morbos unquam vix aliunde quàm ab aere oriri: cum is aut copiosior, aut parcior, aut plenior, aut morbidis inquinamentis infectus fuerit; neque cuivis animantium generi eadem sunt commoda aut incommoda, sed alia aliis conveniunt. Cum igitur aer inquinamentis quæ naturæ hominum adversantur plenus fuerit, tum homines ægrotant. Quando verò alteri cuidam animantium generi aer incommodus fuerit, tunc eo morbo corripitur. *Lib. de Affect. flat. pag.* 275.

At ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit, non victus rationem in causa esse, sed quod spirando

a De Miasmatis accuratè tractat *Senertus* in febribus, *cap. de Contagio*, nec in solo aere versari existimat ut in gravioris pestilentiæ tempore, sed etiam illud quod ex contagioso corpore alteri communicatur, & pestem inducit. Miasma & morbidum effluvium vocat corpus scilicet quoddam valde spirabile, aliquando etiam humorale quod velociter sese insinuat ab uno corpore in alterum & tenacissimè inhæret, & vi quadam occulta eundem morbum communicat, ita ut fermenti instar sani

ducimus manifestum est, ipsumque morbosam quandam excretionem obtinere. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 178.

alioqui corporis humores inquinate & immutare valeat non modò in peste, sed in aliis etiam contagiosis affectibus.

Milium.

Milii grana & farinæ siccant, & alvum sistunt, & cum ficubus vehementibus doloribus succurrunt. Milium autem coctum [a] nutrit, minimè tamen per alvum secedit. *Lib. 2. de Vict. ratione. pag.* 325.

In frigidis cibis numerantur lentes, milium, cucurbita. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text.* 31.

Ad siccum fomentum, sales, & milium torrefactum in sacculis maximè commoda. *Lib. de Victu in Acutis. pag. 369. in Pleuritide.*

[a] Sic urgente fame ex eo panis conficitur exigui alimenti *Gal. Lib. de Alimentorum facultatibus.*

Mixtio, vide *Articulos de Coctione, Sanitate, & de Morborum causis.*

Mola.

Molæ [a] conceptus hæc causa est, ubi copiosi [b] menses extiterint, & paucum ac morbosum semen conceperunt, & minimè genuinus conceptus gignitur, & venter tanquam utero gerentis impletur. Nihil autem in ventre [c] movetur, neque mammis [d] lac innascitur; pectus verò [e] turgescit. Hæc igitur biennium, sæpe etiam triennium [f] sic affecta est; & siquidem una caro nascatur mulier perit, neque enim superesse potest. Sin verò multæ copiosus ei sanguis & carnosus per pudendum erumpit, quod si id moderatè fiat, servatur: alioqui profluvio correpta perit. Discernere autem oportet [g] plenitudine, quódque in ventre non moveatur. Mas enim tertio mense; fœmina verò quarto motionem habere consuevit. Ubi igitur elapso tempore non movetur, profectò morbus est. Est & hujus rei perfectum argumentum, quod lac in mammis non gignitur. Hanc potissimùm quidem [h] curato;

[a] Ergo molam sola mulier generat, cùm sola ex omnibus animalibus menstrua excernat, inquit *Duretus ex Aristotele.* Definitur autem ab ipso *Dureto* carnea moles nullis distincta partibus ex crudo humore & imbecillo semine in utero muliebri conceptæ.

[b] Licet *Albertus, Scaliger*, aliique censeant molam generari in virginibus & viduis.

[c] Aliquando tamen dum vertit se mulier ex latere in latus volvitur etiam mola lapidis instar.

[d, e] Et si deficiat lac, turgescunt tamen mammæ ex affluxu serosæ cujusdam materiæ.

[f] Imò usque ad 15. 17. & 20. annum, ex observationibus *Schenkhii.*

NOTÆ.

rato; in primisque totius corporis fotibus, deinde per infusum sedem eluito, quo copiosus sanguis erumpat. Fortassis muliere à medicamento concalefacta, fœtum ipsum commoveris cum quid concretum esse putetur: quin etiam per infusum uteros eluito, quo sanguinem educas, sin minus subdititiis medicamentis ex bupresti utitor, & dictamnum Creticum ex vino propinato, aut Castorei testem; eique cucurbitam parte postica ad laterum inanitatem admoveto, copiosumque sanguinem detrahito. *Lib. 1. de Morb. mul. pag. 673. 674. & Lib. de Sterilibus. p. 768.* Hanc ne ferè curato, aut certè cum prædictione. *Lib. de Sterilib. Ibidem.*

g Et gravitate, quòdque temporis progressu hujus oneris molestiæ augentur, quæ in legitima graduitate mininuntur.

h Prædicendum periculum curationis sæpius fallacis, licet passim observatæ fuerint prægrandes molæ sponte ejectæ, aliquando etiam manu extractæ.

Molles cibi, supra *in Articulo de Alimentorum differentiis à sapore.*

Mora. Mori arboris fructus.

Mora calefaciunt & humectant, per [a] alvumque secedunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 330.*

a Matura quidem alvum subducunt, immatura adstringunt. *Gal. Lib. 7. Simplicium.*

Mora [a] *rubi.*

Mora rubi sicca leniter trita recenti polenta admixta ex vino aquoso bibat ad uterum expurgandum. *Lib. de Nat. mul. pag. 607.*

a Hæc magis adstringunt quàm prædicta mora, & siquis copiosius comedat, capitis dolorem sentiet, vel angetur stomacho. *Gal. Lib.*

Morbi ratio, & morborum causæ.

Quicquid homini molestiam facit [a] morbus est. *Lib. de Flat. pag. 273.*

Morborum omnium idem modus est, locus tantùm diversus. Morbi igitur ob locorum varietatem & dissimilitudinem nil inter se habere simile videntur. Est tamen una & eadem [b] omnium morborum forma & causa, &c. *Ibidem.* Huicque orationi subjiciendum morbos vix unquam aliunde [c] quàm à flatibus oriri,

a Definitur à *Galeno Lib. 7. Meth.* & alibi passim dispositio præter naturam, ob quam actio læditur.

b Licet sint plures morborum differentiæ, habent tamen aliquid commune tanquam sub eodem genere positæ species,

& cætera nuper in Miasmatis adducta.

Morbi omnes oriuntur partim quidem ex his quæ in corpore insunt, d pituita & bile, partim verò ex iis quæ extra obveniunt laboribus vulneribusque. Quin & à calido supra modum calefaciente & à frigido supra modum refrigerante, & sicco plus æquo siccante, & humido plus æquo humectante. Ac bilis quidem & pituita unà oriuntur cum his quæ in nobis nascuntur, & in corpore modò plus, modò minus insunt. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 430. *& Lib. de Affect. pag.* 527.

Hominis corpus in se sanguinem & pituitam, & bilem tum flavam, tum nigram continet, ex quibus natura corporis constat, & per hęc dolet & c sanum est. Sanum quidem cum hæc moderatam inter se tum facultate tum copia temperationem habuerint. Idque præsertim si f permixta fuerint. Dolet autem ubi horum quicquam vel minus vel copiosius fuerit, aut in corpore g separatum, nec reliquis omnibus temperatum. Cum enim horum aliquid secesserit, & per se constiterit, necesse est non solùm locum ex quo excessit morbo tentari; sed eum etiam in quem nimia copia influxerit, dolore aliquo vexari. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 173.

Habet tum vir, tum mulier quatuor humidi formas, ex quibus morbi oriuntur; pituita, sanguis, bilis, aqua. *Ex Initio Lib.* 1. *de Morb.*

Una quæque corporis pars altera alteri cum hinc vel illinc perruperit h morbum facit. Venter capiti, & caput carnibus & ventri, & reliquæ omnes eadem ratione. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 399.

In morbo hoc sanè præcipuum est cognoscere quænam sint morborum i causæ, & ex quonam veluti fonte oriantur, &c. *Lib. de Flat. pag.* 273.

Tria k sunt principia ex quibus morbi oriuntur, unum quidem jam à me dictum (ubi scilicet cibi plus justo copiosi, jam concocti intus morantur, neque homo repurgatur, & altera cibaria insuper adjiciun-

NOTÆ.

c Eo sensu quem expossimus *Articulo de Flatibus.*

d Dum horum tantùm duorum humorum meminit, sub bilis nomine omnes humores calidos intelligit, pituitæ nomine frigidos uti serum, inquit *Salius* hic.

e. f. g Sanitas consistit in temperie partium; hæc verò pendet ab exacta tum alteratione tum mixtione humorum, à qua mixtione discedunt separatione & secretione, tuncque violatur temperies, unde oriunrur morbi, Hincque paret cur synceri humores tantopere dominentur ab *Hippocrate* passim. Hæc verò ex communi doctrina ita se habent. At *Martianus* colligit ex hoc textu triplicem omnino dari morborum causam ex humorum vitio triplici, dum scilicet aut copia excedunt quibus medeatur vacuatio, aut qualitatum excessu seu intemperie, cui medentur alterantia remedia per qualitatis contrariæ oppositionē, aut dum violata mixtionis harmonia disgregantur & separantur: quod vitium cruditatem appellat post Hippocratem; cui opponitur & medetur coitio, ut dictum est in Coctione.

h Unde succedunt variæ catarrhi & rheumatismorum species.

i Vide notationem no-

tur, corpusque, priore humore & recenti plenum incalescit, indeque febris homini contingit.) Alterum si quæ è [l] cęlo pendent, minimè sint accommodata, & propter victus rationem contingant. Tertium est cùm quid violentum inciderit, ut casus, vulnus, percussio, immoderatus labor, & alia id genus. *Lib. 4. de Morb. pag.* 514. 515.

Neque sicco, neque humido, neque calido, neque frigido, neque horum quoquam hominem lædi existimarunt veteres Medici; neque horum aliquo ei opus esse, sed quod in unoquoque potentius esset, & supra naturam, adeò ut ab eo superari non posset, id lædere censuerunt, & tollere conati sunt. Est autem valentissimum inter dulcia [m] dulcissimum, inter amara amarissimum, inter acida acidissimum, & quod in re quaque summum est, &c. Plura adducta in *Articulo de Facultatibus. Ex Lib. de Prisca Medicina.*

Morbi à validissima [n] corporis parte orti gravissimi existunt; etenim corpus universum laborare necesse est; quod si ad imbecilliorem aliquam ex validissima devenerint difficiles habent absolutiones. Quicunque verò ab imbecillioribus ad valentiores veniunt, facilius solvuntur, quod quæ influunt facilè per vim liberantur. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 178.

Neque morbi [o] derepente contingunt, sed paulatim collecti, se acervatim produnt. *Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 302.

stram in hunc textum supra Articulo de Medici officiis.

k Hæc tria sic paucis comprehendit *Martianus ad text. 2. Lib. de Intern. Affect.* Unum est internum plenitudo scilicet, quæ non fuerit repurgata; duo externa, aer & violentia.

l Unde oriuntur tot Epidemii morbi.

m *Galenus* interpretatur dulce de sanguine, amarum de bile flava, acidum de atra; acerbum verò pingue & acre differentias esse existimat eorumdem humorum variè mixtorum alteratorumque.

n Validissimam partem intelligit *Galenus*, quæ internis injuriis potentius resistit, quæque humorum redundantiam in interiores facilius demittit. Quòd si è contra influxum humorum à debilioribus recipiat, cum sit valida cos discutit facilè.

o Ut in aere numquam tempestas oritur, quin non præmonstrent signa quædam, ita nec hominem invadit morbus qui non aliquo signo prævideatur. *Ex Diocle.*

Morborum generaliores differentiæ.

Morbi partim ex vivendi ratione, partim ex spiritu quem vivendo trahimus proveniunt, *& cætera afferenda Articulo de* Morbis *epidemiis*, statim.

Morborum formæ diversæ sunt, cum partim quidem sint [a] congeniti, de quibus percontando licet cognoscere, partim quidem ex [b] regionibus oriuntur;

a Syntrophi Græcis dicti, quos ex relatione ægri aut parentum percontãdo discimus.

cum multis sint familiares, & plerique ipsos norint. Partim verò ex corpore & vitæ [c] institutis, & morbi constitutione, vel ex anni [d] temporibus. *Lib. de Humoribus. pag. 62.*

Morborum differentiæ [e] in alimento, in spiritu, in calore, in sanguine, in pituita, in bile, in carne, in pinguedine, in vena, in arteria, in nervo, in membrana, musculo, osse, cerebro, spinali medulla, ore, lingua, gula, ventriculo, intestinis, septo transverso, abdomine, jecore, liene, renibus, vesica, utero, cute, hæc omnia tum sigillatim, tum per partes. *Lib. de Alimento. pag. 361.*

Quidam morbi necessariò lethales; ut tabes, [f] hydrops, gravidarum [g] peripneumoniæ, pleuritides, phrenitides, uteri erysipelata. Quidam dubii, pulmonis inflammatio, febris ardens, phrenitis, lateris dolor, angina, uva, hepaticus & splenicus affectus, renum morbus, intestinorum difficultas, in muliere sanguinis [h] fluor. Isti verò minimè lethales, nisi quid ipsis accidat, diuturnæ in articulos [i] fluxiones (χέδματα dictæ,) melancholia, podagra, coxendicum affectus, tenesmus, quartana, tertiana, stranguria, lippitudo, lepra, impetigo, morbus [k] articularis. *Lib. 1. de Morb. pag. 430.*

b Endimii seu vernaculi à diæta communi ex soli aquarum, ventorum-ve peculiari vitio.
c Dispersi seu sporadici vulgò.
d Epidemii scilicet inter quos malignitate & contagio præcellunt pestilentes.
e Hic recensitæ morborum differentiæ desumuntur seu ab humoribus peccantibus, seu à partis afflictæ affectu-ve foventis diversitate, quibus addi possent aliæ à colore desumptæ frequenter apud Hippocratem, ut morbus niger, lividus: aliæ ab affectu, ut morbus siccatorius, corruptorius, ructuosus.
f. Intellige & de tabe, & de hydrope confirmatis.
g Cum peripneumonia pleuritis, phrenitis, vel erysipelas sint in quovis statu periculosissimi, nil mirum si desperationem afferant in gravidis, quibus quilibet morbus acutus lethalis. *Ex Aph. 31. sect. 5.*
h Ex uterinis scilicet partibus.
i. k Quas *Marinellus* hic vertit affectiones fluidas; has *Salius in Comment.* distinguit ab arthritide, quæ ni ita sit, frustra seorsim hic connumeraretur arthritis.

Morbi [a] *acuti.*

Morbus lateralis, pulmonis inflammatio, febris ardens, phrenitis; hi quidem acuti vocantur, & maximi quidem, & vehementissimi hyeme oriuntur. Oriuntur quoque æstate, sed minus & leniores. *Lib. de Affect. pag. 529.*

Ex omnibus ferè morbis acuti præcipuè interficiunt & maximos labores excitant: iique plurima observatione & accuratissima curatione indigent. *Ibidem. pag. 531.*

a Morbus acutus cum magnitudine quadam & febre intelligitur, nisi enim ita sit, quantumvis citò judicetur, non erit acutus censendus. *Ex Gal. in Prognost.* Morbos ergo magnos qui intra decimum quartum diem judicantur acutos simpliciter vocat *Hippocrates.* Eos verò qui aliquo decretoriorum dierum imperfectè judicati ad quadragesimum diem durant, non absolutè acutos, sed acutos intra 40.

Eum

Eum maximè probaverim Medicum, qui in morbis acutis, quorum vi homines plerumque intereunt, melius [b] cæteris se gerat. Sunt autem hi pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, febris ardens, & quicumque alii morbi ad hos consequuntur, quorum febres continuæ omnino interficiunt. *Lib. de Victu in acutis. pag.* 365.

Morbi acuti in quatuordecim diebus [c] judicantur. *Aph.* 23. *sect.* 2. *& Coac.* 147.

dies judicandos appellat, quos *Galenus* acutos ex decidentia vocat.

b Quod instabiliter in iis moveantur humores, crebrò itaque invisendi ægri à Medico in his morbis. *Ex Hippocrate.*

c Subita ad salutem mortem-ve mutatione, aut ad melius deterius-ve inclinatione. *Gal.*

Morbi communes [a] *tum epidemii, tum endemii, iisque oppositi sporadici.*

Morbi partim ex vivendi ratione, partim ex spiritu quem vivendo trahimus proveniunt. At utrumque hac ratione discernas. Ubi complures uno morbo eadem tempestate vexantur, In id quod maximè commune est, quoque omnes utimur, potissimùm rejicienda causa est. Id autem est quod spirando trahimus. Quod enim victus ratio in causa non sit liquidò constat, cum omnes morbus continenter affligat, & juvenes & senes, & viros ac mulieres, temulentos & abstemios, tam eos qui maza quàm qui pane victitant, &c. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 177.

Ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit, non victus rationem in causa esse, sed quod spirando ducimus manifestum est, ipsumque morbosam quandam [b] excretionem continere, &c. Providendum autem ut aeris quam [c] minimùm in corpore influat, isque ut maximè [d] peregrinus sit. *Ibidem. pag.* 178.

Morborum vulgariter grassantium impetum [e] & tempestatis conditionem citò animo concipere oportet. *Ex Lib. Prænotion. pag.* 57.

Cum eodem tempore ejusmodi morbi oriuntur, sua procul dubio cujusque vivendi ratio causa est, &c. Quando quidem constat victus genus, quo

a Celebris divisio morborum in communes seu pandemios, qui plures eodem tempore invadunt sub una & eadem specie, & diversos qui plures invadunt sed sub diversa morbi specie. At communes rursum dividuntur in endemios & epidemios. Illos persequitur *Hippocrates. Lib. de Aere, Loc. & Aqu.* quòd exoriuntur ex pravis aquis, aut vernaculis ventis, maloque regionum situ, aut prava vivendi ratione certis populis assueta. Epidemios verò *in Lib. Epid.* ubi tres potissimum constitutiones observat quæ regnarint in Thaso, Cranone, & Perintho.

b De qua nuper in Miasmaris actum.

c. d Non sufficit parum aeris impuri inspirari, sed studendum præterea ut loci mutatione novus & peregrinus aer inspiretur. *Gal.*

e Ideò ita hæc conditio agnoscenda ut propriis antidotis & amuletis eorum malignitas oppugnetur.

quis utitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut in eorum aliquo minimè esse accommodatum, quo cognito immutare & considerata cujusque natura, ætate, forma, anni tempore, & morbi genere curationem aggredi oportet. *Lib de Nat. hom. pag.* 178. 179.

Cum nullum pestilentis morbi commune genus populariter grassatum fuerit, sed dispersi morbi & non similes fuerint, ab his [f] plures quàm ab aliis moriuntur. *Lib. de Acut. pag.* 365.

[f] Ideò plures moriuntur à sporadicis quàm à pestilentibus, quòd illi quotidie & omni tempore invadant; pestilentes verò ex raris temporum constitutionibus. *Mercurialis.*

Si quis ad urbem sibi ignotam pervenerit, ejus situm cognoscere debet, ut agnoscat quomodo ad ventos aut Solis exortum sit exposita, &c. Et quo modo ad aquas habeant incolæ, num palustribus & mollibus utantur, an duris, & ex sublimi loco ac saxoso scaturientes, sive salsis ac coctu difficilibus. Terra etiam ipsa consideranda nuda ne sit & aquis careat, an densa & irrigua, & an cavo loco sita sit & æstuoso, an sublimi & frigido. Hominum quoque victus ratio inspicienda, an potui & cibis & otio dediti, an exercitationibus & laboribus gaudeant. Qui enim hæc agnoverit, eum neque morbi regioni familiares, neque communium quæ sit natura latere possit. Carptim, *ex Initio* Lib. *de Aere, Loc. & Aquis.* Ubi morbi endemii fusius exponuntur.

Morbi [a] *hæreditarii, congeniti, syntrophi.*

[a] Morbi omnes hæreditarii ad congenitos pertinent, at non vice versa omnes congeniti sunt hæreditarii.

Morbus sacer initium ducit secundùm cognationem; sic enim ex pituoso pituitosus, ex tabido tabidus, ex lienoso lienosus, &c. Supra in *Epilepsia*, & infra in *Semine.*

Morbi unà nobiscum educati in senectute & maturatione, & solutione, & rarefactione [b] desinunt. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text. 6.*

[b] Quemadmodum morbi quidam senibus commoriuntur, raucedines, gravedines, aliique frigidiores, è contra quidam calida numero pauci, superveniente senecta, dissolvuntur, ut calidæ cephaleæ, hemicraniæ, renum calidiores affectus & arthritides icausa calida. *Gal.*

Morborum metastasis, [a] *transmutatio.*

Circa syderum ortus & occasus præcipuè Caniculæ, deinde Arcturi & Vergilias morbi mutationes accipiunt, & alii quidem perimunt, alii verò desinunt, alii in aliam formam & statum transeunt. *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 263.

Mutationes ex quibus ad quænam fiant considerandæ. *Lib. de Hum. pag.* 61.

Considerare debet Medicus ex quibusnam in quænam transitiones fiant. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 429. Videndæ sunt quæcunque fiunt morborum vicissitudines, & ex quibus in quos succedant, & quinam abscessus perniciem aut solutionem portendant, &c. *Lib.* 1. *Epid. sect.* 3.

Perturbationes ac morborum transitus videndi. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 6. *text.* 12.

Considerare morbos oportet, ex quibus quasnam formas habeant, ad quos locos conversi sunt, quo tempore cœperunt, affuerunt, cessarunt. *Ibidem. sect.* 8. *text.* 44.

Hi morbi in alios transeunt; morbus lateralis in febrem ardentem, & phrenitis in pulmonis inflammationem, ex pulmonis autem inflammatione febris ardens non fit; tenesmus in dysenteriam transit, & ad dysenteriam lienteriam consequitur. Ex lienteria & pituita alba in aquam intercutem transitus fit, & ex pulmonis inflammatione & pleuritide in thoracis suppurationem. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 431.

In morbis ubi alter alteri succedit, is [b] plerumque interficit. *Lib. de Affect. pag.* 536.

[a] Morbi unius in alium degeneratio fit duobus modis, vel per diadochen, vel per metaptosin. Prima est salutaris, fitque tribus modis ab intus ad extra, ut exanthemata verna; à superioribus ad inferiora, ut cum materia cerebri expurgatur per gravedinem; aut melancholia morbus per hæmorrhoides. Tertia fit à partibus nobilioribus ad ignobiliores, ut in bubonibus criticis. Metaptosis verò locum habet cum ad perniciem contrario modo fiunt abscessus. *Martinus Comment. in Lib. de Aere, Loc. & Aquis.* At notat *Galenus. Comment. in Lib. de Acutis*, Apostasin opponi è directo metastasi; illa enim facto abscessu ægrum liberat; hoc novarum accessionum & novi morbi renovatione ægrum diutius trahit.

[b] Etenim acriores sunt morsus secundariæ materiæ quàm primariæ, & omnes morbi qui aliorum successione veniunt, sunt primigeniis calamitosiores. *Ex Theorematis Dureti.*

Morosis, infra *in Stoliditate.*

Mors : mortis instantis [a] *signa.*

In febre non intermittente; si labrum vel oculus,

[a] Appositè notat *Plinius* innumera esse mortis signa, securitatis ac salutis nullum.

vel naſus [b] pervertatur, vel quis non videat, vel non audiat, debili jam exiſtente corpore, quicquid horum evenerit, mors proxima eſt. *Aph.* 49. *ſect.* 4.

Si pervertatur aut corrugetur palpebra, aut liveſcat aut palleſcat, itemque [c] labium, aut naſus cum alio aliquo ſigno, mortem [d] in propinquo eſſe ſciendum eſt. Lethale quoque labia reſoluta, pendentia, frigida & exalbida eſſe. *Ex Lib. Prænot. pag.* 44. Ulcus quoque ſive ante morbum, ſive in morbo natum ſit noſſe oportet. Nam ſi periturus eſt æger, [e] lividum & ſiccum, aut pallidum & ſiccum erit. *Ibidem. p.* 45.

Ubi livores in febre fiunt, mors prope affore ſignificatur. *Coac.* 66.

Gravitas quæ totum corpus, vel manus, ac pedes premit, mala eſt. Quòd ſi præterea digiti ac ungues liveſcant, in propinquo eſt mors. At ſi omnino nigreſcant, minus [f] quam [g] liventes periculum portendunt. Verùm reliqua tunc conſideranda. Etenim ſi facilè morbum ferat æger, & aliud quoddam ex iis quæ ſecuritatem pollicentur ſe prodit, morbus in abſceſſum vergit, & denigratæ corporis partes decident. *Coac.* 493. & *Lib. Prænot. pag.* 47.

Teſtes quoque & pudenda retracta [h] malum. *Ibid.*

Ubi jam pernicies imminet parvi [i] tremores & æruginoſa vomitio, & quibus inter potandum ſtrepitus quidam percipiuntur, quique præ ſiccitate murmur quoddam ſentiunt, & qui ob ſpiritum tuſſiculoſum ægrè devorant in gravibus [k] malis perfrigeratis, perniciosè habent. *Coac.* 62.

Celerrimam mortem [l] indicat vomitus lividus & maliodoris. *Coac.* 556.

Oculorum vis niſi valeat & conſtet, in [m] propinquo mortem eſſe ſignificat. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 6. *pag.* 996.

[De manuum lectigatione & feſtucarum attrectatione ſupra, in *Manibus*. De naribus verò frigidum ſpirantibus, infra in *Naribus*.]

Cydis filio cum biberet, in pectus & ventriculum deſcendentis potus ſtrepitus [n] percipiebatur. Ad extremum

NOTÆ.

b Perverſionis nomine reſolutionem potius quam convulſionem intelligit *Martianus*.

c De miro labii conſenſu cum membris principalibus vide egregiam Annotationem *Mercurialis*; puta cum cerebro, ſtomacho, corde, jecore & liene, unde conſtet plurimùm conferre ejus contemplationem ad prognoſim.

d Quod ad pertinacem vim morbi accedat labefactatio omnium facultatum, quarum potentia corpus regitur. *Heurnius ad Aph.* 49. *ſect.* 4.

e Ulceris livore caloris vitalis extinctio; ſiccitate nutricatus defraudatio vel depravatio intelligitur. *Duretus*.

f. g Livor tam malè audit, ut ſemper extinctionem vel interceptionem ſpiritus & caloris denunciet; at ſæpe nigredo apparet prolapſu materiæ morbiferæ per abſceſſum. *Duretus*.

h Propter ſympathiam principatuum omnium. *Duretus*.

i Qui cernuntur in ſubſultu & geſticularione manuum, lingua tremula & dentium colliſione. *Duretus*.

k Seu ex verſione *Dureti*, præſertim ſi acutæ febris acceſſerit perfrigeratio.

l Putredinem enim indicat cum caloris naturalis extinctione. *Gal.*

m Etenim ut oculi valent, ita & totum corpus. *Ex Lib.* 6. *Epid. ſect.* 4. *text.* 26.

n Hujuſmodi ſtrepitus denotat reſolutionem & im-

tremum pedum contactum non sentiebat. Carptim *ex Lib. 7. Epid. pag.* 1085.

Carthadæ febre ardente laboranti cum biberet, idem accidit, & paulò post obiit. *Ibidem. pag.* 1087.

Theodori conjux manum plerumque ad parietem, aut vestem, aut stragulam admovebat, cùm biberet sonitus ingentes edebantur, respuebat, & sursum in nares regerebat, floccosque vellebat. Septimo die mortua est, Carptim *ex longiore Historia. Ibidem. pag.* 1091. 1092. 1093.

Antiphanis filio instante morte, in faucibus [o] stridula asperitas sibilum quendam edebat, creber anhelitus, &c. oculus sinister cum tumore sine dolore occœcatus est, paulò post etiam dexter. *Ibidem.*

Notæ: ...becillitatem musculorum pharyngis, qui dum officio funguntur transmittũt facilè potum in ventriculum, iis verò resolutis materia potulenta cadit suo pondere.

o Causa hujus stridulæ asperitatis afferetur *Articulo de Voce stridula.*

Mucus narium, supra *Coryza.*

Mugil [a] *piscis*, supra *in Anguilla.*

a Recensetur inter cœnosos pisces, ut capito & anguilla. *Lib. 2. de Vict. rat.*

Mulier, muliebris natura: Appendix ad Articulum de maris ad fœminam comparatione.

De natura muliebri & morbis, ista mihi dicenda sunt, potissimùm quidem in rebus humanis causam esse divinum [a] numen, deinde mulierum naturas & colores. Quæ enim admodum albæ sunt humidiores, & ad fluxionem magis comparatæ. Nigræ [b] verò duriores & adstrictiores. Quæ ad vini colorem vergunt, medium quid inter utrasque habent. *Ex Initio Lib. de Nat. mul.*

Mulier ambidextra [c] non fit. *Aph.* 47. *sect.* 7.

Mulier podagra non [d] laborat ante usum venereorum *Aph.* 29. *sect.* 6.

Nequaquam [e] mulieres pariter ac viri morbis tentantur. *Lib. 6. Epid. sect. 7. text.* 2. Multùm mulie-

a *Duretus initio Tract. de Morb mul. ad Coac.* 1. vocat hanc sententiam divinam, eamque sic reddit; numen in homines magnam vim habet; deinde natura mulierum.

b Nigrum colorem caloris, proindeque siccitatis indicem esse cõstat *ex Hippocrate*, ea ratione lac vaccæ nigræ præferente.

c Ambidextri sunt qui utraque utuntur manu, quales visi plures viri; mulier nulla ob naturæ imbecillitatem. *Gal.* At vide *Comment. Mercurialis.*

bres morbi à virilium curatione differunt. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 666.

Semper eo qui modestè coerceat mulier opus habet. Natura enim insitam [g] temperantiam habet, quæ nisi quotidie resecetur, velut arborem superfluis frondibus & inutili fruticatione luxuriat. *Ex Epistola Hippocratis ad Dionysium amicum.*

Sic se habent mulieres, si cum viris rem habeant magis sanæ sunt; sin contra minus benè habent, nam & coitu uteri humidiores evadunt, *& cætera afferenda in Veneris Commodis.*

NOTÆ.

d Explicatus *Aphoris.* in *Arthritide.*

e. f Habent siquidem uterum peculiarium morborum seminarium, mammasque prominentes suis morbis obnoxias.

g Intemperantiam fragilitatemque hujusmodi lepidè exprimit Poëta Anglus hoc Epigrammate,

Ecclypsin rarò patitur Sol,
Luna frequenter,
Est magis ad lapsum fœmina prona viro.

Muria, infra *Sal, Salsamenta.*

Muscerda, murinum stercus.

[Hippocrates usurpat, *Lib.* 1. *de Morb. mul.* cum radice cucurbitulæ sylvestris, sale Ægyptio, resina & melle ad efformandos pessos pro fœtus mortui extractione.]

Musculi pisces.

Musculi, ursi, cancri alvum movent, & urinam cient. *Lib.* 2. *de Vict. rat.*

Musculi, [a] *lacerti.*

Quæcumque membra carnem in orbem circundatam habent, quam musculum nominant, ea omnia cavitatem habent: quicquid enim minimè coaluit, sive pellicula sive carne tegatur, cavum [b] est, quod dum homo valet [c] spiritu quidem, dum verò ægrotat, sanie plenum est. Habent itaque brachia hujusmodi carnem, habent & femora, &c. *Lib. de Arte. pag.* 8. 9.

[Videndus etiam locus de musculis temporalibus, supra in *Maxillis.*]

a Sic dicti quod excoriatum murem vel musculum piscem repræsentant.

b Habet quædam scilicet spatia, quæ etiam ventres vocantur ab *Hippocrate.*

c Nota hunc insignem locum cujus supra jam facta mentio in Ichore, non minus pertinentem ad venas sanguinemque iis contentum, quàm ad musculi carnem; etenim venæ & sanguis, dum valemus, spiritu, dum ægrotamus, sanie & ichore abundant.

Mustum. vide *Vinum mustum*, infra.

Mutationes, *seu transmutationes morborum.* supra *Morborum metastasis.*

Mutationes in Morbis.

Oportet morbos, qui hyeme augentur, [a] æstate desinere, & eos qui æstate increscunt, hyeme cessare, nisi intra certum dierum circuitum solvantur. Morborum verò qui Vere oriuntur liberatio ad annum expectanda est; & morborum Autumnalium discessum Vere fieri necesse est. Quod siquis morbus hæc anni tempora superaverit, hunc annum fore sciendum. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 177.

Mutationes si in deteriora non mutentur, [b] bono sunt. Quod in vomitionibus accidit.

Et ubi in toto corpore [c] mutationes, & si corpus refrigeretur, vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat, morbi longitudinem significat. *Aph.* 40. *sect.* 4. *&* Lib. *de Judicat. pag.* 69.

Celeres summitatum corporis in utraque extrema mutationes perniciem deunnciant. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 43. *&* *Coac.* 50.

Torpor in contraria celeriter permutatus perniciem denunciat. *Coac.* 56.

Frequens coloris cum calore mutatio, [d] bono est. *Coac.* 125.

a Vult morbos diuturnos qui non fiunt, per circuitus dierum sed mensium eo discuti anni tempore, quod illius contrarium est quo hominem invaserint. *Gal.* Huc etiam pertinet theorema *Dureti* pro tempestatum varietate, variare etiam humorum qualitatem & diversam reddi humorum conditionem.

b Superest enim ut mutentur in bonum, vide *Mercurialem in Aph.* 40. *sect.* 4.

c Nota aliam esse mutationem totius corporis hic descriptam, aliam summitatum corporis. *Lib. Prædictor. & Coac.* siquidem illa solam longitudinem ob multiplicem materiam à caloris & frigoris vicissitudine, colorisque mutatione designatam ostendit. Hæc verò ex summa malignitate perniciem. *Gal.*

d *Duretus* conjungit hanc *Coacum* 124. Quæ agit de dysenteria critica, cujus hæc caloris cum calore mutatio sit prænuncia fœlici successu.

Mutationes temporum, plura infra *in Temporibus anni.*

Mutationes temporum [a] pariunt morbos, & in ip-

a Dum scilicet mediocri-

tas & temperamentū corporis violatur ab excessu aeris in qualitatibus manifestis, quæ licet hic designentur per calorem & frigus, etiam tamen complectuntur humiditatis & siccitatis redundantiam. *Mercurialis* hic.

sis anni temporibus magnæ mutationes caloris & frigoris, aliaque pro ratione ad eundem morbum. *Aph.* 1. *sect.* 3.

Mutationes in victu.

Istud evidenti est argumento, quod eorum quæ circa naturam atque habitum nostrum contingunt, maximæ [a] mutationes potissimùm morbos [b] pariunt. *Lib. de Acut. pag.* 372.

Omnis subita in hęc vel illa mutatio periculosa. *Ibidem. pag.* 376. [c] Mutationes cavere oportet, in eoque observanda est cibi paucitas, & quod lassitudinem adimit, & quod bibenti sitim arcet. *Lib. 6. Epid. sect.* 3. *text.* 20.

Mutationes inter [d] omnia hominis mentem semper excitant, [e] neque sinunt quiescere. *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 266.

a, b Ut à negotio ad otiū, à cibi deductione ad adjunctionem & è contra, unde immutatur temperamentum & habitus corporis. *Duretus.*

c Præsertim ubi magnæ fuerint & repentinæ, tum in victus tum in aeris ratione. *Gal.*

d, e Loquitur de magnis tum ad calorem tum ad frigus mutationibus, ut apparet ex iis quæ præcedunt.

Mutationes locorum & vestium.

Plerumque viris tum locorum, tum victuum mutationes morbos pariunt, eadem etiam de vestibus est ratio. *Lib. de Octimestri partu. pag.* 221.

Myrrha, [a] Smyrna.

(Passim inter Aromata utero aperiendo aut expurgando dicata.)

a Lachryma arboris in Arabia nascentis, asthmaticis utilis vermem ejiciens, maximè verò menses, & fœtum. *Dioscor. Gal.*

Myrtus.

(Usurpat passim Hippocrates, ubi adstrictione opus.)

Mytuli.

Mytuli, pectines, & telinæ magis quàm *cætera Conchylia per alvum secedunt*. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 327.

N

Nares, Nasus; conformatio; usus.

NAres duplices, odoratus arbitræ, oculorum viciniam dirimunt. *Ex Epistola Democriti ad Hippocratem. pag.* 1172.

Quibus os [a] à palato discessit, iis medius [b] diffidet nasus. Quibusdam verò qua ex parte procedunt dentes, summus nasus [c] simus efficitur. *Lib. 6. Epid. sect.* 1. *text.* 3.

Si nares intumuerint, & pituita eaque concreta impleantur, ea ubi concreverit, aut fomentis, aut medicamentis extenuanda, minimèque avertenda est. Etenim si aversa aliò feratur, omnino fluxio majorem [d] morbum efficiet. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 406.

a. b. c Os foramina duo nasi interscpiens, nititur alio quodam tenui osse, initium superius sumente à frontis osse, & ad nasi finem, ubi pinnæ locatæ sunt, desinente. Hac igitur in parte, nasi interseptum locis illis incumbit, ad quæ dentium incisorum extremitates perveniunt. Pars autem his superior palatum nominatur, & ea medium nasi interseptum nititur, ubi igitur aliquod ossium fulcimentum deciderit, ibi interseptum subsidens nasum cavum eo loco efficit. Quod symptoma simitas vocatur. *Gal.*

d Tuncque continget eos qui fotis splendent, intus sordescere. *Ex Fernelio.*

Ex Naribus prognostica.

Frigidus ex naribus & ore expiratus [a] exitialis. *Ex Lib. Prænotionum. pag.* 45. *Coac.* 260. *&* *Lib. 6. Epid. sect.* 4 *text.* 27.

a Propter irreparabilem caloris naturalis extinctionem, *Duretus.*

Nares quoque inspiciendæ, num ex utrisque spiritus educatur, & si multus ex naribus feratur, convulsio fieri assolet. Quæ si contingat, huic mors expectanda est. *Lib. de Vict. rat. in Acutis. pag.* 388.

Quibus nares humidiores & genitura humidior, minus integra sanitate [b] fruuntur. Quibus verò contraria salubrius degunt. *Aph.* 2. *sect.* 6.

Narium rubores alvi liquidæ & defluentis [c] indices, *Coac.* 215.

b Siccum enim propius sano. Vide aliam rationem adductam in *Coryza*.

c Adducta ratio in *Facie*.

Narium fractura.

Quibus ad fracturam narium, cutis quoque vulnus accessit, eos nihil eam ob rem commoveri necesse est. Verùm ulceri ceratum picatum, aut medicamentum [a] aliquod cruentis vulneribus accommodatum, imponendum est. Hæc siquidem facilem curationem admittunt, &c. Ex omnibus enim corporis partibus nares maximè componuntur. Carptim. *Ex Lib. de Articulis. pag.* 840.

a Vulgò dicitur enæmum pharmacum, & enæmum Barbarum collectitium scilicet medicamentum. *Gorreus.*

Narium hæmorrhagia.

Quibus sanguis è naribus profluxit, & si alioqui sani videntur, iis tamen [a] lienem tumidum reperies, aut caput dolere. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 109. Biliosi sanguinis eruptionibus lienis affectibus aliquantùm vexati, sinistra parte plurimi dolorem sentiebant. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1027.

Sanguinis profluvium accidit è naribus aut his qui aliquantùm [b] pallescentes nigricāt, aut ex rubore pallescunt, aut aliquantulùm pallent. In quibus ubi paululùm [c] concesseris sicco aliquo medicamento incrassare oportet. In aliis verò minus est incrassandum. Sicco autem albo medicamento uti ad ea oportet, quale est galla, aut alumen. Ubi venerem exercere, [d] aut hircire incipiunt, tum sanguinis profluvio tentantur. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 17. 18.

Quibus sanguis multus è naribus profluxit, si quidem immoderatæ decolorationes adsunt, [e] iis parùm confert. Qui verò prærubro sunt colore, non eodem modo afficiuntur. Et quibus caput facilè tolerat, pro-

a Repetenda explicatio ex *Articulo de Liene*.

b *Galenus* ex veterum Explanatorum mente censet pallidos & nigros esse magis hæmorrhagiæ obnoxios, quod bilis pallida sanguini permixta, venarum ora sua acrimonia recludat.

c Ubi scilicet sanguinem tantisper fluere permiseris. *Gal.*

d Hircire seu τραγίζειν dicuntur pueri, cum vox iis in graviorem mutatur, testes intumescunt, & venerem appetere incipiunt. *Gal.*

e Ideò parùm confert

dest. Quibus verò secus, minimè. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text. 19.*

Quos febris detinet, cum faciei rubore & capitis vehementi dolore; in iis si venæ [f] pulsent hæmorrhagia expectanda. *Coac.* 142.

Cervicis dolor, oculi prærubri [g] hæmorrhagiam prænunciant. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 137. Præcordiorum tentio [h] cum capitis gravitate & surditate, visusque hebetudine hæmorrhagiam è naribus prænunciant. *Ibidem. Sent.* 147. Quin & quæ contingunt circa ventrem [i] palpitationes, &c. *Ex eodem Lib. in Palpitatione adducenda. Sent.* 144.

Quibus in morbis subita fit mentis perculsio cum inquieta corporis jactatione, iis speranda [k] hæmorrhagia. *Coac.* 184.

Qui febribus ardentibus aliis-ve conflictantur cum cervicis dolore & temporum, si tenebricosa caligo oculis obversatur, precordiorumque tentio, adfuerit, sine doloris sensu, iis sanguis è naribus [l] profunditur. *Lib.* 2. *Epid. in fine. Stat.* 2.

Ubi sanguis ex naribus effluit cum tenuibus sudoribus, & corporis totius perfrictione, morbi malignitas & pernicies [m] denotatur. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 126. *& Coac.* 342.

Sanguinis eruptiones vehementes cum totius corporis perfrictionibus judicatoriis pessimæ sunt. *Sent.* 134. *& Coac.* 326.

Larga narium hæmorrhagia [n], vi suppressa nonnunquam adducit convulsionem. Liberat autem venæ sectio. *Coac.* 336.

Larga, vehemens & multa narium hæmorrhagia interdum ad convulsiones deducit; ex quo liberat [o] venæ sectio. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 145.

Sanguinis ex adversa parte profluvium malum; *& cætera infra Articulo de Rectitudine afferenda explicandaque.*

Hæmorrhagia si quarto die oriatur [p] diuturnitatem

---

hæmorrhagia decoloratis, quod non medeatur cacochymiæ quam decoloratio indicat. *Gal.*

f Arterias intellige quarum pulsatio sit Medico aspectabilis, ægroque molesta. *Duretus.*

g Ex anadrome sanguinis tenuioris in caput. *Gal.*

h Fugax scilicet inflammationis & doloris expers. *Gal.*

i Arteriæ cœliacæ dictæ. *Gal.*

k Quæ benè vel malè succedit prout alysmi tempus distinctionem adfert jactationis criticæ aut symptomaticæ. *Duretus.*

l Hic enim memorata signa denotant excursum biliosi sanguinis è lumbis & visceribus ad caput, unde suscitatur hæmorrhagia, quæ maximè propria evacuatio febrium ardentium. *Gal.*

m Propter infirmitatem summam & necrosim caloris nativi, &c. *Gal.*

n Violenta scilicet repercussione per topica fronti naribus-ve admota. *Gal.*

o Celebranda è directo partis affectæ.

p Adducta ratio *Articulo de Die um ratione.*

indicat, & alvus effunditur, cruraque intumeſcunt. *Coac.* 530. *&* *Lib. 6. Epid. ſect. 2. text.* 13.

Inerant febribus ardentibus [q] affectiones hujuſmodi, ut qui bene & largiter ſanguinem profudiſſent, ii ex eo maxime ſervarentur. Neque ullum cui ſanguis bene profluxiſſet, hoc in ſtatu mortuum videre licuit, &c. Id autem præcipuè contingebat adoleſcentibus & ætate florentibus, atque eorum bona pars periit qui ſanguinem ex naribus non profuderunt. Carptim, *ex Stat. 3. Lib. 1. Epid. pag.* 961.

[De narium hæmorrhagia critica videndus textus nobilis adductus *Articulo de Criſeos prænunciis ſignis.*

q Quarum criſis fit convenientiſſimè per hæmorrhagiam, præſertim in adoleſcentibus & ætate florentibus, quibus adſunt omnes opportunitates ad hujuſmodi evacuationem.

Narium ſtillicidium.

Perpuſillæ è naribus ſanguinis ſtillæ [a] damno ſunt. *Coac.* 57. In lateris dolore ſanguinis è naribus ſtillatio mala eſt. *Coac.* 405. In pulmonum morbis prærubra ſanguinis ſtillicidia pernicioſa. *Coac.* 412.

Quibuſcumque febrium initiis [b] oborta ſternutatione ſanguinis ſtillicidia fiunt è naribus; ſiquidem urina quinto die hypoſtaſim habeat albam, ſolutionem morbi in ſeptimo [c] fore oſtendit. *Coac.* 149.

Quæ in longis morbis [d] apparent exiguæ ſanguinis fluxiones perniciem oſtentant. *Coac.* 340.

Sanguinis ſtillicidia quæ undecimo contingunt mala, præſertim ſi ſanguis [e] bis ſtillarit; aut rurſus nares ſtillare cœperint. *Coac.* 337. *&* *Lib. 1. prædict. Sent.* 148.

Philiſcus, Epaminon, & Silenus, quòd his quarto & quinto die de naribus parum ſanguinis ſtillaſſet, perierunt. *Lib. 1. Epid. ſect.* 3.

Philiſcus cui quinto die circa meridiem paucum idque ſyncerum è naribus ſtillavit; die ſexto obiit. *Ibidem. In Hiſt. 1. Ægrorum* 14.

Methonem febris vehemens prehendit cum lumborum gravitate & dolore. Poſtridie ex liberali [f] aquæ potu alvus rectè demiſit. Tertio capitis gravitas tenuit;

a Indicant enim humores ſeu multos ſeu malignos non poſſe regi à natura, niſi incidant in diem quartum hæmorrhagiæ in ſeptimum futuræ indices. *Duretus.*

b Concuſſo cerebro ad rei moleſtæ excluſionem.

c Per liberalem hæmorrhagiam ex virtute caloris naturalis, quam prænunciavit urinæ laudabile ſedimentum in quarto die. *Duretus.*

d Quorum diuturnitas pendet à mala conſtitutione viſcerum, & quibus jam ab hujuſmodi longitudine fractæ vires. *Duretus.*

e Quo ſæpius enim proritatur fruſtra natura, id pejus. *Duretus.*

f Nota ex liberali aquæ potu alvum ſolvi, quod confirmat *Gal. Lib. 9. Meth.*

nuit: dejectiones tenues, biliosæ, aliquantùm rubentes prodiere. Quarto exasperata omnia. Bis ex nare dextra sanguis paulatim effluxit, nox laboriosa, dejectiones eædem quæ die tertio, urinæ nigricantes, quæ sublime quid medio innatans, subnigrum, divulsum, nec subsistens habebant. Quinto ex nare sinistra liberaliter sanguis syncerus effluxit, sudore suborto judicatus est. Post judicationem autem cum pervigilio præter rationem loquebatur, urinæ tenues & nigricantes erant. Post capitis [g] perfusionem, quievit, mente constitit, morbus non revertit. Verùm post judicationem sanguis crebrò è naribus erupit. *Æger septimus sect. ultimæ. Lib.* 1. *Epid.*

NOTÆ.

cap. 5. ubi docet roboratam ex frigidæ usu partium naturam prætenuatos & jam concoctos humores aggredi, ita ut eos qui nutritioni utiles sunt sibi retineat inutiles per alvum vel per sudores ejiciat. At quod *Galenus* expectat humorum coctionem improbat *Martianus*, nec censet expectandam.

g His verbis præsentissimum remedium docet, ut caput laves, parcius fluente sanguine. *Gal.* hic. Observandum præterea id frequenter usurpatum omni ævo, etiam ad capitis dolorem ex causa calidâ, & ad delirium in regionibus annique temporibus calidioribus.

Nasturtium, Cardamum.

Cressio vulgò.

Calidum [a] est & carnem liquefacit; pituitam albam sistit, proindeque stranguriam infert. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 329. Semen menses ciet. *Lib. de Nat. mul. pag.* 605.

Gal. etiam gonorrhœam simplicem affert, ut supra notatum.

a Imò adurit sinapi instar, rubrificatque cum admotum. Asthmaticis utile, lienem coërcet, fœtus necat, veneremque stimulat. *Ex Dioscor. &c.*

Natura.

Existimandum est naturam à multis & cujuslibet generibus vi [a] quadam cogente moveri ac doceri. *Ex Lib. de Præceptionibus, initio ferè.*

Natura ipsa sibi per se non ex consilio [b] motiones ad actiones obeundas invenit. Partim quidem, ut nictare, partim etiam quibus lingua subservit, & quæcunque alia id genus. A nullo quidem edocta citraque disciplinam ea quæ conveniunt [c] efficit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 2.

Lex naturæ omnia divina & humana sursum ac deorsum vicissim repandit, *& cætera supra in Generatione*

a Vim hanc indidit summus Opifex qui & ipse natura est. Hæc enim nil aliud est quam Deus & divina ratio toti mundo & partibus ejus inserta, *ex Seneca.*

b Et motiones has *Galenus* interpretatur itinera, quasi vias & impetus ad agendum quæ habeat sine electione in iis præstandis quæ conducunt animalibus, quorum exempla proferuntur ex innumeris aliis actionibus.

c Ideò magam vocat *Sinesius*, mentem *Anaxagoras*,

adducta, *Ex* Lib. 1. *de Vict. rat. pag.* 304.

Natura [a] *morborum medicatrix.*

a. Vis scilicet quædam ipsis corporibus quæ ab ipsa reguntur inhabitans. *Gal.* hic. Vocatur etiam *Lib. de Optima secta* primarius animalis Opifex qui morbos solvit & sanitatem restituit; addit in Arte parva Naturam esse omnium opificem; Medicum verò ministrum.

Naturæ morbis medentur. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text.* 1. Natura Medico ad omnia præcipuè dux est. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 35. Ars medica ab eo quod molestum est liberat, & id ex quo quis ægrotat auferendo, sanitatem reddit. Idem & natura per se facere novit. *Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 398.

Natura hominis, seu temperamentum.

a. Antiqui illi sapientes etiam ipso Hippocrate antiquiores.

b. Hic nullum ex quatuor elementis admittebat, sed pro primo principio statuebat quandam materiam à generatione & corruptione liberam.

Qui de hominum natura supra quàm ad Medicinam attinet, [a] disseruerunt; eum alii hominem in totum aerem esse dixerunt, alii ignem, alii aquam, alii terram, ita ut unum aliquod sit primum elementum. Hi neque se intelligunt, neque inter se consentiunt, sed se imprudenter oppugnant: [b] Mellissi verò sententiam restituunt. At verò ex Medicis hi quidem hominem esse sanguinem solum, alii bilem, quidam etiam pituitam affirmant, eandē afferentes ratiocinationem, quod nimirùm unum aliquod sit humorum principium, quod quisque eorum appellare voluerit. Atque id unū cum sit à calore vel frigore coactum, formam ac facultatem mutare, dulceque & amarum, & album ac nigrum, vel aliud quodvis fieri. At hæc aliter se habere mihi videntur. Etenim si homo unum esset, neutiquam doleret, neque esset à quo doleret, &c. At multa sunt in corpore quæ cum mutuò inter se præter naturam calescunt & refrigerantur morbos pariunt. Ac nisi calidum cum frigido, & siccum cum humido moderatè & æqualiter inter se respondeant, nulla generatio futura est. Rursus cum homo interit, singula in suam naturam secedere necesse est; humidum ad humidum, siccum ad siccum, &c. Hominis itaque corpus in se sanguinem & pituitam & bilem duplicem continet, ex quibus natura corporis constat, & per hęc dolet

& sanum est, *& cætera supra in Morborum Causis adducta. Ex Lib. de Nat hominis. pag.* 171. 172. 173.

Totus homo ab ipso ortu [c] morbus est, dum educatur inutilis auxilium supplex implorat; dum increscit improbus & demens, institutione puerili indigens; in ætatis vigore constitutus audax; ætate marcescens, miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore sanie permixto promicuit. *Ex Democrito in Epistola Hippocratis ad Damagetum. pag.* 1166.

[c] Dum morborum causas inevitabiles in se habet.

Increscit homo ad tertium annorum septenarium, in quo adolescens evadit, ad quartum usque & quintum septenarium. Quinetiam hominibus plerisque quarto septenario duo dentes enascuntur moderatores dicti. *Lib. de Carnib. pag.* 211.

Homo ex quatuordecim quibusdam consistit, nervis, venis, arteriis, sanguine, spiritu, carne, adipe, cartilagine, unguibus, ossibus, medullis, capillis, membranis, humoribus. *Lib. de Corporis structura apud Marinelli Hippocratem.*

Nausea infra *in Vomitu.*

Nervorum [a] *Ratio & affectus.*

Nervorum exortus ab occipitio usque juxta spinam, juxta coxendicem fertur in pudenda, in femora, pedes, tibias & in manus, quin & ad brachia. *Lib. de Ossium natura. pag.* 243.

Quicunque à venis morbus oritur is lenior est quam à nervis. Defluit enim unà cum humore in venis contento, neque quiescit, venarumque ea natura est, ut humorem contineant, & à carnibus distribuant. Nervi verò cum sicci sunt, tum cavitatibus carent, & ossi adhærescunt, maximamque partem ab osse nutriuntur, &c. Quicunque autem morbus ad eos accesserit, eodem loco firmatur & consistit, nec nisi ægrè expellitur. Præcipuè verò eos appetunt distensiones, aliique morbi, ex quibus tremor corpus pre-

[a] Cum cerebrum omnibus partibus nervos suppeditare commodè non posset ob earum multitudinem & viarum distantiam. Ideò ex cerebro tanquam caudex è radice profunditur spinalis medulla, quæ per fistulas producta vicinis partibus nervos distribuit. *Ex Antropographia clarissimi Riolani.*

hendit; quique tremorem inducunt. Nervi autem Articulos constringunt per totum corpus distenti, potissimúmque validè, & semper maximè crassi sunt, in his corporis partibus in quibus paucissimæ carnes sunt, totumque corpus nervorum plenum est. At circa faciem & caput non sunt nervi, sed fibræ nervorum non absimiles. Carptim, *ex Lib. de Locis in homine. pag.* 401. 402.

Quibus nervi inflammatione laborant, ii [b] humero uti, quod dolor & inflammationis contentio prohibeat, non possunt. *Lib. de Articulis. pag.* 822.

Quibus [c] discissum fuerit os, aut cartilago, vel nervus, vel genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coalescit. *Aph.* 19. *sect.* 6. & *Coac.* 503.

Nervi quicunque crassi [d] vulnus accipiunt, sæpius claudos reddunt, præsertim si obliquum vulnus fuerit, & in musculorum capitibus præsertim femorum. *Coac.* 504.

Ignis nervis noxius; itaque nunquam igne sunt tractandi. *Lib. de Articulis. pag.* 825. Nervis etiam [e] frigidum inimicum. *Aph.* 18. *sect.* 5.

b Intellige de nervis superiorum membrorum.

c Hinc inde divisum, ut seorsim partes fuerint separatæ. *Gal.*

d Seu *ex Lib. Prædictorum*, si penitus abscissi nervi fuerint. Hi enim ideò claudicationem afferunt, quòd post vulnus se colligentes, retrahentesque Articulos quibus inferuntur simul etiam adducunt, quod non accidit iis in longum sauciatis. *Duretus.*

e Quod non audet *Hippocrates* nervos igne tractare, id de nervis sanis intelligendum.

Nervorum distentio, infra *Tetanus.*

Netopum, supra *Metopium.*

Niger [a] *morbus*, *isque triplex.*

Bilem atram tanquam fæcem vomit; interdum velut sanguinem, interdum velut vinum secundarium, quandoque velut polypi atramentum, quandoque acidum tanquam acetum. Nonnunquam verò salivam & pituitam tenuem, nonnunquam bilem ex viridi pallidam. Et cum nigrum quiddam cruentum vomuerit, [b] cædem olere videtur. Fauces & os ex vomitu incenduntur, dentes obstupescunt, & quod vo-

a Non à colore ut in livido morbo, aut ictero, sed à colore excrementorum, inquit *Salius* hic, ubi docet hunc morbum esse melancholicum aliquem affectum ex melancholici succi bilis atræ naturam assecuti copia circa ventriculum & viscera recondita.

b Cadaveris scilicet fœtorem refert non omnino putris, sed putrere incipientis.

mitione rejectum est, terram [c] attollit, cumque vomuerit, paulò melius habere videtur, neque sine cibo esse, neque copiosiorem cibum ferre potest. Verùm jejuno strepitum viscera edunt, & saliva acescit. Sumpto verò cibo pondus in visceribus percipitur. Pectus & dorsum tanquam [d] stylis pungi videtur; latera dolor detinet, febris levis est, caput dolet, oculi non vident, crura gravantur, color nigricat, & [e] imminuitur. Huic medicamentum purgans crebrò propinato, & serum & lac, si anni tempus ferat; cibis abstineat, dulcibus, oleosis, pinguibusque. Utaturque maximè frigidis & alvum subducentibus. Caput purgato, & post potiones medicamentorum supra purgantium, nisi debilis fuerit, sanguinem ex brachiis detrahito. Quæ cum feceris morbus fugit cum ætate, etiam si ad senectutem comitetur. Si verò denigretur corpus ad mortem usque comitatur.

Alius [f] niger morbus sub fulvo colore, gracilis & oculis ex virore pallescentibus evadit, tenui est cute, & debilis existit, quóque diutius hic morbus detinet eò magis affligit, & quovis tempore velut [g] stillam modicam vomit ad duo parva pocula, cibumque frequenter, & cum cibo bilem ac pituitam. Post vomitum totum corpus dolet, interdùmque etiam prius quam vomat, horrores leves, & febris detinet; sumptisque dulcibus & oleosis vomit. Hunc medicamentis per superiora & inferiora purgato; posteaque lac asininum exhibeto, &c. Lethalis quidem morbus, non tamen ad senium usque comitatur.

Morbus syderationem faciens, [h] seu corruptorius, in reliquis eadem patitur, verùm bilis grumos concretos vomit, eodemque modo per inferiora dejicit. Ubi ciborum recrementa excreverit. Eadem autem quæ in superiore morbo facienda, & alvus per infusum subluenda. *Lib. 2. de Morb. pag.* 485. 486.

[c] Quod proprium atræ bilis veræ.

[d] Quòd melancholici flatus, vaporationesque acidæ instar styli partes mēbranosas pungant & doloribus affligant. *Salius.*

[e] Idem facta corporis nutritione prava consumitur contabescitque æger, *Salius.*

[f] Hic morbus niger non à colore excrementorum, ut in priore, nec à colore corporis ut in aliis quibusdam affectibus, sed à causa morbi quod viscera sint obsessa succo melancholico, *ex eodem Salio* existimante cacochymiā biliosam à jecore præcalido generari.

[g] Idem succedit continua ferè ichoris biliosi ad formam stillamenti per os rejectio non copiosa, sed ad parvorum poculorum mensuram.

[h] Hic est tertius morbus niger ab iisdem causis quibus superiores, pendens, sed multò deterior cum à vehementiori causa producatur, bile scilicet restorrida. Unde corruptorium vocat Hippocrates, tum ob symptomatum vehementiam, tum ob consequentem corruptionem & interitum. *Salius.*

a Nitrum possidet vires medias inter aphronitrum & sal. Dum verò uritur, propius accedit ad aphronitrum quod sic tenuius reddatur. Desiccat itaque ac digerit, ore sumptum crassos humores attenuat potentius quam sal. Aphronitrum verò stomacho infensum quod potentius incidat. *Gal. Lib. 9. Simplicium*.

Nitrum, [a] *Aphronitrum.*

Nitrum rubrum in subdititio apponat cum cumino & resina. *Lib. 1. de Morb. mul. pag. 643. & Alibi passim in Clysteribus.*

Noma, infra *in Ulceribus.*

a Numeros inter affectantes causas, posuit *Pythagoras*. *Plato* eorum vim ita extollit, ut neminem absque illis rectè philosophaturum puter. Vide *Laurentium. Lib. 3. de Crisibus. cap. 2.*

b Inter impares numeros tanta fuit apud Veteres septenarii præstantia, ut sacrum & venerandum existimarint, Pythagorici vitæ humanæ vinculum ac nexum censuerint. Quin & Theologi perfectionis numerum statuunt. *Laurentius. Ibidem.*

Numerorum [a] *vis. Appendix ad Articulum de Dierum vi, & de Crisi.*

Numerorum series tum ad ambitus, tum ad eas mutationes quæ præter rationem in febribus fiunt, & ad judicandos ægros & ad morborum securitatem satis futura est. *Ex Epistola Hippocratis ad Thessalum filium.*

Quòd hominis vita septem dierum numero circunscribitur, manifestum est; plerique enim ex iis [b] qui septem diebus nil edere, aut bibere volunt, in his moriuntur. Quod si qui eos superaverint, nihilo minus moriuntur. *Lib. de Carnibus. pag. 214.* Pueri sæpius septimo anno exactos dentes explent, & septem annos plenos & justo numero exactæ trecentæ & quinquaginta hebdomades conficiunt. Quod autem horum singula septenariis à natura regantur, aliàs declarabo. *Ibidem. pag. 215.*

a *Hippocratem* hic intelligendum esse de nucibus Ponticis, seu avellanis constat. Has *Gal. Lib. 7. Simplicium* docet habere plus essentiæ terrestris ac frigidæ, esseque alioqui juglandi nuci similes. At de utrisque agit seorsim

Nux, *nuces.*

Nuces rotundæ [a] æstuosæ, quia pingues. Nutriunt autem, quia carnosæ. Latæ verò maturæ nutriunt & alvum dijiciunt; purgatæ autem etiam flatus pariunt; at tunicatæ alvum sistunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 331.* Aquam mulsam bibere oportet cum nucibus decorticatis & absynthii coma pari pondere, & anisi

cribrati dimidio, *& cætera in Morbo regio præscripta. Lib. 3. de Morb. pag.* 491. Si uterus ad vesicam usque doleat, confert crocum & myrrham & nuces Ponticas pura & alba lana exceptas ex anserino adipe & unguento Irino in subdititio apponere. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 754.

NOTÆ.

Dioscor. docetque juglandes stomacho graves. Avellanas autem tusas & in mulsa potas tussi veteri mederi & distillationem concoquere.

[a] *Nyctalopes, Ruscitiosi, Nuscitiosi.*

Nyctalopes vocamus qui noctu cernunt, hoc modo prehenduntur juvenes, aut pueri, aut etiam adolescentes, & sponte evadunt, partim quidem quadragesimo die, partim verò septimo mense. Quibusdam etiam toto anno perseverat. Et tempus quidem æstimari debet, & magnitudinis morbi, & ægri ætatis ratione habita. Hoc quidem juvant supervenientes abscessus & ad partes infernas tendentes, qui per juventutem tamen non admodum contingunt. At neque mulieres, neque virgines quibus menses apparent, hoc morbo tentantur. Qui verò ex diuturno [c] lachrymarum fluxu nyctalopes sunt, eos interrogare oportet num quis dolor ante istorum judicationem, caput occupaverit. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 109.

[a] Nyctalopes vocant cum interdiu quidem obscurius cernunt, Sole autem occiduo clarius; at noctu multò magis; aut contra interdiu quidem parum, vesperi autem aut noctu nullo modo. *Fæsius.*

[b] Qua ratione à quibusdam hic affectus vocatur acies vespertina.

[c] Epiphoram vocant, cui ut etiam ophtalmiæ pertinaciori nyctalopia, nubecula, & albugo succedunt.

O

Obesi, supra *Crassi*.

Oblivio.

Oblivio ex cerebri frigiditate succedit. *Lib. de Hominis structura à Marinello Hippocratis operibus adjuncto.*

Obolus.

[Pondus dimidii scriptuli passim occurrens.]

a Occasio.

a Occasionem definit *Cicero*, initio Officiorum oprimum tempus ad aliquid agendum.
b. c Occasionis lubricitatem exprimit vulgatus versiculus.
Fronte capillata est, posthac occasio calva.

d Occasio est domina rerum agendarum, id enim *ex Platone* solùm, bene fit quòd opportunè, maximè in Medicina in qua quemadmodum in bello occasio plus solet juvare quàm virtus. *Ex Vegetio.*

Occasio [b] præceps. *Aph.* 1. *sect.* 1. Præceps & lubrica. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 104. Ars medica brevem [c] habet occasionem. *Lib. de Loc. in Homine. p.* 419.

Tempus est in quo occasio consistit. Occasio autem in qua tempus non multum. Medicatio in tempore fit, aliquando etiam occasionem requirit. *Initio Lib. de Præceptionibus. pag.* 37.

Animum adhibere oportet fortuitæ [d] occasioni, quæ se plerumque offert, quæque cum utilitate & lenitudine potius conjuncta est, quam cum perturbatione, & cum facti defensione. *Ibidem. pag.* 38.

Temporum opportunitates curationum sunt animi earumque observatio curationis finis. *Epistol. ad Cratenam.*

Semper quocunque tempore quis auxilium attulerit, optimo tempore auxilium attulisse dicitur. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 431.

Ocimum.

a. b Hos locos hac ratione conciliat *Martianus* ut ocimum viride humectet; siccum verò quale usurpabatur inter aromata calidum sit & siccum.

Siccum [a] & calidum, & alvum sistit. *Lib.* 2. *de Victu rat. pag.* 329.

Humidum & [b] frigidum, orique ventriculi gratum. *Lib. de Affect. pag.* 546.

Vomitum tollit ocimi succus ex vino albo. *Ex fine Lib.* 1. *de Morb. mul.*

Ocium, quies.

a Quæritur *Ægistus* quare sit factus adulter? *In promptu causa est, desidiosus erat.*
b Ignavia exolvit partium robur; proprii autem officii exercitatio robur auget. *Gal. ex Platone, in fine. Lib.* 6. *de Locis affectis.*

Quod ociosum est, nihilque agit, ad improbitatem [a] viam affectat. *Lib. de Decenti habitu. pag.* 32. Socordia & quiete [b] ignavia crescit, exercitatione verò & laboribus animi fortitudo. *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 271.

Corporis pars quæque ubi sua munia obierit robur accipit: si verò ocietur, vitiatur, nisi lassitudine, fe-

bre-

ore, aut inflammatione tentetur. *Ex Mochl. pag.* 887. Ocium humectat & corpus imbecillum reddit; quiescens enim animus corporis humidum minimè absumit. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 333.

Oculi, oculorum [a] conformatio.

Sunt multæ [b] tunicæ quæ oculi pellucido prætenduntur, ipsique sunt persimiles. In hoc enim [c] pellucido lumen & splendida cuncta lucem reflectunt. Per hoc igitur in quo lumen reflectitur visio fit. Quod verò minimè est splendidum, neque oblucet, per illud visio non fit, reliquum circa oculos album caro est, pupilla autem oculi nominata, nigra ob id apparet, quod in profundo sita sit, & tunicæ eam ambientes nigræ existunt. Tunicam verò appellamus id quod veluti pellicula inest, quæ neutiquam ad conspectum nigra est, sed alba & pellucida, & oculi humidum glutinosum. *Lib. de Carnibus. pag.* 213. Ubi plura.

a Ad oculorum conformationem necessaria concinnitas quædam, ut non sint nec nimis cavi, nec exerti *ex Mercuriali.*

b *Laurentius* sex ponit, conjunctivam, corneam, uveam, quæ rhagoides & choroides etiam dicitur, arachnoidem, seu araneam, amphysbliftroidem seu reticularem & hylaoidem seu vitream Veteribus incognitam.

c Pellucidum vocat chrystallinum humorem.

Oculo noxia.

Oculo infestum est quicquid in eo incursat, & venti, & quæcunque [a] splendidiora quam in ipso sint. *Lib. de Carnibus. pag.* 213. Allium minimè oculis bonum. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 328. Oculis noxiam afferunt lens, poma dulcia, [b] olera. *Lib. 3. Epid. pag.* 1049. & 7. *Epid. pag.* 1105.

Mercurialis addit ex quodam codice, lac, [c] pisces, legumina.

a Etenim inducitur coecitas à splendore nimio seu ignis, seu feri igniti, seu radiantis Solis; unde rationem reddit *Mercurialis* debiliores visus Italorum, quod magnam partem artes tractent ad ignem.

b Maximè lactuca & portulaca *ex Dioscor.*

c Communi ratione cum prædictis oleribus, quibus *Galen.* addit brassicam, quòd scilicet caput impleant crassis vaporibus.

Oculorum affectus.

Oculi gramiosi optimum habent successum, si simul lacryma, & [a] gramia & tumor cœperint, aut si lacryma gramiæ permixta, neque vehementer calida

a Gramiæ sæpius in plurali usurpantur ad designandam ophtalmiam hu-

NOTÆ.

midam, tum etiam epiphoram, seu oculi catarrhum, lippitudo propriè dicitur. Aliquando etiam scabiem palpebræ significat. Dicuntur & lemæ seu lemiæ; vide annotationem nostram supra in *Lema*.

b Interventu sanici manantis, quæ agglutinatur digito.

c Vulgò cataractæ propriè hypochyma, & hypochysis, seu suffusio.

d Caligines sunt ex *Fæsio* superficiariæ exulce-

fuerit. Gramia verò alba & mollis & tumor lenis ac solutus. His enim ita se habentibus noctu oculus conglutinabitur ut dolorem non sentiat; isque casus nec periculosus nec diuturnus. At si lacryma multa & calida cum paucissima gramia & exiguo tumore, idque ex altero oculo perfluat, valde diuturnum id quidem sed sine periculo fit, idque lippitudinis genus doloris expers est. Et in his præcipuè judicatio consideranda quæ prima fit circa vigesimum diem, deinde quadragesimus dies expectandus; intra quæ nisi desinat, in 60. dies solvitur. At toto tempore ad gramiam attentum esse oportet, num [b] digito misceatur, & alba ac mollis fiat, præcipuéque sub judicationis tempus. Tum namque id evenire solet. Quod si hæc utrumque oculum invaserunt, majus periculum ulcerum, sed brevi solvendum. Gramiæ autem siccæ vehementes dolores adferunt, brevi tamen solvuntur, nisi oculus vulnus acceperit. Formidabilis quoque est, ubi cum lacryma dolorem junctum habet. Nam si lacryma calida & salsa profluat, in pupilla & palpebris exulcerationis periculum est, &c. *Ex Lib. 2. Prædict. pag.* 102. 103.

Quibus rumpuntur oculi, posteáque adeò extant, ut pupilla loco mota esse videatur; iis nec ullo tempore nec ulla arte ut videant, opem ferre licet. At pravæ pupillarum dimotiones restitui possunt, dum ne quid mali accesserit, & juvenis sit æger. Ulcerum verò cicatrices, si non aliud malum subsit, omnes & ab arte & à tempore juvari posse existimandæ sunt, ac præcipuè quæ rectissimæ & in juvenum corporibus contractæ sunt. Ex locis autem insignem facit noxam pupillæ acies si exulceretur, secundum eam id quidem supra supercilia, deinde quicquid fuerit his locis proximum, &c. [c] Pupillæ cæsium, aut argenteum, aut cæruleum colorem nactæ improbandæ. His aliquantùm meliores, quæ minores aut ampliores apparent, aut angulos habent, sive id ex manifesta causa, sive sponte contingat. [d] Caligines & nubeculæ ac subalbi-

NOTÆ.

rationes in oculi nigro enatæ aeri caliginoso assimiles; Græcis ἀχλύες dictæ. Sæpius verò caligo sumitur pro amblyopia seu visus hebetudine absque manifesta causa, ut in senibus *ex eodem Fœsio.*

carites cicatrices (Ægides dictæ) exteruntur ac evanescunt, nisi eo in loco vulnus accesserit, aut illic antea cicatricem esse contigerit. Quod si in oculi nigro resplendens cicatrix orta sit, nigri aliquid dealbat, ità ut si perseveret diutius, & aspera & crassa etiam postea vestigium aliquod relinquat. *Ibidem.* Carptim. *pag.* 103. 104.

Fluxiones in oculos irruentes ex vehementi & cujusvis humorum acrimonia palpebras quidem exulcerant, & quibusdam genas, subjectasque oculis partes ad quas confluxerunt erodunt; tunicam etiam pupillam ambientem rumpunt & erodunt; dolor autem & ardor, summáque inflammatio tandiu detinet dum fluxio concocta fuerit, *& cætera in Coctione adducta, ex Lib. de Prisca Medic. pag.* 22. 23.

Oculorum acies corrumpuntur, quæ sponte quidem & derepente cæruleæ existunt. Quod cum evenerit non curantur. Quæ verò aquæ marinæ speciem referunt sensim longo tempore corrumpuntur, sæpeque alter oculus longo post intervallo corruptus est, &c. *Lib. de Videndi acie. pag.* 773.

Oculis purulentis si rumpantur, magna ulcera fiunt, & si secantur, profunda ac utroque modo ulcerantur. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1034.

Si quis oculis sanis videndi aciem corruptam habeat, huic sectione ad syncipút facta, insuperque cute ab osse remota, & osse exciso, aqua detracta medelam adhibeto. *Lib. de Videndi acie.* 775.

Oculorum ratio ad Prognosim.

Oculorum [a] claritas ac eorum album ex nigro aut livido clarum fieri ad [b] judicationem confert, &c. *Ex Coac.* 217.

Si oculi [c] lucem refugiunt, aut [d] illacrymant præter voluntatem, aut [e] pervertuntur, aut alter ex [f] iis minor sit, aut eorum candidum rubescat, aut venulæ livescant, aut nigrescant, aut circa aciem sordes appareat, aut sint assiduè [g] mobiles, aut tumidi, aut

a Quæ comparatur ex puritate humoris & tunicarum oculi.

b Quod æquè declaretur per claritatem triumphus naturæ ac ejusdem afflictio per nigredinem aut lividitatem.

c Ob infirmitatem facultatis visificæ & cerebri.

d Ab exolutione caruncularum oculi,

vehementer cavi, aut eorum aspectus squallidus, hęc omnia perniciosa. *Lib. Prænot. pag.* 44. & *Coac.* 218.

Considerandæ oculorum subapparitiones in dormientibus, nam si quid album commissis [h] palpebris subinspicitur, neque ex alvi profluvio aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum & lethale valde. *Aph.* 52. *sect.* 6.

In febribus ortus [i] oculorum rubor diuturnam alvi malignitatem præ se fert. *Coac.* 219.

In præcipiti morbo rectus [k] oculorum obtutus nil boni denunciat. *Coac.* 227. & *Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 46.

Oculorum hebetatio aut retusio, & squalor, malum [l] significat, & qui intrò corrugantur & intrò sunt. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 26.

In acutis oculi observatio aut [m] perfractio mala. *Ex Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 84.

Oculi ut valent, ita [n] & totum corpus. Color quoque ad melius aut deterius confert. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 26. Oculorum vis nisi valeat & constet, mortem in propinquo esse significat. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6. *pag.* 906.

NOTÆ.

e Ob convulsionem musculorum moventium.

f Defraudato alterutrius alimento.

g Quod contremiscant à siccitate musculi. *Duretus.*

h Hoc enim accidit aut ob palpebrarum siccitatem, aut facultatis ipsam moventis imbecillitatem. *Galen.*

i *Duretus* legit febris experti, ut illa suffusio nōn sit tabificæ febris symptoma, aut criticæ perturbationis signum. At febris experti rubra oculorum suffusio signum est liquidioris alvi, eadem ratione ac narium rubor supra notatus.

k Ferocitas hæc oculi desipientiam indicat.

l Est enim signum imbecillitatis oculi, qua ratione senum oculi rugosi cernuntur. *Galenus.*

m Nam vel robur contentionemque partium palpebram claudentium, vel imbecillitatem aperientium sequitur hæc affectio; *ex eodem Galeno.*

n Sunt enim oculi animi fenestræ *ex Alexandro*; natura speculum *ex Orpheo*, Solis portæ *ex Hesychio*. Inquit *Laurentius in Anatom.*

Oculorum dolentium remedia.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut venæ sectio, aut medicamentum [a] epotum solvit. *Aph.* 31. *sect.* 6.

Dolores oculorum post meri potionem & aquæ calidæ balneum venæ sectione curato. *Aph.* 46. *sect.* 6. Lippientem alvi profluvio corripi bonum est. *Aph.* 17. *sect.* 6. Oculis fluxione tentatis revulsionem ad fauces [b] fieri convenit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 2. *text.* 24. Quæ fluxiones in oculos tenues & diuturnæ vexant, si maturæ per aures prodierint, juvant. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1106.

a Singula remedia hic posita pro variis dolorum caussis se experientia comprobasse affirmat. *Galen. in Commentario.*

b Quemadmodum etiam ad occiput, unde educto sanguine & admotis huic parti cucurbitulis diuturnos affectus oculorum sanavit. *Galenus.*

Si aqua

Si aqua potabili modica cum ſpongia utaris, ad oculos eſt optima. *Ex initio Lib. de Liquidorum uſu.* Aqua affuſa auris & oculorum dolores obtundit. *Ibidem. pag.* 424. Calida oculis prodeſt, doloribus, ſuppurationibus ex lacrymis mordacibus, & quibuſdam aliis ex ſiccitate ortis. Frigida dolore carentibus, valde rubicundis, &c. *Ibidem. pag.* 428.

Oculorum vulnera.

Qui ad oculum ſauciatus fuit, vulnus quidem in palpebra accepit; cuſpis verò abundè demerſa fuit. Spiculum autem extremum exterius extabat. Reciſa palpebra cuncta exempta ſunt, nullumque detrimentum adfuit, oculuſque remanſit, & citò [a] convaluit. Sanguis autem abundè & liberaliter profluxit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1048.

[a] Oculorum vel ſtylo vel aliter per pupillam ad corneam uſque perforatorum & diſciſſorum illæſo viſu curationem invenias apud *Schenkium.*

Odoratus. odorandi facultas.

Cerebrum [a] odorandi facultatem habet, cum humidum exiſtat, aridorum odorem cum aere per cartilaginoſa [b] corpora quæ ſicca ſunt attrahens. Cerebrum enim ad naſi cavitatem progreditur, hacque parte nullum os ei obtenditur, ſed mollis cartilago ſpongiæ inſtar, quam neque carnem, neque os appellare queas; & cum quidem narium cava ſicca fuerint, ipſum per ſe exquiſitè magis rerum ſiccarum odores percipit; neque enim aquam calefacit, cum ſit cerebro humidior; niſi computruerit. *Lib. de Carnibus. pag.* 212.

[a] Non cerebro ſed naſo exteriori hanc facultatem aſſignat *Ariſtoteles* à *Gal.* impugnatus. *Lib. de Odoratus organo.*

[b] Per duos ſcilicet proceſſus, mammarum papillis ſimiles; mammillares ea ratione dictos ſummo narium officio objectos.

Odores, ſupra *in Medici elegantis idea.*

Odores fœdi.

Odores ſuaves uterum ſurſum movere, ſicque præ-

focationem uterinam attollere patebit *Articulo de Uteri aberratione, & de Uteri præfocatione.* At tetris odoribus extincti ellychnii viros etiam gaudere docebit ipse *Hippocrates*, infra *in Typhi quarta curatione.*

Oedema.

Quod corpus hyeme pituita repleatur, hinc constat, quod per hyemem homines pituitosa maximè expuunt, tum emungunt. Hoc anni tempore tumores laxi & albi, [a] (œdemata dicti) & reliqui morbi pituitosi oriuntur. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 175.

[a] Oedema in genere apud *Hippocratem* & antiquiores significat omnem præter naturam tumorem, ideoque quod tumores laxi & molles hic dicuntur per parenthesim œdemata, adjectum fuit à Libradio ex Recentiorum nomenclatura.

Oenanthe.

[Explicata fuit supra in *Alvi profluvii curatione.*]

Oleum, oleaginosa.

Oleum & quæ oleosa vires reficiunt, & [a] pituitosa sunt. *Lib. de Affect. pag.* 546.

Cholera sicca laborantibus oleum exhibeto, ut quiescant, & alvus subeat. *Lib. de Vict. in Acutis. pag.* 395.

Oleum & quæcunque mollitudinem & olei vim habent medicamenta ulceribus non conferunt, nisi prorsus ad sanitatem tendant. *Lib. de Ulceribus. pag.* 899.

At oleorum variæ occurrunt species apud Hippocratem, ut rosaceum, Anthinum, Narcissinum, Cedrinum, Ægyptium, Phocæum, & alia.

[a] Pituitosa vertunt omnes Interpretes, cum tamen phlegmatis nomen sæpius apud Hippocratem inflammationem ac ardorem significet, ut pluribus demonstrat *Fœsius in Oeconomia:* non absurdum fuerit hic ita legere, oleum & oleosa vires reficiunt & æstuosa sunt. Quod eadem ratione corrigi etiam potest in caseo, sesamis & uva passa, quæ aliquot lineis ante dicuntur etiam pituitosa, de qua nostra conjectura viderint docti.

Olus. olera [a] in genere.

Ex agrestibus oleribus, quæ os calefaciunt & odorata sunt, ea calefaciunt, & urinam potius quam alvum movent. Quæ humida sunt natura & frigida, ac

[a] Notandum *ex Gal. Lib. de Cibis boni vel mali succi,* ne meliora quidem olera bonum succum præstare, cum & ipsa omnium præstantissima lactuca mediocriter se habeat, & suas noxas afferat.

insipida; odoreque gravi per alvum magis secedunt quam per urinam. Quæ acerba & austera alvum sistunt. Quæ acria & odorata urinam provocant. Quæ acria & sicca sunt in ore ea omnia siccant. Quæ acida refrigerant. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 330. Oculis noxia esse olera nuper traditum. *Ex Lib. Epid. in Oculo.*

Olyra, Zeæ species, infra *Tragus.*

Omentum, Epiploum.

Omentum toti [a] ventri dominatur, eumque solo liene excepto complectitur, *ex Epistola Democriti de Natura humana.*

Quibus omentum excidit, iis necessario [b] putrescit. *Aph.* 58. *sect.* 6. *& Coac.* 52.

Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, his venter aqua repletur, & moriuntur. *Aph.* 55. *sect.* 7. supra in *Hydrope.*

[De omenti crassitie sterilitatem inducente agetur infra in *Sterilitate.*)

[a] Rarò hominibus infra umbilicum descendit, sed maxima parte se versùs lienem retrahit, & velut in spiras se colligit *ex Laurentio.*

[b] Idcirco partem ejus nudatam & extra peritroneum prominentem resecandam docet *Galenus*,

Omphacium, infra *in Uva.*

Ophtalmia, Lippitudo; Appendix ad Articulum de Oculorum affectibus.

Lippitudine affecto subrota febris [a] solutionem affert, sin minus [b] cœcitatis, aut mortis, aut utriusque metus est. *Coac.* 222.

Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit, & longo tempore perseverat, [c] cœcitatis metus impendet. *Coac.* 223.

Lippitudine laborantem sponte alvus [d] profluens juvat. *Coac.* 224. *& Aph.* 17. *sect.* 6.

Anginam & lippitudinem venæ sectio solvit; supra in *Angina.*

[a] Dum dissipat crassum humorem vel flatum oculorum venas distendentem.

[b] Calamitosa vi febris quæ cernitur in venenata qualitate, ardore & translatione symptomatica.

[c] Ob perennem materiæ generationem. *Duretus.*

[d] Vacuando & revellendo.

[e] Judicationes non ſecus ac in [f] febribus hic locum habent, ſed & obſervatis ſignis pro genere quidem lippitudinum prædictionem inſtituas licet. Nempe diuturnas lippitudines fore ubi peſſima ſigna adfuerint, breves verò ubi optima, eaſque ſeptima die aut proximis diebus finiendas prædicere, ac alioqui in tuto exiſtimare oportet. Quibus autem levamentum adfuerit, ſi id neque judicatoriis diebus, neque cum bonis ſignis contingat, in iis [g] recidivæ metuendæ. Inprimis verò in oculorum affectibus urinæ [h] ſtatus in conſiderationem adhibendus. *Lib. 2. Prædict. pag.* 104.

Cum ad oculos fluxio decubuerit, oculi [i] inflammatione & tumore vexantur. Sic affectus medicamento liquidò aut ſicco, aut aſpero curandus eſt. Quod ſi inflammationem ſubitò conc piat, nihil [k] omnino illinito, ſed vel fortiſſimo aliquo medicamento quàm maximè partes infernas inurito, vel alio quopiam alvum ſubducito & attenuato, cautione adhibita ne vomitum [l] provoces; &c. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 406. 407.

Luſcitioſo remedium eſt ſi medicamentum deorſum purgans bibat & caput [m] purgetur. Cervicem quàm maximè pertundito & diu [n] premito. Ubi verò remiſerit, jecoris bubuli crudi melle imbuti fruſtum quàm maximum poterit, unum aut duo devoranda exhibeto. *Lib. de Videndi acie. pag.* 775.

e. f Nec mirum, cum graviores ophtalmiæ conjunctam habeant febrem acutam.

g Febricitantem enim niſi febris diebus criticis reliquerit, recidivare ſolet. *Ex Aph.* 61. *ſect.* 4.

h Ratione febris quæ ſi abſit, fruſtra urina conſulitur *ex Gal.* At *Matianus* argumentatur ex hoc loco etiam extra febres urinas eſſe conſiderandas.

i Tunc ſecanda vena exemplo *Gal.* in Hiſtoria Oeconomi; cucurbitulas admove cervici, purga, dolorem mitiga. *Heurnius ad Aph.* 18. *ſect.* 8.

k Hoc conſilium accipitur à *Mercuriali* pro oraculo, quod millies expertus ſit irritari oculos admotis initio topicis.

l Verendum enim ne à vomitorio attollantur in caput vapores.

m Per medicamenta ſcilicet Errhyna & Naſalia dicta.

n Admoto cervici cauterio vel ſetaceo cujus vim eximiam commendant *Paſchalius & Fabricius Hildanus.*

Ophtalmia [a] popularis

Ad Lippitudinem annuam ac populariter graſſantem capitis & inferioris alvi purgatio convenit; [b] ad quoſdam etiam hujuſmodi dolores ſanguinis detractio confert; ſi corpus ſanguine redundet, cucurbitulæque ad venas admotæ, panis modicus in cibo, & aquæ potio. Loco obſcuro jaceat, fumum, ignem aliaque ſplendida [c] fugiens, ex obliquo modò in dextram, modò

a Quæ etiam contagioſa, & enim
Dum ſpectant læſos oculi læduntur & ipſi.
Ex Poëta; præſertim verò maximè contagioſa quæ ex lue venerea ſerpit.

b Nota quoſdam: non enim æquè omnibus neceſſaria venæ ſectio in hac maligna ophtalmia ac in ſporadica.

c A ſplendidis enim fit

modò in finiſtram. Caput [d] ne madefaciat, cataplaſmata non exiſtente dolore, admovere minimè confert, verùm velut ad ſiſtendam fluxionem, &c. Neque diu [e] contueri confert: oculus enim cum ſplendidis reſiſtere nequeat, lacrymam provocat. Sed neque diu connivere conducit, præſertim ſi fluxio calida diu detinuerit, retenta namque lacryma calefacit. Cum verò fluxio non [f] adfuerit, cum ſicco quidem pulvillo illitionem facere confert. Carptim, *ex Lib. de Videndi acie. pag.* 775. 776.

NOTÆ.

major attractio in oculum.

[d] Hujuſmodi enim perfuſio quæ ſporadicæ confert, nil proſit malignæ ophtalmiæ.

[e] Sic enim fatigatur oculus & cietur fluxio.

[f] Ut dum fit ophtalmia per congeſtionem, aut dum fluxio conſiſtit nec ulterius progreditur.

Opiſthotonos, infra *in Tetano.*

Opora. [a] *Autumnalis fructus.*

[Opora tam de Autumno quàm de Autumnali fructu dicitur, omniſque planta quæ fructum habet herbaceum, ideſt cujus involucrum exterius non eſt ligneum, hoc nomine deſignatur, quo ſenſu Hippocrates. *Lib. de Vict. rat.* mora, pyra, ſorba, meſpila, corna, mala, cucumeres, ficus, uvas, hoc nomine comprehendit, ut notat *Martianus. Ad cap.* 26. *Lib. de Intern. affect.* Idem fructus dicuntur horæi, ideſt æſtivi & fugaces. Vide plura apud *Gorreum & Fœſium.*]

[a] Iiſque opponuntur alii fructus, qui Græcis ἀχρόδρυα dicuntur putamen exterius lignoſum continentes, ut granata, caſtaneæ, piſtacia, nuces, amygdala, *ex Gorreo*, qui notat etiam *ex Galen.* tempus quo Canicula oritur horam dici, indeque fructus horæos & horarios, qui tunc incipiunt, aut vigent diſtincti ab iis qui ad aſſervandum ſunt idonei, quos Galli vocant *Fruits de garde.* Notat præterea partem æſtaris ultimam Oporam dici, in qua cum fructus matureſcere ſoleant, non rarò Opora & horæi fructus confunduntur, & fructibus aſſervandis opponuntur.

Opportunitas medendi; Appendix ad Articulum de Occaſione.

Opportunitates [a] multæ ſunt in arte & variæ, velut & morbi & affectiones, eorumque curationes: ac celerrimæ quidem ſunt, quibus aut animo deficientibus [b] opitulari licet, aut qui neque [c] urinam, aut neque [d] ſtercus reddere poſſunt; aut qui [e] ſuffocantur, aut [f] mulierem prægnantem aut vulneratam [g] liberare, aut quæ ſunt hujuſmodi. Et hæ quidem (opportunitates) celeres ſunt. Neque confert (auxilium

[a] Hæ ſcilicet occaſiones ex iis ſunt quæ non ratiocinatione ſed auxilio celeri egent. *Ex eodem Hippocrate de Decenti habitu.*

[b] Ut in ſyncopticis, hyſtericis, apoplecticis, præfocante catarrho.

[c] Cujus anadrome obruitur cerebrum.

[d] Ut in ileo, vulgò Miſerere mei dicto.

e Aqua, fumo, veneno, laqueo, aut à causa interna ut in nota secunda.
f Prægnantem instante partu eam liberando à fœtu & secundinis.
g Hæmorrhagiam inde secutam sistendo.
h Nam semel pereunti, nulla prosunt suffragia, *ex Mesuæo.* Itaque his *Cernitur in subitis casibus ingenium.*
i Puta in morbis diuturnis quique carent orgasmo.
k Præsertim si æstuante cœlo morbus vigeat, matutinæ auræ occasio captanda erit, fugiendus verò meridianus æstus.
l Tunc enim fat citò, cùm satis bene.

scilicet) paulò post, cum plerique paulò post [h] moriantur, &c. Sunt autem alii morbi qui opportunè matutino diei tempore curantur, nihil que [i] refert an summo mane, an paulò posterius. Alii verò morbi semel die opportunè curantur, neque refert quando id fiat. Quidam etiam tertio quoque aut quarto die, quidam etiam semel mense, & alii tertio quoque mense; atque hujusmodi sunt temporum opportunitates, in quibus non aliam quam exquisitam istam diligentiam invenias. Temporis autem inopportunitatem habent, quæ manè curanda sunt si [k] meridie curentur. Intempestivè autem hac ratione fiunt, quando quidem ad pejus inclinant ob minimè opportunam curationem. Carptim, *ex Lib.* 1. *de Morb. pag.* 431. 432. Semper quocumque tempore quis auxilium attulerit, opportuno tempore auxilium attulisse [l] dicitur. *Ibidem. pag.* 431.

Opsonium [a] *occurrit, passim in Ægrorum diæta.*

a Vocatur ex Athenæo quicquid in cibum apparatur ignis ope. Ex Plutarcho verò in Symposiacis quicquid cibum reddit suaviorem. At antiquitus præcellebant inter opsonia variè apparati pisces, *ex Fœsio.*

Orcus Hippocratis; facta mentio Articulo de Generatione.

Origanum.

a Aridum atros humores per alvum educit, menses ciet, &c. *Ex Dioscor.*

Origanum calefacit, biliosa tamen [a] subducit: Thymbra eadem efficit. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 329.

Orthopnœa, erecta cervicis spiratio.

a Quænam similitudo esse potest in thorace sicut in ventre utris distenti? summa scilicet distentio ex nimia humoris abundantia quæ latitudinem tollit thoracis in dorso & pectore, ipsumque totum facit teretem in similitudinem utris distentis inquit *Duretus.*

Spirationes quæ non nisi erecta cervice [a] ducuntur hydropem siccum faciunt. *Coac.* 424.
Quam sic vertit *Duretus*, orthopnœam faciunt hydropiformia dura.

Os ventriculi, infra *in Ventriculo*.

Os, palatum, oris affectus.

Si inflammatio in palato contracta fuerit, intumescit[a] & suppurat. Cum sic habuerit, tuberculum [b]urito. Ubi pus exierit, reliquum eluito, primùm quidem[c] nitro & aqua tepida, deinde vino. Postquam elueris, uvam albam passam tritam in usturæ locum imponito. *Lib. 2. de Morb. pag.* 464.

Quibus ad palatum humor colligitur, plerumque in[d] pus vertitur. *Coac.* 138.

Quibus lienes magni sunt, iis gingivæ vitiantur, & os graveolet. Supra in *Lienosis. Ex* Lib. 2. *Prædictorum.*

An ætatibus talia contingunt, parvis & nuper natis puellis, oris[e] ulcera, &c. *Aph.* 24. *sect.* 3.

Serpentia oris ulcera in prægnantibus bono non sunt, ac fortè etiam alvi his[f] humectantur. *Coac.* 514. 529.

Prægnantibus fluxiones cum serpentibus oris ulceribus malo sunt. *Coac.* 539. Serpentia oris ulcera in utero gerentibus alvos humectant. *Coac.* 544.

Oris perversiones quæ nulli[g] corporis parti consentiunt celeriter, aut sua sponte, aut ex necessitate sedantur; in reliquis verò corporis syderationibus, quibus per motionis impotentiam[h] pars affecta extenuatur, ii restitui non possunt. At quibus colliquationes non succedunt ii sanitatem non consequentur. *Lib. 2. Prædictor. pag.* 110.

a Idque citò ob caliditatem loci humiditati junctam.

b Ob metum sphacelismi in ossa tenella putredini facilè obnoxia.

c Quod etiam nunc usuale admodum, sed arte præparatum, sal prunellæ vocant.

d At hujusmodi suppuratio si fiat laudabilis miraculo propè apponenda, nam ea collectio difficilis in palato foraminibus pervio, & si fiat, præclusis iis membranam densiorem corrumpit facilè, uti etiã ossa vicina ob eorum tenuitatem. *Duretus.*

e Pueris familiaria ob cutis mollitiem, lactis acrimoniam, & carnis humiditatem. *Heurnius.*

f Unde diarrhœa & tenesmus, indeque abortio tandem. Addit *Duretus* humore acri in pulmones delato tabem ingenerari.

g Puta dum luxatur maxilla, ut dictum supra.

h Ex vitio cerebri præsertim & nervorum, in quibus intercipitur irradiatio spirituum.

Oscitatio,[a] *oscedo.*

Oscitationes febres præcedunt cum magna copia aer acervatus fuerit, confestimque ad superiora erumpens, tanquam machinatione os diducit, quòd hac ei facillimus exitus pateat. Quemadmodum enim ab aqua in lebetibus ebulliente copiosus vapor evehitur, sic corpore calefacto aer coacervatus & vi quadam

a Passio qua homines coguntur hiare ob vapores inter musculos contentos. Sanis quidem familiaris; aliquando tamen morbosa ut patet exemplo illius qui accusatus fuit propter oscitationem admissam Imperatore præsente, absoluti tamen quod oscedine morbo laboraret. *Mercurialis ad Aph.* 56. *sect.* 7.

dilatatus per os erumpit. *Lib. de Flat. pag.* 276. 277.

Anxietudo, oscitatio, horror, vinum æquale æquali aqua potum solvit ægritudinem. *Aph.* 56. *sect.* 7. & *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6. Ubi [b] lac etiam additur, oscitationes assiduas longa spiratio sanat. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. & 6. *Epid. sect.* 2. *text.* 9.

[b] Lac omisit Hippocrates in Aphorismis quos experientia consummatus composuit stylo elegantiore. *Lib. 5. Epid. ex eodem Mercuriali, Ibidem.*

Ossa, ossium conformatio & natura.

Ubi glutinosum pingue superavit, membrana in tunicam evasit; & ubi pingue supra glutinosum abundavit, ossa extiterunt. Ossium verò eadem est ratio. Ubi enim glutinosum minimè inerat, sed pingue & frigidum abundavit, id celeriter propter pinguedinem exustum fuit, ossaque durissima & maximè solida facta sunt. Ubi verò pingue & glutinosum simili portione respondent, hæc ossa sunt fistulosa, &c. *Lib. de Carnibus. pag.* 207.

Medulla ossis alimentum, supra in *Medulla.*

Ossa corpori [a] firmitatem, rectitudinem ac formam præbent. *Lib. de Ossium natura. p.* 247. Os discissum neque augetur, neque [b] coalescit. *Aph.* 19. *sect.* 6.

[a] Sunt ossa veluti pali quidam quibus cæteræ partes affiguntur, hæcque fulcri instar universam corporis molem sustentant, & ex eorum figura & magnitudine æstimanda cæterarum partium figura & magnitudo. *Laurentius.*

[b] Nam cum durum sit os, non potest molli substantiæ conjungi, inquit *Galenus.*

Ossium syderationes & abscessus.

In osse ægrotante caro livida, [a] malum. *Aph.* 2. *sect.* 7.

A corruptione abscessus [b] oris. *Ibidem. Aph. pag.* 79.

Ex ossis denudatione erysipelas, [c] malum. *Ibidem. Aph.* 29.

Si ulcera annua [d] aut etiam diuturniora fiant, os abscedere est necesse, & cicatrices cavas fieri. *Aph.* 45. *sect.* 6.

Phaniæ & Evergi liberis, livore occupatis ossibus, febreque detentis, cutis ab osse discessit, & pus intrò [e] depascebatur.

[a] Denotat enim fortem corruptionem, non verò simplicem labefactationem. *Gal.*

[b] Abradendum igitur os, & aspergendum pulvere ireos. *Heurnius.*

[c] Raiò sanè ossi sic affecto supervenit erysipelas, at si superveniat malum. *Gal.*

[d] Ideò annua fiunt, aut diuturniora, quod ad cicatricem ducantur temerè nondum sanato ossis vitio, unde novus ichor ge-

His

His terebra perforatis ex ipso osse tenuis sanies serosa aliquantùm pallida, graveolens, & lethalis emergebat, &c. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1094.

Theodori puerum nono die insolatu utentem decimo die febris invasit, ex ossis denudatione nullius ferè momenti. In febre autem os denigratum est. Cutis discessionem fecit. Admodum stridulam vocem edidit. Vigesimo secundo die venter intumuit, præsertim ad precordia; vigesimo tertio periit. *Ibidem.*

NOTÆ.

neratur, deinde inflammatio, & suppuratio nova. *Gal.*

e Nuper dum mulierem morbo Gallico interemptam resecarem ossa sub membranis tumentia, & ad medullam usque suppurata inveni inquit *Alexander Benedictus. Lib.* 1. *Anatom. cap.* 6.

Exossis[a] *puer.*

Antigenis uxor, carnosum puerum peperit, membris quidem & præcipuis corporis partibus distinctum, magnitudinem verò quatuor digitorum qui non excederet, totusque esset exossis, tandem etiam crassus & rotundus. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. *pag.* 983.

a Quod *Ruellius* prodidit, id & nos vidimus in milite quodam ossa tam mollia & flexibilia, ut ceræ modo facilè sequerentur; sed tandem restituta thermarum aluminosarum usu. *Fernelius cap.* 9. *Lib.* 2. *de Abditis rerum causis.* Cuidam etiam mulieri totum corpus molle. Flexibile & sine ossibus fuisse affirmat *Holerius in Observationibus.*

Ostrea, supra *in Conchyliis.*

Ovillæ carnes.

Benè valentibus & imbecillis ovillæ[a] sunt accommodatæ. *Lib. de Affect. pag.* 545. Agninæ ovillis sunt leviores, & hœdinæ caprinis, quia exangues magis & humidæ. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 325.

a Ovillarum nomine vervecinas maximè intelligit Hippocrates, quæ saluberrimæ si annum non superent; at ovilla præsertim vetus deterrima, illaudatique succi, ita ut febrem ingeneret, alvum etiam proritet aliquando usque ad dysenteriam; *Ex Cardano.*

Ova; ovorum partes.

Volucrum[a] ova validum quid & nutriens & inflans habent; validum quidem, quoniam animalis generationem continent: nutriens verò quòd hoc in pullo lactis rationem habent. Inflans autem, quia ex parva mole in multam diffunditur. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 327.

a Ova Gallinarũ ac Phasianorum præstantissima, Anserum deteriora. *Ex Gal. Lib.* 3. *de Alimentorum facultate*; unam verò patiuntur pravitatem vetustatem scilicet; at de his docet *Cardanus*, quod non sine

cibis aliis miscenda, nec conveniant febricitantibus, calculosis, apoplecticis, podagricisque, maximè verò prosint convalescentibus, attenuatis, venere utentibus, vigilantibus, studiosis & sedentariis. At cum albumine exhibita minus febrientibus nocere existimat *Martianus*.

Procreatur avis ex ovi luteo, alimentum verò & incrementum continet quod in ovo est candidum. *Lib. de Nat. puer. pag.* 204. Ubi plura.

Ova e lat. semiconcreta & assa; &c. *Lib. de Vict. in Acut. pag.* 395.

Trium aut quatuor ovorum candidum in aquæ congio subactum præscribitur inter potiones varias febricitantium. *Lib. 3. de Morb. prope finem.*

Ovorum candidum faciei Ephelidas tollit. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 743.

P

Palatum, supra *Os.*

Pallidi colores. supra *Colores fœdi.*

Palpebrarum affectus.

[a] Tensum supercilium idem portendit in acutis, ac cutis dura circa frontem. *Gal.*

[b] Hæc palpebrarum inustio una est ex operationibus quas neglexerunt recentiores, quod malint ægri hunc levem affectum tolerare quàm sæviori curationi se subjicere inquit *Fabricius ab aqua pendente.*

Quibus in acutis palpebræ [a] circuntenduntur, malum denunciant. *Lib. 6. Epid. sect. 1. text.* 16.

In palpebris natura crassioribus, carne inferiore parte resecta, tandem palpebram candentibus ferramentis [b] inurito, pilorum natura vitata, aut æris flore perusto adstringito. Cum autem crusta exciderit velut reliqua curato. *Lib. de Videndi acie. pag.* 775.

Cum palpebræ scabie laborant, & pruritus detinet, æris floris glebulam in cote terito, deinde palpebram ea defricato. *Ibidem.*

[Palpebrarum lividitas notata inter mortis signa, supra.]

Palpitatio cordis, supra *in Corde.*

Palpitatio, [a] *in carnibus.*

[a] Hæc cutis & carnium palpitatio ex eorum symptomatum genere est, quæ *Galenus* vocat opera solius morbi, uti etiam convul-

Quæ contingunt in febre circa ventrem [b] palpitationes mentis emotionem [c] afferunt, quin & [d] narium

hæmorrhagiam interdum cum horrore. *Coac.* 298.

Dolores circa umbilicum cum palpitatione mentis quidem alienatæ significationem quandam præbent; at iis sub judicationem conferta & crebra [e] pituita cum dolore prodit. *Coac.* 300.

Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti [f] intereunt? *Coac.* 347. *&* Lib. 1. *Prædictor. Sent.* 30.

Silenus qui ex acuta febre, lassitudinis, potationibus, & intempestivis exercitationibus oborta, undecimo die obiit à primo die ad finem usque [g] spiritum magnum habuit, & hypochondriorum perpetuam palpitationem. Carptim *ex Hist.* 2. *Lib.* 1. *Epid.*

Eratoli puero dysenteria laboranti (cujus Historia prostat Articulo de Dysenteria) tanta circa umbilicum [h] palpitatio inerat, quanta neque ex causa, neque ex timore circa cor suscitari queat.

Philini uxorem decimo quarto à partu febre ardenti correptam ad decimum quartum diem à febris invasione toto corpore [i] palpitationes occuparunt. Circa decimum septimum voce defecta est, vegesimo obiit. Carptim, *ex Hist.* 4. *Lib.* 1. *Epid.*

Idem phrenitico accidit intra quatuor dies perempto, cujus Historia afferetur *Articulo de Phrenitide.*

Idem ægro in Dealcis horto decumbenti. *Sect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

fio vera, fit enim hæc & illa à causa morbifica, partes distendente & agitante. Palpitatio verò cordis fit partim ab irritata natura, partim ab humore irritante. At *Duretus & Martianus* censent hic designari palpitationis nomine arteriæ micantis motum conspicuum.

b Seu à spiritu flatuoso distendente, seu à micante arteria.

c. d Tenui sanguine fusum ex hac agitatione translato.

e Intellige pituitam circa diaphragma corruptum delirium attulisse, hujus verò solutionem factam per urinæ pituitosæ effluxum. *Ex Dureto.*

f Interire minimè dubitat *Duretus*, cujus legendus *Commentarius* in *Coacam* & *Mercurialis* in *Sententiam Libri Prædictorum.*

g Oppresso diaphragmate à tumultuante materia flatulenta circa hypochondria.

h. i Maximè probabile palpitationes hujusmodi causam habuisse spiritum flatulentum carnium & musculorum spatia membranasque extendentem quatientemque subsultu quodam potius quam arteriarum motum ubique conspicuum.

Palumbi, supra *in Columbis.*

Panax.

Ad pulmonis inflammationem [a] confert panacem ex aceto mulsa decoctum & percolatum propinare, tum hepaticis, tum septi transversi dolore affectis. *Lib. de Vict. in Acut. pag.* 391. Ad menses detrahendos ex vino propinato. *Lib. de Nat. mul. pag.* 605.

a Panaci omni sed maximè Heracleo (cujus succus Opoponax dictus maximi est usus) vis inest excalefaciens, emolliens & digerens. *Gal. Lib.* 8. *Simplicium.*

Panicum.

a De panico simul cum milio tractat *Gal.* inter cerealia, aitque ex iis parari panem, sed ex milio præstantiorem in annonæ caritate.

Ex sorbitionibus maximè conveniunt [a] panicum, lenticula, farina zitania cocta, alica, zea. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 701.

Panis.

a Panis quatuor species à præparationis varietate; prima est panis purissimus siligineus dictus. Secunda similagineus à similagine constans. Tertia panis autopyros syncomista etiam & confusaneus dictus. Quarta panis sordidus, furfuraceus, acerosus, plebeculæ & canibus dicatus. *Gal.*

b Testus exiguus furnus qui facilè circunfertur ferè similis iis campanulis quibus excoquuntur pyra sub cineribus.

c Habet enim alica nomen ab alendo.

Panis [a] ex farina integra nec excussa siccat & alvum subducit; purus verò plus nutrit, minus autem alvum dejicit. Ex panibus autem fermentatus quidem levis est, quoniam fermenti acore humidum consumptum est, quod in alimentum transit. Secedit autem, quia citò coquitur: at non fermentatus minùs alvum dejicit, plus nutrit. Ex succo autem subactus levior est, abundè nutrit, & per alvum demittitur, &c. Ex panibus autem maximi plus habent nutrimenti, quod humidum ab igne non exuratur. Et furnacei magis nutriunt quàm qui in foco aut veru assati sunt, quod minus ab igne exurantur. [b] Testuacei verò & subcinericii siccissimi. Hi quidem propter cinerem, illi verò propter testum humido exucto. Similaginei autem horum omnium validissimi sunt, multóque magis qui ex alica parantur & admodum [c] nutriunt, verùm non æquè subducunt. *Lib. 2. de Victus rat. pag.* 323. 324.

d Gracilitatem inferunt.

Panes calidi siccant quidem, frigidi verò minus; gracilitatem tamen quandam [d] inferunt. *Ibidem.*

e Panes frigidi idest diutius asservati, hic calidis seu recens paratis oppositi quòd consumitur ex asservatione humidum aqueū, & nutritioni & saporis gratiæ conferens multum.

Panis calidus & carnes calidæ si per se edantur, siccant, quòd si cum humore, aut confestim à cibo, insuper potum exhibueris, non siccant. Panis purus ex farinis ad robur & virium refectionem magis confert, quam qui non incerniculo perpurgatus, & [e] recens, quàm hesternus, & ex farinis recentibus quàm ex vetustissimis. *Lib. de Affect. pag.* 545.

Panis calidus ingestus [f] sitim inducit, & repentinam [g] repletionem, tum quod exciccet, tum quod tardè

tardè descendat. *Lib. de Acutis. pag.* 372.

Qui sanitatis [h] tempore panem edere consueverunt, his etiam [i] per morbos dandus est. *Lib. de Affect. pag.* 547.

NOTÆ.

f. g Sitim inducit quod exciccet, repletionem verò quòd tardè descendat.

h Soli enim ditiores utebantur pane, plebs sæpius maza.

i Iis scilicet in morbis aut morborum temporibus quibus conceditur plenior victus.

Panis exassatus, biscoctus.

Æger ubi redierit ab obambulatione panem exassatum parvum comedat, &c. in curatione pituitæ albæ. *Lib. de Affect. pag.* 564. Nisi febris detineat, pane utatur triticeo tosto, aut ex duro tritico secundò ignem experto in curatione hydropis ex liene. *Ibidem. pag.* 569.

Panus, infra *Phygethlon.*

[a] *Papaver.*

Papaver sistit, idque nigrum magis, & succus magis quàm caro. *Lib.* 2. *de Vict. ratione. pag.* 325. Ubi alvi profluvium detinuerit, papaveris albi & rubri æquali portione corticem tritum & spinæ fructum ex vino aqua temperato polenta recenti immissa bibat. *Lib. de Nat. mul. pag.* 606.

a Papaveris sativi semen panibus ceu condimentum utiliter aspergitur, non secus ac sesamum. Præstat autem album nigro, refrigerat & somnum inducit. *Ex Gal. Lib.* 1. *de Alimentorum facultatibus.*

Papulæ, infra *Phlyctenæ.*

Paralysis, [a] *Paraplegia*, *Paraplexia.*

Paralysis fit à frigido [b] crudóque humore qui à cerebro demissus in oculum, seu aliquam labiorum partem, seu in totam dimidiam-ve faciem descendit. *Lib. de Corporis structura à Marinello edito.*

Cum dolores accesserint, bilis atræ, acriúmque humorum afflictiones fiunt. Demorsæ autem partes internæ dolent, demorsæque & arefactæ venæ tum intenduntur, tum inflammatione tentatæ ea quæ affluunt attrahunt. Ex quo [c] corrupto sanguine & spi-

a Privatio est motus tactusque in toto corpore aut ejus parte qui sit perfecta; at si imperfecta fuerit, servatur sensus. Hæc si succedat apoplexiæ paraplegia & paraplexia nominatur. Hemiplegia verò cum unum tantùm latus occupat. *Ex Gorreo.*

b Ita sanè ut plurimùm & ex Veterum sententia, quibus minimè nota fuit paralysis, vel potius paresis colico affectui notha ut

ritibus vias quæ in ipso sunt pervadere [d] nequeuntibus perfrigerationes fiunt ob stabilitatem, vertigines, vocis defectio, capitis gravitas, & convulsiones si ad cor, aut hepar, aut venam pervenerint. Hinc morbi comitiales, aut partium resolutiones fiunt; si in loca quæ eas partes ambiunt fluxiones inciderint, & spiritibus exire nequeuntibus exaruerint. His adhibitis prius fomentis statim venam secare convenit, *& cætera adducta in Apoplexiæ curatione, ex Lib. de Acut. pag.* 383. 384. *& Articulo de Oris affectibus.*

Torpores & stupores præter consuetudinem evenientes adfuturam syderationem denunciant. *Coac.* 476.

Quibus ex vulnere capitis impotentia accidit, ii quidem febre citra rigorem oborta sani evadunt, alioqui dextra, [f] aut sinistra parte syderantur. *Coac.* 477.

In syderatis succedentes hæmorrhoides utiles; refrigerationes verò & torpores [g] malum denunciant. *Coac.* 478.

NOTÆ

plurimùm succedens nostro ævo familiarissimo, de qua post *Fernelium* fusè agit *Senertus.*

c Quapropter corrupto sanguine, *ex versione Marinelli.*

d Consule explicationem *Galeni.*

e Seu veram, comme uniter apoplexiam dictam, seu imperfectam vulgò paralysim dictam.

f Consule explicationem *Dureti.*

g Quod sint morbo tollendo impares materiæ secessus & adsit metus regressus humoris è nervis in ipsum cerebrum.

Paraplegia epidemica.

In hac temporis conditione ad hyemem partium resolutiones cœperunt, multosque invaserunt, ex quibus nonnulli celeriter [a] perierunt, mirè quippe grassabatur morbus. *Stat.* 3. *Lib.* 1. *Epid. pag.* 960. 961.

a Translata materia in cerebrum, unde lethalis forsisque apoplexia.

Paracynanche, supra *in Angina.*

Paronychia reduvia.

Ad reduviam, seu (*ex Marinello*) paronychiam, Galla nigra cum melle facit. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6. *pag.* 997.

Parotides, ad aures tubercula.

Quæ cum dolore exoriuntur ad aures tubercula

perniciem [a] minantur. *Coac.* 199. In febribus ex prægresso dolore ruborem ad aures subnascentes ignis sacri in [b] facie spem faciunt. Quin etiam convulsiones cum vocis privatione & virium exolutione ad hæc consequi [c] par est. *Coac.* 200.

In plurimis graveolentibus dejectionibus cum febre acuta, præcordiorum contentione ex longo intervallo oborta ad aures tubercula [d] mortem adferunt. *Coac.* 201. tubercula ad aures excitata in leviter [e] syderatis malo sunt. *Coac.* 202. *&* Lib. 1. *Prædict. sect.* 160.

In diuturnis [f] morbis non suppurantia aurium tubercula mortem adferunt. *Ex Initio Coac.* 203.

Tussiculæ quæ cum crebris oris sputationibus procedunt [g] parotides emolliunt. *Coac.* 204. *&* *Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 167.

In tumoribus ad aures, urinæ celeriter & pauco tempore concoctæ [h] damno sunt; quin & perfrigerari itidem malum est. *Coac.* 205.

In diuturnis [i] morbis suppuratæ parotides, nisi pus admodum album ac sine odore reddant, exitium adferunt; præcipuè [k] mulieribus. *Coac.* 206.

Ex acutis morbis in febribus ardentibus maxime parotides exoriuntur, ac nisi judicatoriè [l] solvantur & maturescant; aut sanguis è naribus profluxerit, aut crassum sedimentum urina acceperit ægros [m] interimunt. Prius verò hujusmodi [n] tumores subsidunt & conquiescunt, &c. *Coac.* 207.

Ex surditate [o] tubercula ad aures exoriri consentaneum, præsertim si anxietas quædam contingat. Quin etiam iis qui sopore detinentur, magis sperantur parotides. *Coac.* 209.

Hypochondriorum contentio [p] cum sopore & incontinenti corporis jactatione capitis dolore vexato parotides excitat. Ex hypochondriorum tumore biliosis spiratio magna & febris acuta parotides excitat. *Coac.* 289. *&* 290.

Angore & pervigilio vexatis abscessus eveniunt, seu (*ex Dureto*) fastidiosis, & vigilibus [q] parotides assurgunt.

NOTÆ.

a Tum doloris acerbitate, unde perennis generatio ichoris æruginosi, tum refluxu humoris in cerebrum & derivatione in pulmones. *Duretus.*

c Per expressionem biliosæ materiæ è jugularibus arteriis & cervicalibus venis amplioribus in angustiores faciei venulas ex iis productas.

c Tuncque in propinquo mors est. *Duretus.*

d Meritò quidem; symptomata enim hic descripta sunt consectaria ilei, quando ad ultima ventum est. *Duretus.*

e Ut omnes causæ judicatoriæ exiguæ.

f *Duretus* legit in acutis; sæpe enim in diuturnis affectibus innoxiè evanescunt, quod passim in pueris observamus.

g Liberali enim salivatione inflammatio faucium tabesque arcentur. *Duretus.*

h Etiam si benè suppurarint parotides, ut patebit mox in Historiis Cratisthonactæ & ancillæ fullonis.

i *Duretus* iterum vertit in acutis.

k Cur præcipuè mulieribus non explicat *Duretus.*

l Hæc sententia quæ brevius contrahitur. *Coac.* 138. favet *Dureto* in acutis potius quàm in diuturnis febribus periculosas parotidas censenti.

m Per excursum ad caput & recursum ad aures, unde acerbitas doloris, phrenitis, convulsio, interitus tandem.

n Funesto foris intrò refluxu. *Duretus.*

o Cum surditas & coma ferè pendeant à crasso & frigido humore æquum

Quibus febre judicatoriè desinente tumores ad aures in febribus cum dolore suborti, neque conquiescunt, neque suppurantur, eos biliosum profluvium, aut dysenteria, aut quod in urinis claris subsidet [r] liberat, quale quid Hermippo Clazomenio accidit. ***Lib. 1. Epid. Stat. 3.***

Quibus tubercula ad aures enascebantur, ea vigesimo die desinebant, sedata autem sunt iis omnibus quibus non [f] suppurarunt. Ad vesicam tamen se converterunt. Cratisthonactæ ad Heraclium decumbenti & Scymni fullonis ancillæ [t] suppurarunt & perierunt. ***Ibidem, pag. 965.***

Clazomenius vehementissima febre correptus per exordia, ex capitis vertice & lumbis dolere cœpit, confestim surditas invasit, neque somni aderant, præcordium in tumorem sublatum fuit, &c. Die quarto deliravit, quinto exasperata omnia, ad undecimum verò remiserunt. Alvus ab initio ad decimum quartum usque multa tenuia aquæ similia transmittebat, deinde alvus suppressa est. Urinæ per totum morbum tenues quidem, boni tamen coloris, cum disperso aliquo innatante. Ad decimum sextum paulò crassiores urinas reddidit cum pauco sedimento. Decimo septimo rursus tenues profluxerunt. Secundum utramque aurem tumor subortus est, somni non aderant, delirabat, crura dolebant. Vigesimo febre liberatus est, non sudavit, omnino ad intelligentiam rediit. Circa vigesimum septimum vehemens coxendicis dolor subortus statimque sedatus est. Parotides autem neque conquiescebant, neque suppurabant, sed dolebant. Ad trigesimum ex alvi profluvio, excrementa multa aquosa, dysenterica prodierunt, crassas urinas reddidit. Tubercula [v] conquieverunt. Circa quadragesimum verò oculi dextri dolor subortus est, hebetior visus fuit, constitit. ***Ex Historia 10. Lib. 1. Epid. Stat. 3.***

Aristæi uxoris frater ex via delassatus incaluit eique postea [x] terminthi in tibia coorti sunt, adfuit febris

est succedere parodites, quando per transitum indigenæ causæ oriuntur, ut notat *Duretus ad Coac. 6. cap. de Cephalalgia.* At cum hic concurrat anxietas, præstat Sententiam accipere de excursu humoris biliosi è ventriculo in cerebrum.

p Præcordiorum tensio denotat raptum humoris è visceribus in cerebrum, uti etiam respiratio magna ut nil sit mirum parotides inde excitari.

q Dum Scilicet biliosus humor vigiliarum parens in cerebrum sublatus exitum molitur per hæmorrhagiam quæ inchoat, nondum verò perfecta convertitur in parotides. *Duretus.*

r Non arbitremur ergò semper fore lethales non suppurantes parotides, inquit *Galenus* hic.

s, t Quemadmodum aliquando non suppurantes parotides habent salutarem exitum: sic sæpe suppurantes non liberant ægros, ut constat ex Cratisthonacte & ancilla fullonis seu pictoris, quod miratur *Galenus*, & accidisse existimat ob cruditatem materiæ contentæ in venis, itaque non sufficere coctionem in parte quapiam privata, toto morbo manente crudo. Notat *Duretus ad Coac. 29.*

v Communis Interpretum sententia ipsius Hippocratis authoritate comprobata fert Clazomenium evasisse è febre tot gravibus symptomatis stipata, quod parotidibus non suppuratis successerit alvi profluvium, urinæque crassæ prodierint.

bris continua, & postridie [y] sudor qui reliquis diebus paribus cum febre semper subortus est; præbebat autem [z] suspicionem lienis malè affecti, sanguis è [aa] nare sinistra crebrò fluxit, atque ita subinde judicatus est. Postridie secundùm aurem sinistram tumor, sequentique die etiam secundùm dextram subortus est. Hi omnes sensim conquieverunt, nec [bb] suppurarunt. *Lib.* 2. *Epid sect.* 2. *pag.* 982.

Nicolai uxori ex febre ardente ad aurem utramque exorta sunt tubercula unum post alterum. Cùm jam febris remittere videretur, velut tumor laxus, decimo quarto die valde citra ullam significationem conquievit, morbi reversio facta est, color cadaverosus erat, lingua aspera, densa admodum, subalbicans, siticulosa, alvi egestio copiosa, liquida, omni tempore malè olens. Ante [cc] obitum corpus egestionis copia consumptum est, ad vigesimum diem mortua est, *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1097.

NOTÆ.

x. y. z. aa Terminthi, nigræ scilicet pustulæ, sudoris diuturnitas, & naris sinistræ hæmorrhagia dabant suspicionem lienis affecti.

bb Innoxiè tamen ob salutarem crisim per hæmorrhagiã è directo affecti lienis.

cc Quem inevitabilem portendebant cadaverosus color & dejectionum liquidarum onmi tempore malè olentium conditio,

Parotides Epidemiæ salutares.

In Thaso statu austrino & ad siccitatem vergente, ante ver multis aurium tumores subnascebantur, qui in alteram partem vergebant, plerisque etiam in utramque, iisque febre vacuis & in erectum stantibus, nec decumbentibus, & si nonnullis paulisper increscerent. Omnibus absque noxa [a] extincti sunt, neque cuiquam velut ii qui alias sui ortus causas habebant, suppurationem fecerunt. Horum autem ea fuit natura, ut molles & laxi essent, magni, diffusi aut sparsi, sine inflammatione & dolore, omnibusque sensim & sine ulla significatione evanescerent: fiebant itaque quidem adolescentibus, [b] juvenibus, ætate florentibus, atque horum plurimis qui in Palæstra & Gymnasiis exercebantur, [c] mulieribus verò paucis contingebant. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 1. *pag.* 953. 954.

a. b Manifesta ratio salutaris exitus, quod scilicet sine febre prodierint parotides (quod nos passim observamus in pueris) fuerint que naturæ robore susceptæ in adolescentibus, ætateque florentibus cum tanta ferendi facilitate ut solita munia obambulantes peragerent.

c Quod has eruptiones foveret exercitium, cui minus deditæ mulieres, *Gal.*

Paroxysmus, supra *Accessio*,

Partes corporis, supra *Loci*.

Partium corporis consensus, infra *in Sympathia*.

Partus; *ejus varia* [a] *incertaque tempora*.

Quandiu fœtus in uteris manet, validior semper evadit, dum membranas decimo mense perrumpat, quando matri partus instat. Quod si vis quædam puerum contingat, etiam ante prefinitum tempus ruptis membranis foras procedit. Quinetiā si prius alimento deficiatur à matre ante tempus partio ingruit, & ante decimum mensem puer egreditur. At verò si quæ ultra decem menses gestare visæ sunt, quod sæpius audivi, hoc modo [b] fallūt. Cum uteri à ventre flatum suppeditante spiritu distenduutur & intumescunt; tunc mulieres se concepisse existimant. *Lib. de Nat. puer. pag.* 203.

Puer septimo mense natus certa ratione in lucem prodit,& vitalis est. Octavo autem mense natus nullus unquam [c] vixit, novem autem mensium & decem dierum fœtus editur, & vitalis est. *Lib. de Carnibus. pag.* 214.

Mulieribus de partu fides [d] adhibenda est, nam & omnia narrant semperque dicunt, & semper proferunt. Neque opere aut sermone cujusque se persuaderi, sed ex eo quod sibi contigisse norunt, proferunt & affirmant septimo mense & octavo, & nono, & decimo, & undecimo partus in lucem prodire, & ex his octavo [e] mense natos non esse vitales. *Lib. de Septim. partu. pag.* 217.

At verò quod ad partum octrimestrem attinet, fieri non posse assevero, ut duas continenter conse-

[a] Notant *Laurentius Lib.* 8. *Anatomiæ*, & *Mercurialis*, *Lib.* 2. *de Morb. mul.* ex Aristotele uni homini data à natura varia pariendi tempora, cum bruta constitutum aliquod tempus habeant. Canis quarto mense, equa nono, aut decimo; elephas secundo anno: attamen frequentius nono mense aut circa initium decimi parit mulier. Quando verò citius aut tardius parit, non existimatur hujusmodi partus naturalis, ut notat *Senertus*.

[b] Ut plutimùm sanè decipiuntur ipsæ, aliquando tamen ultra 10. & 11. menses uterum gestant, ut patebit infra.

[c] Si Ægyptum quam fœtifer Nilus alluit & Hispaniam in qua ob pariendi facilitatem & soli cœlique clementiam octrimestres partus vitales sunt excepeñis. *Laurentius*.

[d]. [e] At sæpe decipiuntur in numero mensium, ita ut existiment se parere octavo mense cum pariunt nono. Sunt enim quibus secundo post conceptum mense fluunt adhuc menstrua; unde putant se non concepisse, cum tamen conceperint. Sed & errant quæ putant non concepisse nisi siccus sit uterus, &

quentes affectiones pueri perferant, ideóque eos qui octavo mense nascuntur minimè vitales esse. His enim accidit ut ea quæ in utero est, & ea quæ in partu fit afflictione consequenter laborent; propterea nullus octrimestris est superstes. *Initio Lib. de Octrimestri partu. pag.* 220.

Quin & decimestes nuncupatos, septem dierum quadragenariis potissimùm in lumen edi sentio, maximéque ut educantur convenire. *Ibidem.*

Decimestres autem & [f] undecimestres partus septem quadragenariis eduntur eodem modo quo & dimidio anno septimestres. *Ibidem. pag.* 222.

nisi totum retineatur semen, cum uterus non trahat, nisi quantum valet aut debet. Itaque probabile sextum pro septimo, octavum pro nono ab iis numerari. *Laurentius.*

f Prostant apud *Schenkium* observationes eorum qui 12. 13. 14. 15. mense ad biennium usque nati sunt vitales; verùm etiam eorum qui quinto & sexto feliciter nati.

Partus instantis signa.

Quando mulieri partus instat, tum se [a] movente puero & manibus ac pedibus se jactante, membranam quandam internam abrumpi contingit, qua rupta cæteræ imbecilliores fiunt, primúmque rumpuntur quæ illum contingunt, deinde postrema. Ruptis autem membranis tum fœtus vinculo exolvitur & agitatus foras prodit. Neque enim laxatis membranis quicquam amplius virium habet, neque uteri amplius fœtum continere possunt. Cum verò puer prodit, utero dilatato qui mollis est, sibi viam aperit, & in caput fertur, si secundùm [b] naturam extiterit. Gravissimæ sunt superiores partes & ex umbilico libratæ. Quandiu autem in uteris manet validior semper evadit dum membranas decimo mense perrumpat, quando matri partus instat. *Lib. de Nat. puer. pag.* 202. 203.

Quibus partus feliciter successurus est, [c] inflammationes tum fœtus tum matris [d] dissolvuntur, adeò ut venter emolliatur, tumórque ex præcordiis & laterum inanitate in loca inferiora discedat ad [e] aptam conversionem quæ facilem partus progressionem faciat. *Lib. de Septim. partu. pag.* 217.

Mulier ubi partui vicina est, crebrum spiritum emittit, sique purgatio incipiat, venter plenus est,

a At non solius pueri uberius alimentum quærentis contentione fit partio, sed & fœtæ grandiore fœtu sese liberare studentis. *Ex eod. Laurentio.*

b Itaque qui in pedes se offerunt Agrippæ dicti sūt censendi contra naturam prodire.

c. d Subsidunt nimirum sen inflammationes seu inflationes, fœtus & fœtæ.

e Hanc conversionem vocant obstetrices *la Culbute, ou déplacement.*

& à calore urgetur. Tum verò crebrum ſpiritum po-tiſſimùm educit, præcipuéque lumborum dolore affligitur, quod lumbi à fœtu collidantur. Toto verò intermedio tempore oris ventriculi dolore [f] affligitur, &c. *Lib. 1. de Morb. mul. pag.* 651.

Quæ in partu oris ventriculi dolorem antea ſenſere, paulò poſt pariunt. *Coac.* 547.

Partus facilioris difficilioris-ve ſigna.

In muliebribus purgamentis, quæ ante [a] partum aquoſa prodeunt, malum denunciant. *Coac.* 513. Erumpentia ante partum aquoſa mala. *Coac.* 536. Quædam partus purgamenta ante fœtum emittunt, ex [b] quo partionem ſiccam & laborioſam fore neceſſariò cognoſcas, &c. *Lib. de Fœtus mortui exectione. pag.* 930.

Quæ ante partum in [c] modum choleræ morbi affliguntur, faciles [d] quidem partus edunt. Febre autem tentatæ [e] malignè habent, præcipuè ſiquid fauces vexet, aut in febre quid appareat malignum. *Coac.* 535.

Ante [f] partum ſubinde rigore [g] corripi & citra dolorem [h] parere periculum [i] indicat. *Coac.* 538.

Quæ ex partionibus contingunt [k] exolutiones cum torpore moleſtiam quidem exhibẽt & mentem [l] emovent, nullam tamen perniciem inferunt; verùm etiam purgamentorum muliebrium copiam denunciant. *Coac.* 546.

Ex puerperii purgamentis præcipuè laborant quæ primos partus experiuntur, eo quòd doloribus non aſſueverint, & totum quidem corpus dolor occupat, præcipuè lumbos & [m] coxendices, quæ ipſis diducuntur. Quæ verò partus magis [n] expertæ ſunt, minores dolores ſentiunt. Quæ verò multoties pepererunt, omnium minimè. *Lib. de Nat. puer. pag.* 205.

Mulier prægnans ſi venerem non [o] exerceat, partus faciliùs purgabitur. *Lib. de Superfœtatione. pag.* 225. Si parturienti ante fœtum multus ſanguinolentus citra dolorem

---

f A fœtu ipſo qui tota graviditate velut ſedendo in alvo delituit, nunc verò in partu ſe extendit, in caputque procedẽs os ventriculi materni exquiſitiſſimi ſenſus impetit. *Duret.*

a Diebus ſcilicet aliquot ante partum cum debeant aſſervari quò uſque partus ſit in procinctu.

b Tum fœtui qui ſuſpenditur præruptis aquis quibus ſuſtinebatur, tum fœtæ ob difficilem partionem ex locorum ſiccitate. *Duretus.*

c In modum quidem, ita tamen ut non ſit vera cholera quæ citò utero gerentem conficeret.

d Excuſſo fœtu ab hujuſmodi irritatione inteſtinorum quæ communicatur ipſi utero.

e Hæc enim febris ab humorum feritate orta graviſſima mala infert.

f Dum adeſt proritatio nauſeabunda, quæ fauces vexat. *Duretus.*

g Hujuſmodi rigor prorepit è lumbis per dorſum ad caput ob bilioſam cacochymiam è vaſis lumbaribus expreſſam.

h Ita ut non ſentiatur dolor in cauſa dolorifica admodum rigore ſcilicet.

i Significatur enim delirium. *Duretus.*

k Quæ conſiſtant in ſola difficultate movendi, & convertendi ſe hinc inde.

l Tantiſper ob elatos in cerebrum ſuppreſſi ſanguinis fumos, donec ipſe remeans verſus uterum, co-

dolorem fluxus contingat, periculum est ne fœtus mortuus exeat, aut minimè vitalis sit. *Ibidem.*

Mulieri ex partu convulsione tentatæ, si febris succedat, [p] bono est. *Lib. 1. de Morb pag.* 433.

o Sola enim mulier in graviditate venerem exercet, fastidiunt bruta, unde Juliæ celebre responsum; ideò ab iis respui venerem quod sint bruta.

p Hujusmodi enim febris, fugax cum sit, discutit materiam convulsificam.

piosè excernatur. *Duretus.*

m. n His enim partibus connectuntur superiora ligamenta uteri nondum assueta hujusmodi diductioni.

Partus difficultas popularis.

Plurimæ difficulter partum ediderunt, atque à partu insuper laborarunt, ipsæque potissimum obierunt, ut Cleobuli filia, quæ sexto à partu die interiit. *Lib. 1. Epid. Stat. 3. pag. 962.*

Junge Aphorismum adductum Articulo de *Abortione populari.*

Partus auxilia.

Mulier quæ uterinis molestatur, aut difficulter parit, sternutatio superveniens, [a] bonum. *Aph. 35. sect. 5.*

Concutiendum maximè simul ac partionis dolores urgent, idque per intervalla, & suspensa in lecto continenda puerpera. Cerato autem liquido prius illinere oportet. Id autem in omnibus hujusmodi circa uterum affectionibus est optimum. Et malvæ ac fœnugræci decoctum ad perfundendum, aut potius ptisanæ triticeæ cremor. Fovere etiam sedem & pudendum ad inguina usque oportet; & [b] insessus parandi; idque maximè cùm vehementes parturiendi labores urgebunt, nihilque aliud animo agitandum. Eam verò quæ medicas manus adhibet oscula emollientibus dilatare oportet, idque sensim facere. Umbilicum verò unà cum fœtu extrahere. Qui verò conduplicantur fœtus & in uterorum osculo incumbunt eos sive vivos, sive mortuos retrò [c] protrusos iterum vertere oportet, ut in caput prodeant. *Lib. 1. de Morb. mul. pag.* 672.

Si quæ in partu est, sicca fuerit, [d] oleum biben-

a Quod vehementi quassatione & jactatione partim naturam excitet, partim fœtus involucra utero tenacius impacta excutiat, qua ratione etiam singultum sanat. *Galen.*

b Desuevit nostro ævo semicupii usus in ipso partu, at sicciotibus adhibetur circa finem noni mensis, iisque etiam propinatur quotidie manè per 8. aut 10. dies ℥ una olei amygdalini cum aqua parietariæ. *Guillemeus.*

c Indita manu oleo illita, resectis etiam unguibus.

d Præsertim amygdalis

dum, & loci oleo calido & malvæ decocto calido perfundendi; & cerato liquido illinendi, adipe etiam anserino cum oleo infuso. Sin autem parere [e] nequeat, resinam, aut cuminum, aut pini corticem ad suffitum exhibeto. *Ibidem. pag.* 651. Si Dictamnum Creticum habeas ipsum propinato, sin minus Castoreum vino Chio incoctum. *Lib. de Fœtus exectione. pag.* 929. Lauri radicem derasam, aut baccas ad dimidium concalefactas ex aqua [f] potui exhibeto. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 680.

Quod si prægnans partus doloribus pluribus diebus discrucietur, sit juvenis, ætate florens, sanguineque redundet, venas in malleolis secare [g] oportet, & virium ratione habita sanguinem detrahere. Post hæc calente corticis lauri decocto lavare, filicis etiam quernæ radicem ex vino tritam propinare, Adianthum tritum aut Mercurialem tritam, Artemisiam similiter tritam ex lana supponere. Carptim. *Ibidem. pag.* 681.

Parturientis Liberatio à secundinis.

Cum mulier pepererit, neque secundinis est liberata, ea dare præstiterit, [a] ex quibus puerperii purgamenta potissimùm expurgantur. Allia cocta aut assa, ex vino & oleo cum parvis polypis & sepiolis. Castoreum aut nardum bibat. Ruta etiam jejunæ ex vino nigro dulci bibenda, aut sine vino. Quòd si vinum dulce desit, mel admiscere commodius. Brassicam unà cum Mercuriali & ruta decoctam assumat. Et ex seminibus utero dicatis aliquod bibat. At si puerperia in grumos concrescant, & dolor in infimo ventre oboriatur, porra cocta exhibeto. Tertio etiam quoque die cœlo clementiore lavandum; iis enim frigus est adversum. Post balneum autem, inungere, neque multa calida uti. Si secundinæ statim à partu non discesserint; imi ventris dolores in lateris [b] inanitate suboriuntur, & rigores ac febres. Quod si exierint mulier sanescit, plerumque verò [c] putrescunt. Sexto

NOTÆ.

...num recens sine igne extractum, modò purum modò cum syrupo capillariæ & vino.

e Sunt qui in ipsa parturigine injiciunt clysterem ex decocto malvæ, althææ, parietariæ, verbasci chamen. artemisiæ addito saccharo, oleo, & sale communi ad ℥. ß. Unde succedat partio prompta. *Heurnius ad Aph.* 33. *sect.* 5.

f Potest etiam dehiberi crocus solus ad grana 6. 8. 10. singulis horis cum jusculo, vitello ovi, aut modico vino.

g Recentiores hoc admittunt auxilium in plethoricis, ad laxandas vias sanguinis multitudine oppressas, quemadmodum in dolore nephritico, ex hoc remedio succedit sæpe mira calculorum exclusio. *Rivierius.*

a *Heurnius ad Aphor.* 49. *sect.* 5. ait se liberasse plurimas hoc pulvere. Recipe cinnam. electi drach 2. semi; myrrhæ optim. scrupulos duos; succini candidi drach. 1. semi. rubiæ tinctorum, castor. ana, scrupul. unum boracis; recipe croci grana quinque, misce, fiat pulvis subtilissimus; capiat drachmam unã ex vino adjecto saccharo. Monet idem *Heurnius* ne unquam obsterrix dimoveat digitum ab interiore uteri ore, dum enim à digito irritatur, id rectum manet; at sæpe hac irritatione excluditur secundina.

b Cum subsistunt secundinæ vel fundo uteri ad-

tamen aut septimo die, aut etiam posterius exeunt. Omnibus autem exhibere præstat artemisiam, dictamnum, & albæ violæ flores, tum agni casti folia, &c. At si mulieri partus involucrum relictum fuerit, id hoc modo contingit. Si vi [d] abruptus umbilicus fuerit, aut si per imprudentiam ejus quæ umbilicum secat, priusquam fœtus involucrum ex uteris prodierit, sectus fuerit, uterique secundas nimirùm lubricas & madentes sursum attrahunt, & arctissimè complectuntur. Fœtus enim involucrum ex puelli umbilico protenditur, & ex uteris exit postremus umbilicus. Si enim priore loco exiret, non utique per ipsum ad puellum alimentum permearet, cum ex eo propendeat. Cum verò quæ prægnans est fœtum menstruum aut bimestrem corrumpat, & secundinæ prodire nequeant, ipsa autem extenuata sit, hujus corpus sanè purgare, & opimum reddere oportet: neque enim putrefacti fœtus exeunt, nisi uteri robusti & benè compacti fuerint. Si mulieri fœtus involucrum intus remanserit, nisi uteri amplo ore fuerint, parcior quàm conveniat purgatio prodit; venter durus evadit, frigus detinet, & febris acuta, dolor totum corpus, præcipuè verò ventris partem umbilico inferiorem occupat, pondusque in uteris, ac tormina non aliter quàm fœtu existente sentiuntur. Diligenti tamen cura adhibita, brevi [e] putrefactum fœtus involucrum exit, sanáque evadit. Carptim *ex Lib. 1. de Morb. mul. pag. 659. 660.*

Mulieri quæ uterinis molestatur, aut difficulter parit, [f] sternutatio superveniens bonum. Ut secundinæ procidant sternutatorio indito, nares & os apprehendito. *Aph. 35. & 49. sect. 5.*

hærent, vel si ab eo liberæ sint, aliis ejus partibus instat pilæ connectuntur. *Senertus Lib. 4. Practica.*

c Docet idem *Senertus* si copiosa sanies ex utero fluat semper adesse secundinas putrefactas, vel consumptas sexagesimo die elapsuras.

d Caveat igitur obstetrix ne validè trahat umbilicalia vasa, tenerrimis enim secundinis facilè avelluntur. *Heurnius ad dictum Aph.*

e Itaque si neque manus opera, neque medicamentis expelli potuerit secundina, injiciuntur communi medentium calculo suppurantia remedia.

f Quam irritant pulveres sinapi, piperis, castorei, pyretri, maximeque euphorbii.

Partus fœtus mortui.

Si cui puer immoriatur in utero, neque exeat [a] cùm humectus fuerit uterus, sed cum nullum amplius humorem contineat iis siccescat. Primùm quidem puer

a Eodem scilicet impetu quo eruperunt aquosa,

intumescit[b], deinde colliquatæ[c] & putrefactæ carnes foras effluunt, postremo loco[d] ossa prodeunt, fluorque[e] aliquando eam prehendit, nisi prius[f] immoriatur. Mortuum fœtum tum aliis signis conjicere licet, tum etiam jubere oportet ut modò quidem in dextrum latus, modò in sinistrum etiam convertatur. Delabitur enim fœtus in utero quocunque se vertat mulier veluti saxum, & pectinem[g] frigidum mulier habet. Quòd si viuat fœtus pecten calidus est, & totus quidem venter unà cum reliquo corpore concidit, nihilque in eo absque reliquo corpore dilabitur. *Lib. de Superfœtatione. pag.* 224. 225.

Quibus mortuis aut crus aut brachium foras prominet, hæc optimum fuerit, si possit, intrò retundere, & in caput convertere; sin minus, sed intumescunt ad hunc modum[h] secato. Caput gladiolo[i] dissectum,[k] instrumento quod confringat (*πιέσρον* vocant) comminuito; officula per volsellam extrahito; deinde brachia cum humeris ad articulos secato; pectus ad jugulum dissecato, ventrem flatibus distentum perforato, &c. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 673.

Cum fœtus ex frigore mortuus computruerit, si ventus frigidus[l] fuerit, crocum leniter tritum drachmæ pondere ex anserino adipe in uterum infundito, ibique diutissimè finito. *Ibidem. pag.* 685. Ubi plura.

Larissæa mulier prægnans decimo mense copiosum sanguinem 14. diebus demisit, plurimúmque tribus diebus ante quam fœtus ederetur. Decimo quarto puer mortuus excidit utero, cujus brachium dexterum lateri adhærescebat. Tertio die noctu eadem hora qua puer prodiit, secundinæ & purgamenta[m] alba deciderunt, ac deinceps tribus diebus ac noctibus multa[n] prodierunt. Post hec biduo febris tenuit, doloreque totum ventrem, & coxendices, feréque imum ventrem vexavit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1040.

NOTÆ.

b A putredinoso calore qui evocat & distrahit varias partes, & ex iis flatum generat.

c In saniem & tabum versæ.

d Aliquando post plures annos à fœtus interitu. *Ex Observ. Schenkii.*

e Modò uterinus, modò alvinus, modò utroque simul.

f Mortem autem prænunciant convulsio, tremor, lethargus, pulsus debilis.

g Ex contagione & consortio locellorum muliebrium cum fœtu in tabum frigidum facessente.

h. i. k Nisi spes sit posse servari mulierem, non tentanda hujusmodi operatio quam chirurgi nostri à Carolo Stephano primùm moniti nunc sola manu quotidie feliciter suscipiunt derelictis ferramentis.

l Ventus hujusmodi frigidus ex uteri cervice manans certissimum demortui fœtus signum.

m, n Quòd purgamenta prodierint, tum alba, tum multa, & nullum perniciosum adeò symptoma febri adjungatur conjicimus sanatam fuisse puerperam.

Partus purgamenta. [a] *Lochia.*

Purgatio fit à partu iis quidem quæ fœminam ſuſceperunt 42. [b] diebus, eaque ut longiſſima ſic perfectiſſima eſt: extra tamen periculum fuerit, ſi 25. diebus purgentur. In maſculo verò partu purgatio diebus 30. conſiſtit, ſicque ut longiſſima ſic perfectiſſima eſt. Citra tamen periculum 20. diebus abſolvitur; quin & juniores [c] paucioribus diebus, ſeniores verò pluribus repurgantur, &c. *Lib. de Nat. puer. pag.* 192. *&* 1. *de Morb. mul. pag.* 674.

Si ex partu non purgetur venter [d] intumeſcit, lien & crura, febris detinet, rigor corripit, dolores ad lumbos irrumpunt; interdúmque etiam ad viſcera, & perfrigeratur & febris detinet, rigor corripit, pulſuſque debiles ſunt, interdum etiam [e] acuti, modò elati, modò deficientes. Hæc ineunte morbo patitur. Procedente autem tempore cavæ faciei [f] partes rubeſcunt. Quibus ita habentibus cibos leves exhibeto, & ſi quidem turgeat, medicamentum per inferiora purgans exhibeto; ſi biliosa fuerit, quod bilem, ſin autem pituitoſa quod pituitam. Poſt hoc uteris fomentum ex odoratis adhibendum, & interdum emolliens in ſubdititio apponendum. At ſi duro corpore fuerit, oſculum per totum diem fovendum, & emollientia ſupponenda; deinde calida lavandum, & fiſtulæ plumbeæ imponendæ, &c. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 654.

Si mulieri paulò pauciora quàm conveniat puerperii purgamenta ferantur, tanquam anguſtiore uterorum oſculo, iiſque perverſis, aut aliqua pudendi parte ab inflammatione connivente mulier [g] graviter febricitat, oris ventriculi morſu, & totius corporis dolore vexatur, & præ angore loco ſtare neſcit. Ad brachiorum, crurum, & lumborum articulos dolor ingruit, iſque loca quæ ſunt circa cervicem & ſpinam infeſtabit, & nonnulla corporis membra ad motum

a Lochia ſunt expurgationes rerum alienarum graviditatis tempore collectarum, appoſito quidem fœtui ſanguine utiliori, ſuperſtite verò in venis utero proximis, inutili qui antea per menſtrua expurgabatur.

b Huc pertinet lex à Moſe ſancita, ut mulier ſe contineat in puerperio per 40. dies.

c Viragines expurgantur diebus 16. mediocriter habitæ 24. Molliſſimæ 40. *Duretus ad Coac.* 510.

d Non rarò iis etiam intumeſcunt facies & oculi.

e Acutior etiam & elatior pulſus ex intervallis, modò etiam debilis & deficiens, cauſis adverſis præſentibus iiſdemque commutatis, *ex Mauritio Cordæo.*

f Partes infra Zygoma ſitæ rubore ſuffunduntur ab elevatione vaporum. *Ex eodem Cordæo.*

g Ob putredinem malignitatemque ſuppreſſæ vacuationis, vel ob præſentem locorum inflammationem.

[h] impotentia reddentur. Quin etiam & [i] claudicant. *Ibidem*. Carptim. *pag*. 655. 656.

Si verò puerperii purgatio ad caput irruat, thoracem, & pulmonem, confestim [k] moriuntur, plerumque si fluxio illic detineatur. At si per os [l] & nares probè prodeat, incolumis evadit. Quòd si morbus paulò diuturnior reddatur, eadem utique mulieri fiunt, quæ de virgine [m] sunt commemorata, cujus menses primùm comparuerint, deinde ad superiora cum impetu prosilierint. Sed mulier diutius superat quàm virgo, eique affectiones leviores erunt, quoad pulmo purulentus evadat, &c. Quod si purgatio sursum impetu delata per os non exeat, neque ad pulmonem vertatur, ei ad faciem [n] puerperia divertent quæ admodum rubicunda erit, caput ingravescet, nec citra dolorem dimovebitur; oculi rubicundi erunt, & ex ipsis sanguis valde tenuis [o] effluet, qui si effundatur, hoc modo diuturnior fit morbus, &c. *Ibidem. pag*. 657. 658.

Atque hæc quidem de morbis ex puerperiorum purgamentis obortis dicta sunt; in quibus parva non insunt pericula. Acuti enim sunt & qui citò [p] transmutantur, graviusque [q] affligunt primiparas quàm quæ jam partionem expertæ: feruntur autem primùm Atticæ heminæ & dimidiæ mensura aut paulò copiosiora, deinde pauciora quoad desinant. *Ibidem. pag*. 674. & *Lib. de Nat. puer. pag*. 192.

Quæ ex partu & ab ortu copiosa celeriter cum impetu [r] feruntur, si subsistant, molestiam exhibent. Hujusmodi mulieribus rigor [s] inimicus, & alvi perturbatio, præcipuè si hypochondriorum dolore vexentur. *Coac*. 516.

Quibus à partu [t] alba prodeunt & his subsistentibus surditas cum febre & lateris dolor acutus excitatur & in vehementem & perniciosam [u] mentis emotionem incidunt. *Coac*. 525. & *Lib. Prædictor. sect*. 80.

Quod si mulier à partu amplius quàm par sit purgata fuerit (dum scilicet uteri lato ore sunt, aut venæ

NOTÆ.

h Translata materiæ parte in nervos.

i Secedente etiam prædicti humoris parte in vicinam coxam.

k Dum fiunt in capite lethargus, phrenitis, convulsio; in thorace verò & pulmone pleuritis & peripneumonia.

l Ex ore ad thoracis pulmonisque liberationem, ex naribus ad cerebri expurgationem.

m Supra à nobis adducta Articulo de Mensium suppressione & miris exinde symptomatis.

n Ephelidibus scilicet subortis, de quibus supra in Facie.

o Seu in propria forma nec immutatus effluat per diapedesin, cujus exempla profert *Schenkius*, seu in pus conversus ut in Ophtalmia humida.

p Rarus est enim casus mulieris in Thaso dicumbentis adductus infra, quæ tandem periit octogesimo die.

q Siquidem uteri consuetudo in sustinendo fœtu tolerabiliorem reddit lochiorum suppressionem.

r Cumulatè prorumpunt meatuum amplitudine sanguinis jamdudum collecti gargarysmo & forti contentione naturæ se liberantis. *Duretus*.

s Denotat enim metastasim in diaphragma vel caput. *Ex eodem Dureto*.

t Eadem ratio de biliosis & sanguine cunctando corrupto.

u Proritato primùm cerebro ab effera bile flava

quędam violento partu disruptæ) eam levis febris & rigor prehendit, colorque toto corpore nonnunquam etiam horror, & cibi fastidium, & in [x] totum execrabitur, extenuabitur, debilis erit, & virore pallescet, intumescet, & cibos aversabitur. Si quid autem comedit aut bibit non concoquit. Quibusdam etiam alvus & vesica cum impetu effunditur, & horror magis detinet. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 656.

cujus in atram facilis est mutatio. *Duretus.*

x Et omnino abominabitur. *Ex versione Marinelli.*

Quæ in Thaso ad frigidum decumbebat, ubi filiam enixa est, nec purgationes irent, eam tertio die febris acuta cum [y] horroris sensu corripuit, &c. octogesimo die expiravit. Hujus urinæ perpetuò nigræ erant, tenues & dilutæ. Cibos non sumebat, animum despondebat, pervigil, iracunda, implacida, mens atra bile tentabatur. Carptim. *Ex Historia secunda Ægrorum sexdecim. Lib.* 3. *Epid.*

y Horror iste seu rigor mulieribus oritur à lumbis, inde prorepit per dorsum ad caput tum cacochymia exprimitur è venis. *Duretus ad Coac.* 4. *cap. de Morb. mul.*

Mulierem in Cizico gemellas laboriosè enixam cum non satis lochia processissent, primùm quidem febris corripuit horroris sensu insignis. Inter initia insomnis erat, [z] taciturna, tetrico & superciliosо vultu. Alvus inordinatè turbabatur. Urinæ tenues, nigræ, oleosæ. Decimo quarto die convulsionibus tentata est, extrema erant frigida; neque amplius ad mentem rediit. Urinæ restiterunt. Decimo sexto voce defecta est. Decimo septimo pleuritide periit. *Ibidem. Ex Historia.* 14.

z Taciturna & tetrica apparebat ob anadromen lochiorum ad caput, quæ cum sint atrabilaria silentium afferebant. *Gal.*

Puerperii graviora alia symptomata.

Si ex partu os uteri exulceratum fuerit, rosarum florem trium vino maceratum ex leporinis pilis subter apponito & acerbis colluito. *Lib. de Nat. mul. pag.* 622. Si puerperæ pudendum aliqua parte obturatum fuerit, & ubi in partu per vim egresso puero, exulceratum fuerit, quod contingit, superficiario ulceri simile, valdeque inflammatur, & labra ex inflammatione in se concidunt mutuoque [a] cohærent, fit autem refrigeratio & ambo labra connivent quæ pur-

a Phymosim vocant, unde sterilitas aut laboriosissimus deinceps partus fit

gationis reliquias constringunt, quod si purgatio prodeat, ulcera non calescunt, &c. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 656. 657.

Si à partu alvi profluvium corripiat, uvam passam nigram & mali punici [b] granula terere oportet, iisque vino dulci dilutis utitor, caseo caprino deraso & polenta triticea torrefacta aspersa, hæc probè temperata exhibeto. *Ibidem. pag.* 658. Quæ per alvum secedunt, biliosa sunt & graveolentia, ac nisi sistatur, derepente perit. *Ibidem. pag.* 661.

Si ex partu uteri inflammationem conceperint, febris [c] levis corpus detinet, & oculorum caligo adest. Ventrem verò nunquam incendium deserit, siti & coxendicis dolore vexatur; imus venter vehementer intumescit, & alvus turbatur, dejectio mala est [d] & graveolens, vehemens febris invadit, cibi fastidium detinet; & ad [e] synciput dolor pertingit; neque ventriculi stomachus potus & cibos attrahere neque concoquere potest; & nisi confestim curentur plurimæ pereunt. *Ibidem. pag.* 660. Ubi plura ad curationem pertinentia.

Si ex partu dolor est, resinam terebinthinam, mel & vinum tepidum sorbitione exhibeto, &c. *Ibidem.*

Mulieri ex partu convulsione tentata febris succedens [f] bono est. *Lib.* 1. *de Morb. mul.*

Mulieribus judicationes ex partu [g] contingunt. *Lib. Prædictorum. pag.* 54.

Epicratis uxor cum partus instaret vehementi rigore correpta est. Tertio die filiam peperit. Altero à partu die eam febris acuta prehendit cum oris ventriculi & locorum muliebrium dolore; capitis etiam, cervicis ac lumborum, siti, pervigilio, oleosis urinis, aliisque symptomatis è quibus octogesimò judicatione prorsus absoluta est. *Lib.* 1. *Epid. sect.* 3. *Ægro* 5. *suppurante.*

Eromeadæ conjux postquam filiam peperisset, cæteraque ritè & ex ordine procederent, postridie correpta fuit, rigor cum febre, præcordii dolore, cibi fa-

---

cui chirurgia sit succurrendum.

b Nota statim usum Hippocratem alimentis, quæ roborant & adstringunt, quæ in hujusmodi impuritate usurpare nobis foret religio.

c Levis quidèm per initia; at quæ vires statim acquirit eundo ut patet ex symptomatis sequentibus.

d Seu quod resudet sanies ex utero in intestinum, seu quod labefactata fuerit naturalis œconomia alvi ex sympathia vicini uteri.

e Quod maximè affici ex sympathia uteri docet *Gal. Lib.* 1. *Epid. Comment.* 3. *text.* 2.

f Intellige de febre leviori, quæ prius non adfuerit, quæ superveniens materiam convulsionis mitigat, dissolvit, & excernit. *Heurnius ad Aph.* 26. *sect.* 2.

g Vulgus Interpretum cũ *Galeno* vult supputationem dierum faciendam esse in puerperis non à die qua febris supervenit, sed ab ipso partu. At contrarium docet *Martianus* ex ipso Hippocrate hic in Epicratis & Eromeadæ uxoribus à die febris non à die partus; de qua difficultate consule *Laurentium Lib.* 2. *de Crisibus cap.* 7.

b fastidio, horrore, inquietudine, vigiliis, sanguinis stillicidio, urinis oleosis, &c. Sexto die obiit celeriter, convulsionibus à capite subortis. *Ibidem. Historia undecima.*

Stycmargi ancilla à partu uteri osculum convolutum habuit, in coxendicem ac tibiam dolor firmatus est, secta ad malleolum vena convaluit, & si totum corpus tremores [h] occupabant. *Lib 2. Epid. sect. 4.*

Quæ in Mendacium foro decumbebat, tum primum laboriosè marem enixa; igne idest febre vehementi correpta est, statim per exordia sitibunda, stomachi fastidio, & o[illegible] ventriculi dolore laborabat, frequentes adfuere toto morbi decursu rigores; duodecimo multa nigra fœtida vomuit, singultus multus adfuit, & sitis molesta. Decimo tertio die rigore correpta est. Nigra, graveolentia multa vomitione effudit. Decimo quarto sanguis naribus effluxit; obiit: huic toto morbo alvus [i] lubrica, & horroris sensus adfuit; ætatis erat annorum 17. Carptim. *Ex Historia ultima. sect. 2. Lib. 3. Epid.*

h A refluo sanguine ex muliebribus locis in nervos.

i Collige ex hoc aliisque Hippocratis locis frequentes rigores, tum alvi profluvia ferè exitum portendere puerperis.

Passiones, supra *Animi pathemata.*

Pastilli, [a] *Trochisci.*

[Horum conficiendorum rationem inveniet tyro. *Lib. 1. de Morb. mul.* Ex rosis, cinnamomo, cassia, lævigatis & metopo incorporatis. *pag. 661.*]

a Trochisci nomen ab efformationis figura deductum. Fingitur enim in orbiculos, unde etiam Cycliscus nominatur. *Gorreus.*

[a] *Pastinaca piscis.*

Torpedinem edat, squatinam, rajam, galeum, pastinacam. *Lib. de Intern. affectib. pag. 559. in tertia Tabis specie.*

a Radium habet venenata vulnera infligentem instar torpedinis; hujus suavem & mollem esse carnem tradit *Galenus*: at *Rondeletius Cardanusque*, ut ferinam improbant.

Patella piscis, supra *inter Conchylia.*

Pauca. Paucorum ratio.

Quæ parva [a] copia apparent velut stillæ sanguinis,

a. b. c Omnibus adductis hic evacuationibus ratio

urinæ, vomitiones, & dejectiones, malum [b] quidem denunciant. Pessimum verò si frequentibus intervallis se [c] consequantur. *Coac.* 600. In pulmonum inflammationibus siccis qui pauca concocta expuunt, metuendi sunt. *Coac.* 416.

communis, quòd nil paucum sit criticum. Sed cum semper id sit malum, tum maximè si sit crebrò repetitum, unde naturæ imbecillitas in summa excernendi necessitate oppressæ declaratur.

Pecten; *pectunculus*, supra *inter Conchylia*.

Pecten; [a] *pubes*.

Si sanguinem mingant, &c. Et dolor in imum incidat ventrem, & pectinem, & [b] fœmen, circa vesicam labor est. Carptim *ex Aph.* 80. *sect.* 4. *infra adducendo in Sanguinis mictione.*

a Locus infimi ventris cui innascuntur pili, subjicitur verò vesica. *Gorreus.*

b Perinœum vulgò, interfœmineum etiam.

Pectus, [a] *Thorax*; [b] *Sternum*.

Frigida pectori inimica. *Aph.* 24. *sect.* 5. Adducto & explicato in Articulo de Frigido. Pectoris dolores auget Aquilonia constitutio. *Aph.* 17. *sect.* 6. Hyeme dolores pectoris fiunt. *Ibidem. Aph.* 23.

Dolor in pectore fixus cum [c] torpore suborta febre malum indicat, iique celerrimè [d] pereunt. *Coac.* 315. *& Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 70.

Qui in pectore dolorem sentiunt, & temporis tractu [e] extenuantur, tussi & difficultate spirandi conflictantur. Si neque [f] febres prehendant, neque suppurationes succedant, ex iis percontari oportet, si dum tussiunt & difficulter spirant, num etiam concretum quiddam & modicè olens tussi rejiciant. *Lib.* 2. *Prædictor. pag.* 97.

Pectora rubris [g] maculis aspersa in peripneumoniis siccis mortem subesse testantur. *Coac.* 417. *Ex Dureti versione.*

Ex omni corpore potissimùm circa thoracem sensus inest, colorumque mutationes contingunt, hoc venas constringente & laxante, *& cætera, supra Articulo de Colore.*

a Notat *Gorreus* ex Hippocrate & Aristotele thoracem seu pectus dictum quondam de trunco totius corporis inter alas & inguina extensos restrictum verò à *Galeno* ad eam partem, quæ collo subjecta utrinque costis clauditur.

b Sternum autem accipitur de sola parte anteriore pectoris.

c. d Intelligit *Duretus* dolorem sterni inflammatorium, cui accedens torpor interitum portendit, quod sit contra naturam inflammationis.

e Videtur hæc Sententia pertinere ad tabidos ex ferino catarrho in pulmones.

f Acutæ scilicet.

g Rubris quidem sed minimè tuberosis ab expressione seri, cujus copia distentus sit pulmo & pene oppressus, unde salutis desperatio significatur, non secus ac dum pulmo strepitum edit ob cohibitam materiam quam excernere nequit, *Duretus.*

Pectoris & dorsi ruptio, infra *in Ruptione.*

Pectoris, seu Thoracis vulnera.

Billo in dorsum vulnerato spiritus [a] multus cum strepitu ex vulnere prodiit, & sanguis multus prorupit; adhibitis tamen cenemis medicamentis curatus est. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1055.

Vulnere in thoracem accepto, siquidem externa vulneris pars sanitatem receperit; [b] interna verò nequaquam, suppurationis [c] periculum impendet. *Coac.* 430.

Mors subit, si in arteriam & [d] pulmonem insignes valde plagæ inflictæ sint. Ita ut perculso pulmone minor sit qui per os prodit spiritus, quàm qui per vulnus excidit. *Ex Coac.* 509.

a Index penetrantis interiora vulneris.

b Quæ difficilius coalescit quam externa, quod maximè pleuram afficiat sua natura nervosam & ægrè coalescentem. *Duretus.*

c Confluente pure in sinum thoracis. *Duretus.*

d Ob rationem assignandam in *Vulnerum prognosi.*

Pentaphylum.

Pentaphyli radices acetabuli quantitate in aqua tritas, bibendas dato, in febre [a] tertiana. Supra: [ejus decoctum recensebitur infra in *Potulentorum varietate.*]

a Pentaphylum commendatur à *Dioscor.* adversus intermittentes febres, jecoris pulmonisque vitia, maximéque ictericos, itemque adversus venena.

Peplium, [a] *peplis Dioscoridi.*

Alvum veratro nigro aut peplio emollire oportet; *& cætera afferenda in Pleuritidis curatione.*

a Peplis, quibusdam sylvestris portulaca dicta est peplion Hippocratis, inquit *Dioscorides*, in maritimis nascens, quod confirmat *Galenus* easdem vires cum peplo habere affirmans, purgandi scilicet bilem & pituitam. *Lib.* 8. *Simplicium.* Peplus verò Hippocratis & *Dioscoridis* vulgò dicitur esula rotunda, ab orbiculata coma tum in vinetis, tum in agris incultis nascens lactei succi *ex Matheolio*, vocatur & peplus rotundus *in text. Lib. de Acut. hic adducto.* Quidam etiam vocant papaver spumeum, inquit *Galenus.*

Peplus, Meconium, Esula rotunda.

Sorbitione sumat peplum album tritum aqua loturæ farinæ Sitaniæ maceratum & coctum, melleque affuso tepidum sorbeat. *Lib. de Vict. in Acut. pag.* 398. *In victu purulentorum.*

Ad aqua intercute laborantes pepli rotundi (Meconium dicitur) acetabulum parvum Atticum potui exhibeto. *Ibidem.*

Pepo, ſupra *Cucumis pepo.*

Perfrictio; ſupra *Frigus.*

[a] *Perinthus.*

a Urbs Thraciæ poſteà Heraclea dicta, cujus mentio *Lib.* 2. *Epid.* ob morbos ibi regnantes.

Peripneumonia, infra *Pulmonum inflammatio.*

[a] *Perniones.*

a Ulcera ex frigore hyberno contracta ſæpius in talo, aliquando in manuum ac pedum digitis. *Gorreus.*

Pernionibus medeberis ſcarificando & pedes calefaciendo, ſic ut maximè igne & aqua excalefacias. *Lib.* 5. *&* 7. *Epid. pag.* 1049. *&* 1105.

Perſea [a] *arbor.*

a Arbor Ægyptia nobis ignota, Perſis exitioſa, quæ tranſplantatione feliciter ceſſit Ægyptiis in cibum. *Dioſcor.*

Perſeæ arboris folia leviter terito, & pudendis in ſubdititio admoveto. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 695. Ad uteri ulcera.

Perſpiratio, infra *Spiratio per poros.*

Pes, *Tibia*, *Sura.*

In febre convulſio, manuumque ac pedum dolores malignum quid [a] prænunciant, *& cætera in Dolore adducta*; *& Coac.* 30.

Manuum ac pedum tumores cum rubore [b] perniciem denunciant. *Coac.* 63.

Ad [c] ſuram dolores mentem [d] emovent, *& cætera adducta in Delirio, ex Coac.* 76.

In pulmonum inflammationibus periculoſis abſceſſus in cruribus non [e] inutiles. *Coac.* 396. *& Lib. Prænot. pag.* 52.

a. b Manus enim ac pedes non ſunt capaces abſceſſus critici, ut conſtat *ex Hiſtoria Critonis & neptis Temenei.*

c. d Ob communicationem cum partibus nobilibus per vaſa, ut in fractura calcis excurrente cacochymia per venas arteriales & nervos in viſcera & cerebrum. *Duretus.*

e Modo fiſtulentur, ut no-

Qui

Qui alvi profluvio diutius cum tussi detinentur, non liberantur, nisi dolores vehementes ad [f] pedes contigerint. *Lib. de Judicat. pag.* 71.

Dolor ad pedes aut pectus subiens, aut vehemens tussis oborta insaniam [g] solvit. *Ibidem. pag.* 70.

In his quæ circa articulos contingunt in maximum periculum præcipitant [h] pollices, ac præcipuè pedum. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 99.

In Thaso Critoni erecto & obambulanti vehementer pes dolere ex pollice cœpit; eodem die decubuit, cum horrore, & stomachi fastidio, aliquantulùm incalescens, sub noctem desipuit: postridie per totum pedem ad talumque tumor subruber & contensus, pustulæ parvæ, nigræ, frebris acuta, insania correptus est. Ex alvo merè biliosa plurima processerunt. Postridie [i] ex quo laborare cœpit, obiit. *Lib. 1. Epid. Histor. nona.*

Telephanes Harpali filius luxationem in pollice accepit, ex qua cum convulsione in posteriora mortuus est. Carptim, *ex Historia integra prostante supra, Articulo de Digitorum affectibus.*

Aristionis servæ pes sua [k] sponte syderatus juxta pedis medium, interna parte ex obliquo, & ossa putrilagine concepta discessionem fecerunt, alvique profluvio succedente periit. *Lib. 5. Epid. pag.* 1047.

Aristoni pedis digito ulcerato cum febre vocis obscuritas aderat, gangræna ad genu usque pervenit, periit. Ulcus autem erat nigrum, subaridum, & graveolens. *Lib. 7. Epid.* 1113.

Thrinon ex tibiæ ulcere juxta malleolum, cum ad nervum erodens medicamentum fuisset adhibitum, distensione ad posteriora obiit. *Lib. 5. Epid. pag.* 1052.

Zeno Damonis filius circa tibiam aut malleolum juxta nervum jam purum accepto vulnere & à medicamento eroso convulsione quam epistothonos vocant, periit. *Lib. 7. Epid. pag.* 1095.

tabitur infra in Pulmonis inflammatione.

f Pedum nomine intelliguntur tibiæ.

g Adducta ratio in Insania.

h Ob consensum cum principibus partibus eadem ratione quæ in Calce supra fuit adducta.

i Tam repentinæ mortis rationem reddit *Gal.* quod natura tentasset humorum copiam à partibus principibus ad crus derivare, quod cum non potuisset omnem superfluitatem suscipere, residuum ad caput ascendit, ubi qua erat pravitate furiosam insaniam excitavit.

k Sic extremum pedem repente sphacelatum vidit *Fernelius* sine causa externa, sine rubore, sine tumore. *Lib. 2. de Abditis rerum causis.* Sic *Cornelius Gemma* trium horarum spatio sphacelum à pollice pedis ad præcordia grassatum vidit apud *Schenkium.*

Pedis [a] luxatio.

a Hujus periculum ostendit Historia relata à *Plinio*, de quodam qui cum in Senatum iret offenso pede obiit in Comitio.

Quibus pes solus aut cum adnato osse excessit, interiorem quidem in partem magis excidit, ac nisi recondatur, & coxa, & femur, & tibiæ pars luxationi ex adverso respondens, temporis successu extenuatur. Repositio eadem quæ primæ juncturæ manus, &c. *Lib. de Articul. pag.* 878. Pes ubi excidit convulsione & [b] cancro tentatur. *Ex Mochlico. pag.* 891.

b Per cancrum intellige gangrænam *ex Lib. de Articulis.pag.* 854. Ubi docetur ex hoc casu tibiam & pedem affici gangræna, quam ex ea parte grassantem ferè semper lethalem observarunt *Dodoneus & alii.*

Pedum tumores.

a Hic textus maximè pertinet ad Articulum de Phlegmone, hic brevi apponendum.

Pedum tumores [a] sponte & non sponte venientes, ubi neque ipsi tumores, neque inflammatio ex cataplasmatis usu subsidunt; tum si adhibitis spongiis, aut lanis, aut quovis alio ad sanam partem alligato, postea sua sponte intumescant, & inflammationem concipiant. In his sanguinis per venas influxus causa est, si cui collisio non fit, eademque ratio est tale quid quavis alia corporis parte accidit. Verùm sanguinem mittere oportet, præcipuè ex venis per quas [b] fit influxus, si modò sint conspicuæ. Alioqui tumores altioribus & crebrioribus vulnusculis pertundendi, &c. *Lib. de Ulceribus. pag.* 906. 907.

b Aut ex quibus defluit sanguis.

Quibus per febrem tubercula in cruribus [c] oriuntur, iis sanguis ex naribus effluere consuevit. *Carptim, ex Lib. de Acut. pag.* 589.

c Ut ferè accidit lienosis quibus familiaris est hæmorrhagia.

Pedum frigentium ratio.

Frigentibus pedibus nec sorbitionem, nec aliud quidpiam exhibebis, siquidem ut plurimùm accessionis febrilis [a] signum est pedum frigiditas. *Lib. 1. de Acut. pag.* 385. Cum pedes frigent ventris calore &

a Quod accessionis initio vapores subtiliores ferantur sursum, unde ardeat ca-

multò fastidio [b] redundare necesse, præcordiaque intendi. *Ibidem. pag.* 386.

Hæ febres protrahi solent, & abscessus [c] habere circa aures & cervicem, siquidem infernæ partes frigidæ fuerint. *Ibidem. pag.* 387.

put, pedes frigeant, ut in lebete cujus fundus friget, summum verò fervet, sublatis sursum fervidis vaporibus. *Mercurialis.*

b Hujusmodi frigus anxietati junctum præcipuum est febris lipyriæ præcordia exurentis & distendentis signum.

c Quòd scilicet frigiditas pedum innuat humores tenuiores in cerebrum rapi ex præcordiis; unde etiam inter alia symptomata parotides assurgunt.

Pessus, [a] *Penicillus*, *Glans*, *Talus*, *Subdititum.*

(Constat pessos sæpius paratos ab Hippocrate sine magno apparatu, ut ex Mercurialis foliis tritis linteo involutis, Artemisia herba trita & rosaceo subacta. Pœoniæ radice, melle, unguento rosaceo & Ægyptiaco subacta ex lana succida & similibus pluribus ad deobstruendum uterum præscriptis.) Præscribuntur & alii ad emolliendum, ut anserina pinguedo, adeps ovillus, cera alba, resina, unguentum rosaceum, & adeps simul liquefacta in vellere subdita. Alii etiam ex acerbis & adstringentibus, ut ex Rhoe vino nigro subacta. Cnico eodem modo apparato, lotique ramentis. Præscribentur etiam ad vehementer purgandum ex scammonio, lacte muliebri, & lana excepto. Item ex agrestis cucumeris medulla, leviter trita melle subacta, uti etiam colocynthidis sylvestris interiore parte lævigata eodem modo subdita. Tum etiam ex acerrimis maximéque aperientibus, cantharidibus scilicet; buprestі, myrrha, felle, nitro, cyclamine, melle aliquo aut unguento admixtis & temperatis. Tum denique ex tæda, vel etiam plumbo ad restituendum distortum uterum. Hi etiam & tali & penicilli vocantur. Passim *dicto Libro de Nat. mul. & Lib.* 2. *de Morb. mul.*

a Docet *Gorreus* post Æginetam pessaria fieri solita ex lana concerpta & ad digiti figuram diducta, in qua continebantur varia medicamenta. Nunc verò etiam ex panno tenui, bombyce, vel lineamentis demersis primùm in medicamenta conducentia, deinde involutis serico, filoque appensis parari: fieri præterea ex gummi & resinis & cera etiam, aliisque liquoribus in ejusmodi formam redactis.

Petroſelinum, ſupra *Apium*.

Phagedæna [a] *ulcus*.

Inter ulcera exedentia quacunque in parte phagedæna adfuerit, valde depaſcitur & abſumit. Infra, *Articulo de Ulceribus*.

Ulcere exedente (Phagedæna) non tentantur quibus hæmorrhoides fluunt. Supra, *in Hæmorrhoidibus*.

a Aliquando generaliter ſumitur pro eo ulcere, quod ſemper majus & deterius evadit ad Telephia & Chironia pertinẽs. Propriè verò eſt ulcus tumidum, profundum vicinas partes erodens, qua ratione diſtinguitur à Noma quæ ſine tumore exedit. *Gorreus*.

Phaſeolus, *Smilax hortenſis*.

Euroilia & [a] phaſerli magis quam piſa alvum dejiciunt, minuſque inflant & probè nutriunt. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 325.

a *Galenus* vocat Dolichos docens eandem leguminum ſpeciem dolichos, phaſeolum & ſiliquam vocari. *Dioſcorides*, ſmilacem hortenſem; nos Galli *Pois de Mer*, de *Turequie*, *d'Egypte* vocamus.

Pherea, ſupra *Gongrona*.

Phlegma, infra *Pituita*.

Phlegmone, [a] *inflammatio*.

Venula ſanguinis multitudine calidior æſtuoſum quiddam producit, ſtatimque excernit. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 6. *Sent.* 2. (Hanc explicat *Galenus* de ſanguine arterioſo; Ideò appoſuimus ſupra *in Arteria.*)

Si copioſa & acris fluxio fuerit, & acris & glutinoſa perſeveraverit, inflammatur & intumeſcit, ac collum diſtenditur, &c. *Lib. de Gland. pag.* 239.

Si [b] convulſio in vena facta ſit, hæc quidem per exordia dolorem excitat & pulſat, progreſſu verò temporis ſanguinem ad carnem tranſmittit, qui in carne putreſcens in pus vertitur; ad eandem etiam rationem ſi caro plus laborarit, plurimùm ad ſe ſanguinem ex maximè vicinis trahit, & confeſtim in pus vertitur, &c. *Lib.* 1. *de Morb.* Unde afferenda plura *in Ruptione*.

Si quis vehementer percuſſus fuerit, ſanguis ad vulnus

a Phlegmone dicta Hippocrati generaliter de omni ardore citra tumorem, vel etiam de tumore, cui dolor & ardor ineſt à quocunque humore gignatur *Galen.* quando verò id accedit ut inflammata pars uſta & toſta videatur tunc epiphlogiſma ſeu deflagratio dicitur. *Gal. ad Aph.* 23. *ſect.* 5.

b Convulſio hic ſumitur pro diſtenſione tanta, ut rumpantur venæ citra vulnerationem, exindeque ſanguis effuſus putreſcat, quod notat etiam *Fœſius in Oeconomia*.

vulnus decurrit, venis nimirùm per vulnus evacuatis. Ubi verò carnes tanquam spongiæ oppletæ fuerint, non amplius dimittunt, sed in se retinent quoad ex ipsis aliquid per [c] locum vacuetur, cum enim in unum sanguis collectus fuerit, præ cöpia viam intercipit. Quemadmodum [d] siquis ampullam oleariam coriaceam angusti oris oleo plenam rectà in os obvertat, oleum ex ea prodire non poterit. Oleum enim copiosum & confertim incidens viam arctabit. Quòd si quis parùm ampullam inclinet, tolletur omnis obturatio, & oleum effluet, &c. Ad hunc sanè modum ubi plurimus corporis humor in conturbatione locum occupaverit, & venas impleverit, non amplius [e] ab jis discedit, nisi locus vacuus fuerit. Unde morbi oriuntur, morbi alimento consumpto. *Lib. 4. de Morb.* 518.

c Seu materia insensibiliter digeratur, seú vacuetur manifestè rupto aut aperto succedaneo abscessu.

d Aut quemadmodum distenta à nimia urinæ quãtitate vesica non potis est se colligere ad exclusionem, unde oritur ischuria.

e Manifestior sensus erit, si cum *Marinello* legamus, morbus non amplius discedit prius quam ubi locus vacuus est, alimento à morbo consumpto, hoc est nisi affluxus in parte sanguis, qui morbi alimentum est, resolutus concoctus-ve fuerit.

In his frigido utendum est, unde fluit sanguis aut fluxurus est, non ad ipsa, [f] sed circa ipsa unde influit, & quæcumque inflammationes vel inflamina ad rubrum & subcruentum recenti sanguine tendunt. *Aph.* 23. *sect.* 5.

f Exemplum afferunt Interpretes narium hæmorrhagiæ, etenim tunc non ipsis naribus admovenda repercutientia, sed mento, collo, fronti inquit *Mercurialis*, imò ipsis hypochondriis: addimus *ex Galen.* omnem phlegmonem esse junctam ulceri, cui frigus mordax est, *Ex Hippocrate.*

Quæ inflammationem sentiunt per cataplasmata refrigeranda sunt. Tandiu autem hęc cataplasmata juvant quandiu ulcere frigidiora fuerint. Calidiora autem, aut æque calida nocent. Pinguia inflammatis minimè conferunt, neque sordidis, neque putrescentibus. Carptim, *ex Lib. de Affect. pag.* 540. 541.

Quicunque per initia, inflammationes medicamento purgante solvere tantant, ii de contenta quidem parte nil detrahunt, cum nil cedat adhuc cruda affectio. *Lib. de Acut.* [Inde plura adducenda infra Articulo *Qui & quando purgandi*, ubi docetur aggrediendam inflammationum curationem per venæ sectionem, deinde per purgationem.]

Phlyctenæ, [a] *Phlyctides* [b] *Psydracia.* *Papulæ*, *Pustulæ.*

a. b Phlyctenæ seu phlyctides sunt pustulæ varis similes, quæ in bullarum morem assurgunt ex collectione ichorum corporis superficiem erodentium; ita ut cum disruptæ

Quibus in febribus assiduis pustulæ toto corpore

enaſcuntur, lethale [c] eſt, niſi quid [d] purulentum abſcedat. *Coac.* 114.

Latæ puſtulæ non admodum [e] pruriunt. *Aph.* 9. *ſect.* 6.

Timonactis infanti ferè bimeſtri, puſtulæ in cruribus, coxis, lumbis, & imo ventre, tumoreſque admodum rubicundi extiterunt, quibus conquieſcentibus convulſiones & comitiales exoriebantur; multis diebus ſine febre fuit. [f] Obiit. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1115.

fuerint, infra exulcerata caro appareat: toro corpore naſcuntur, ſed nullibi periculoſius quàm in cornea oculi membrana. Quidam autem putant pſydracia capitis proprium eſſe, naſcique ab humore frigidiore. *Gorreus.*
c Propter effeti humoris motum ſymptomaticum.
d Ut in abſceſſu crurali, de quo ſupra.
e Quod fiant à pituita minus acri; at quæ à bile fiunt faſtigiantur & ſua qualitate acri pruritum pariunt. *Gal.*
f Ob palindromem & deliteſcentiam ichoris maligni & venenati.

Phoca, Vitulus marinus.

[Phocæ adipis frequens mentio præſertim pro ſuffitu naribus admovendo in uteri aſcenſu. *Lib.* 2. *de Morb. mul. & alibi paſſim.*]

Phrenitis.

Phrenitis quæ eſt præpetuum [a] cum febre delirium ad hunc ſe habet modum. Sanguis qui in homine exiſtit magnam partem ad prudentiam confert, ut quidam verò dicunt, totam. Ubi igitur bilis tota commota venas & ſanguinem ſubierit, ex ſolita compage & motione ſanguinem dimovet & ſero diluit, & percalefacit. Qui percalefactus totum etiam corpus reliquum calefacit, & homini mens alienatur propter febris copiam, & ſanguinis non conſuetam [b] dilutionem & agitationem. Qui verò phrenitide detinentur, quod ad mentis alienationem, his qui atra [c] bile laborant ſunt aſſimiles. Atra enim bile vexati cùm à bile & pituita ſanguis corruptus fuerit, morbo corripiuntur, & mente alienantur. Quidam etiam inſaniunt, & in phrenitide ſimiliter. Quòd verò bilis eſt pituita [d] imbecillior; eò minor tum inſania, tum mentis alienatio contingit. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 449.

Phrenitides etiam ex aliis morbis oriuntur. His [e] ſi-

a Inflammatio membranarum cerebri febrem acutam cum mentis alienatione inducens. *Ex Gal. initio Comment. in Phren.*

b *Martianus* colligit ex his verbis phrenitidis cauſam conſtitui ab Hippocrate in ſanguinis vitio & corruptione, quatenus ex vitioſo ſanguine impuri ſpiritus generantur, quibus ſi calidior intemperies aſſocietur, delirium oritur intermiſſionis expers. Idem annotaverat *Salius* hic.

c Maniacis ſcilicet febris abſentia differentibus à phrenitide.

ptum transversum adeò dolet, ut ne contingere quidem sinant, febris accidit, mente alienantur, immotis oculis aspiciunt, aliáque similia efficiunt his qui pulmonis inflammatione laborant, in eaque mente moventur. Hunc tepefacientibus humidis [f] calefacere oportet, & potionibus præter quàm vino, & quoad fieri poterit, per [g] superiora purgare, per tussim etiam & sputum, velut in pulmonis inflammatione sursum educere; alioqui alvus inferior ut dejiciat præparanda, & potionibus humectanda. Hic [h] morbus lethalis cum tertio, aut quinto, aut septimo die moriantur. Si verò mitior fuerit ut pulmonis [i] inflammatio decernit. **Lib. 3.** ***de Morb. pag.*** **490.** ***& de Affect. pag.*** **530.**

Quæ in phreniticis [k] manifesta apparent [l] insomnia probanda. ***Coac.*** **90.** Seu (***ex*** **Lib. 1.** ***Prædict. Sent.*** **15.**) providenda sunt.

In phrenitide [m] albicans dejectio ac [n] torpor malum denunciat. His succedens rigor [o] pessimus. ***Coac.*** **91.** ***&*** **Lib. 1.** ***Prædictor. Sent.*** **13.**

In Phreniticis cum omnia circa initia moderatè se habeant, si subinde [p] mutentur malum denunciant. ***Coac.*** **92.** ***&*** **Lib. 1.** ***Prædict. Sent.*** **12.**

In furiosa & vehementi mentis emotione accedentes tremores vitio sunt. ***Coac.*** **93.** In intensa phrenitide [q] tremores lethales. ***Coac.*** **97.**

Vehementi insania detenti, tremuli cum [r] crebra sputatione, metus est ne phrenitici evadant. ***Coac.*** **94.** Excreatio frequens & irrita, si quod aliud signum accedat [s] phrenitidem denunciat. **Lib. 1.** ***Prædict. Sent.*** **6.**

Phrenitici parum [t] bibunt, ex levibus strepitibus facilè irritantur, [u] tremuli sunt, aut [x] convulsionibus tentantur. ***Coac.*** **96.** ***&*** **Lib. 1. *Prædictor. Sent.*** **10.**

Crebræ in phreniticis permutationes convulsionem denunciant, & [y] pravæ sunt. ***Coac.*** **101.** ***&*** **Lib. 1.** ***Prædictor. Sent.*** **28.**

Crebræ in phreniticis cum perfrictione sputationes

NOTÆ.

[a] Intellige minorem tum insaniam, tum phrenitidem. Quando bilis retunditur à pituita tanquam fræno.

[e] Hic agit de phrenitide ab inflammatione diaphragmatis, in quam sæpe degenerat peripneumonia. Ex *Aphr.* 12. *sect.* 7.

[f] Ne frigoris occursu stipata cute regeratur materia in cerebrum.

[g] Ex ratione *Aph.* 18. *sect.* 4. & consueta tum temporis vacuandi ratione. *Salius.*

[h] Cui phrenitis hæc diaphragmatica associatur, jungiturque.

[i] Laterali scilicet expectoratione materiæ laudabilis, aut crurali abscessu.

[k] Ægris sua insomnia clarè recensentibus.

[l] Quod comatis metũ adimant, minoremque animi perturbationem designent. *Duretus.*

[m] Translata scilicet bile in cerebrum.

[n] Unde significatur corporis exolutio ab emortua facultate.

[o] Quod significet novam bilis translationem. *Duret.*

[p] Ob morbificæ causæ incrementum.

[q] Moriuntur paulò post ob alienationem integrã cerebri à sua complexione. *Duretus.*

[r. s] Sputatio hæc fit aut propter stomachum humore madentem ex seri phrenitici in eas partes prolapsu, aut quoniam idem serum à cerebro in palatum exudat uti exudãte sero ab oculo fit ophtalmia lachrymosa, pleuritis tussiculosa, hepatitis singultuosa. *Duretus.*

[t] Quod non sentiant causam sitiferam.

nigrorum [z] vomitionem prænunciant. *Coac.* 102. & *Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 31.

Qui ſupra quadrageſimum annum phrenitici evadunt, minimè convaleſcunt. Minori autem periculo ſunt obnoxii, quorum naturæ & ætati morbus familiaris fuit, *ex Claſſe Aphoriſmorum* [aa] *ſpuriorum.*

Qui phrenitide laborans primo die decubuit, æruginoſa & virulenta multa, & tenuia vomitione refudit; febris horroris ſenſu inſignis prehendit, ſudor copioſus, aſſiduus toto corpore dimanavit, capitis & cervicis gravitas non ſine dolore, urinæ tenues, in quibus ſublimia quædam diſperſa, non ſubſidebant. Ex alvo ſtercora affatim prodierunt, multùm deliravit, nihil dormivit. Poſtridie manè vox deficit, febris acuta invaſit, non intermiſit. Totum corpus [bb] palpitationes occuparunt. Nocte convulſiones: tertio die graviora evaſerunt omnia. Quarto [cc] mortuus eſt, *Lib.* 3. *Epid. ſect.* 3. *Hiſtor.* 4.

Qui primus mente captus eſt adoleſcens, urinam reddebat puram, tenuem; omnium dejectio tenuis, multa, ſine bile, lingua aſpera, febris perurens, pervigil, alvus intumeſcebat. Hic deſipuit octavo die laſcivè admodum, exurgebat, pugnabat, valde obſcœna loquebatur, cùm ab his natura abhorret, &c. Circa decimum diem ferè ſomnus cœpit & ſudor; poſtea rurſus vehementer inſaniit, & celeriter mortuus eſt undecimo die; ea de cauſa, ut abitror, quod [dd] merum multum antequam vehementer deſiperet, potaſſet. Lib. 4. *Epid. pag.* 1024.

Hippiæ ſoror per hyemem phrenitide detenta, hallucinata eſt, manibus [ee] laborabat, ſeipſam lancinabat, quinto & ſexto die ſub noctem vox defecit, ſopore correpta buccas & labia velut dormiens inflabat, ſeptimo die mortua eſt. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1101.

Fullo in Syro phrenitide correptus, poſt uſtionem cruribus tremulis fuit, corpore velut à culicibus compuncto, oculus erat magnus, motus exiguus, vox fracta, clara tamen, urina pura abſque ſedimento. Animad-

NOTÆ.

x Utrumque ſymptoma eſt facultatis alienatæ à vehementi alteratione.

y Propter dominatum diverſorum humorum & variarum cerebri manſionum irritationem, *Duretus.*

z Sputatio ſolet vomitum deſignare, at nigra evomuntur ob frigiditatem. *Gal.*

aa Addidimus hunc Aphoriſmum ſpurium ſanè, attamen Hippocratis gravitate non indignum, inquit *Mercurialis.*

bb Vide quæ annotavimus nuper *Articulo de Palpitatione.*

cc Hic æger præbet exemplum acutiſſimæ phrenitidis, primo ſtatim die invadentis, inquit *Galenus*; affirmans omnes quos ita affectos vidit periiſſe intra ſeptimum diem.

dd Diſcant tum ægri, tum indulgentiores Medici, quantum inſit periculi, ſi concedatur vinum acutè febricitantibus, aut quibus animus jam quantumvis leviter moveri incipit.

ee Concutiebantur ei ſubſultim manus.

vertendum num idcircò quòd per [ff] ferulaginem alvus subducta est, decimo octavo die morbus remisit, & absque sudore disparuit. *Ibidem. pag.* 1105.

Evelcidæ famula cum ei multo tempore urinæ densæ prodiissent, & caput doloret ex vehementibus convulsionibus; mortua est. *Ibidem. pag.* 1114.

Phthisis, infra *Tabes*.

Phygethla, [a] *Phymata*, *Tubercula*.

Tubercula quæ oriuntur omnia, ex pituita, [b] aut sanguine oriuntur. Cum verò ex vulnere, aut casu collecta fuerint, hæc confert partim quidem cataplasmatis inducere, & medicamentis epotis discutere, partim verò cataplasmatis admotis maturare. *Lib. de Affect. pag.* 540.

Favus, strumæ, Phygethla, furunculi, & carbunculi ex pituita oriuntur. *Ibidem.* Paulò infra.

Quibus febres longæ his tubercula, [c] aut in tuberculis labores fiunt. *Aph.* 44. *sect.* 4. *& Coac.* 118. Quibus tubercula vel in articulis labores fiunt, hi pluribus utuntur [d] cibis. *Aph.* 45. *Ibidem.*

A tuberculi intus ruptione [e] exolutio, vomitio aut animi defectio fit. *Aph.* 8. *sect.* 7.

Quod ad ætates attinet tubercula quidem suppurantur, atque eadem strumosa magna ex parte pueros exercent, faciléque ex his [f] levantur. At iisdem ubi ætate paululùm processerint & adoleverint, nascuntur quidem minus ac difficilius tolluntur. Viris autem id genus tubercula non admodum fiunt. Verùm favi [g] formidabiles, & cancri abditi demersi, & ex pustulis noctu inquietantibus (Epinyctides vocant) ulcera serpentia, quos herpetes nominant, donec sexaginta annos superarint. Senibus verò nullum ex hujusmodi tuberculis [h] accidit; at cancri [i] latentes, quique summa corporis infestant, fiunt, & ad mortem comitantur. *Lib.* 2. *Prædictor. pag.* 99.

Tubercula meliora æstimanda sunt quæ foras [k] pro-

ff Intellige propinatum tapsiæ succum ad alvum dejiciendam, quod feliciter cessit.

a Phygethlon, seu panus, tumor est latus & depressus in vertice, alis & inguine. *At ex Galen. ad Glaucon.* bubo, phyma & phygethlon sunt glandularum affectus. Bubo quidem inflammatio vera; phyma affectus qui celeriter augetur & ad suppurationem festinat: phygethlon verò erysipelas phlegmonodes. Notandũ etiam phyma sumi pro omni tumore phlegmonoso in quacunque corporis parte exorto. *Fœsius.*

b Per pituitam intellige sanguinem pituitosum, ex quo, uti & sanguine simpliciter dicto oriuntur phymata, rarius ex bile quæ in erysipelate effunditur potius quàm attollatur in tuberculum; atra verò melancholia dicta scirrhosos affectus procreat.

c Non semper ita se habet, non rarò enim solvuntur febres sensim coctione aut emictione urinæ crassæ & albæ. *Gal.*

d *Galenus* interpretatur Aphorismum de iis qui à morbo se recolligere student.

e Quomodo scilicet rumpitur abscessus in ventriculo, unde puris vomitio & animi exolutio ob spirituum dissipationem. *Gal.*

f Quod pueris adsint tres illæ opportunitates à *Da-*

tuberant, & in [l] acutum ſublata ac faſtigiata, æqualiterque matureſcentia, neque in ambitu dura, & deorſum tendentia, neque [m] bifida; contraria verò mala quæque plurimùm diſtant peſſima. *Lib. 6. Epid. ſect.* 1. *tex.* 12.

De tuberculis & ulceribus quæ, inter majores [n] morbos cenſentur, iſtud ſtatuendum eſt. Tubercula quidem [o] coercere ac diſſolvere poſſe ad artem pertinet. Deinde verò ea in locum conſpicuum & quàm breviſſimum contrahere ipſamque concretionem æquabilem per totum reddere. Niſi enim [p] æquabile fuerit ut [q] rumpatur, & ulcus ægrè curabile evadat, periculum eſt. Æquabile igitur reddere, & ex toto eam concoquere oportet, ac neque [r] ante tempus aperire, neque ut rumpatur [f] ſinere. *Lib. de Medico. pag.* 31.

Callimedontis filio ad tuberculum in collo enatum, durum, magnum, immaturum, & dolorem excitans, contulit [t] venæ ſectio in brachio, aut lini ſemen vino albo ſubactum, & oleo maceratum, cataplaſmate impoſitum, & deligatum, valdéque in aqua mulſa decoctum cum fœnugræci, hordei aut tritici farina. *Lib. 5. & 7. Epid. pag.* 1051. & 1104.

verò paſſim decantatæ, naturæ robur, viarum libertas & materiæ præparatio.
g Ceria Græcis dicta ad modum favi concreta. *Marinellus*.
h Cum enim ſenum ſiccitas adverſetur puerorum humiditati, nil eſt mirum ſi non vexentur puerilibus morbis.
i Occultique, de quibus actum ſupra *in Cancro*.
k. l Hæc ex calidioribus tenuioribuſque ſuccis procreata citius ſuppurant. *Gal.*
m Etenim in bifidis interjacet quid medium crudum durumque. *Ex eodem Galeno*.
n Ad differentiam impetiginis & lepræ, quæ vix abſceſſus nomen merentur. *Ex fine Lib. 2. Prædictorum*.
o Admotis primum repellentibus, deinde reſolventibus, tandemque ſuppurantibus.
p. q. Vel *ex Marinello*, ubi enim inæqualiter ſe habuerit, periculum eſt ne rumpatur.
r. Ne ex intempeſtiva ſectione pars evadat debilior, ſuccedatque ulcus malignum & rebelle.
f. Ne cuniculos agat natura.
t. Quæ princeps remedium tum ratione inflammationis, tum doloris. *Ex Galen. ad Aph.* 23. *ſect.* 4. Et alibi paſſim.

Philoſophia, Sapientia; ſupra *in Medicina cum Sapientia affinitate.*

Pili; *junge quæ* ſupra *de Capillis & de Glandulis.*

Hi maximi & plurimi naſcuntur, qua ſumma corporis cuticula rariſſima eſt, & ubi pilus moderatum habet humorem quo nutriatur. Ac ſicubi ſumma cuticula rara poſtea evadit, ibi poſtea quoque pili naſcun-

tur, velut in mento, pube & alio quovis loco. Nam simul ac [a] genitale semen oritur, caro, & extrema cuticula rarior evadit, venulæque magis quàm antea aperiuntur. Cum enim adhuc puer est, venulæque tenues existunt, neque per eas [b] genitura ferri potest, eademque ratio est de mensibus [c] virginum. At simul ac mensium & genituræ via patet, tum puero & virgini extrema cuticula rarescente, pilus in pube nascitur, simulque moderatum neque pauciorem quo alatur humorem habet. Ad eundem modum de pilo in viri mento se res habet. Rarescit enim summa cuticula, delata in eam à capite humiditate. *Lib. de Nat. puer. pag.* 194. Ubi plura.

a. b. c Conclude ex hoc textu maturitatis virilis argumentum esse pubem circa pudenda prodeuntem, muliebri verò maturitati concurrere aliud potissimum signum mensium eruptionem.

Pilorum affectus ; infra *Trichiasis.*

Pinguedo, [a] *Pinguia*, *Adeps.*

Quibus pingue abundat, bilis flava gignitur. Quibus verò sanguis, bilis atra. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text.* 3.

Carnes pingues æstuosæ sunt, sed alvum [b] dejiciunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 331.

a Pinguedo differt ab adipe, quod hic sit crassior, in iis qui torosiores sunt proveniens; pinguedo verò humidior & oleosa magis. *Ex Galen.*

b Forsan quia molles sunt & humidæ.

Pinguia admota, supra *in Phlegmone.*

Pingues, Obesi, supra *Crassi.*

Pinnæ pisces, supra *inter Conchylia.*

Piper [a] *Indicum*, *Medicamentum oculorum.*

Grana tria Indici medicamenti oculorum, quod piper vocatur &, de rotundis altera tria tenuiter trita, vino veteri macerata oleo dulci subacta & lana excepta subdat. *Lib. de Nat. mulieb.* Et passim in *Morbis mul.*

a Piper in India nasci brevi arbore docet *Dioscor.* at ejus descriptio requirenda ex *Matheol.* Neotericisque quos navigationes in ultimas usque Indias certiores reddiderunt. docet autem *Dioscor.* ideò dictum medicamentum oculorum, quod ejus grana adhuc alba nec dum matura sint oculis apta.

Pyra.

a Pyra pomis facultate similia. Ex Gal. Lib. 2. de Aliment. facultate. At ex Dioscor. cui suffragatur experientia pyrorum omne genus adstringit.

Matura calefaciunt & [a] humectant, alvumque dejiciunt. Pyra sylvestria hyberna matura alvum dejiciunt, eamque purgant, cruda verò sistunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 330.*

Pisa.

a Galen. docet pisa tota substantia fabis similia, in duobus tamen discrepare tum quod sint minus flatulenta, tum quod iis desit detergendi facultas, ideoque segnius quam fabæ per alvum secedant, quod videtur Hippocrati experientiæque adversari.

Pisa minus quàm [a] fabæ inflant, magis autem alvum dejiciunt. Eruilia & phaseoli his magis alvum dejiciunt, minus inflant, & probè nutriunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 325.*

Pisces [a] in genere.

a Piscium optimi saxatiles pelagici, littorales, & qui generaliter neque insuaves neque mali odoris, neque glutinosum quicquam gustui repræsentant Galen.

Ex piscibus siccissimi quidem scorpius, draco, Callyonimus, cucullus, glaucus, perca, thrissa. Leves verò saxatiles ferè omnes, velut turdus, phycis, elephytis, gobio. Hi omnes & prædicti erronibus leviores sunt, cum enim quiescant habent carnem raram & levem. Errones autem & undas verberantes, laboribus [b] attriti solidiorem carnem obtinent. Torpedines & squatinæ ac rhombi leviores sunt. Qui verò pisces cœnosis & aquosis locis cibum rapiunt, velut capitones, mugiles, anguillæ graviores existunt, quòd aqua & luto & his quæ illic producuntur, nutriantur. Ex quibus etiam spiritus [c] haustus hominem lædit, & aggravat. Fluviatiles autem & lacustres, his etiam sunt graviores; polypi verò & sepiæ, atque ejusmodi neque leves sunt ut videntur, neque alvum dejiciunt. Iccircò si edantur, oculos gravant. Illorum tamen jus alvum movet. Conchylia verò velut pinnæ, patellæ, purpuræ, *& cætera repetenda ex Articulo de Conchyliis. Lib. 2. de Vict. rat. pag. 326. 327.*

b Hujusmodi enim pisces labore discutiunt crassiorem omnem crudumque succum, suntque præferendi eadem ratione qua carnis animalium exercitatorum.

c Seu ex *Marinello* à quibus etiam spiritus in hominem ingrediens ipsum lædit & aggravat.

Pisces & cocti & assati, ipsique per se, & cum cæ-

teris cibis sumpti à leve sunt edulium. Ipsi verò inter[d] se sic differunt; & lacustres quidem ut pingues, & fluviatiles graviores sunt. Littorales verò marini leviores, percoctique assatis leviores. Ex his cibis cum aliquem reficere voles, valentes dato; leves verò cum gracilem & tenuem reddere opus erit. *Lib. de Affect. pag.* 545. 546.

Præferuntur autem piscium partes quæ ad dorsum & caudam spectant, quæ verò caput & ventrem inferiorem respiciunt, tanquam humidiores relinquendæ. *Lib.* 3. *de Vict. rat. pag.* 348.

Pisces ægrotantibus concessi; febricitantibus quidem elixi; non febricitantibus[e] assi. *Lib. de Vict. rat. in Acut. pag.* 395.

Ex piscibus maximis quidem mulus, melanurus, mugil, & anguilla, maximè[f] vitandi. *Lib. de Morb. Sacr. pag.* 382.

Pisces sale conditi siccant & attenuant, *& cætera afferenda Articulo de Salsis & Salsamentis.*

Pituita, [a] Phlegma.

Sanguinis fons est cor, pituitæ caput, aquæ lien, bilis locus in hepate. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 502.

Cerebrum frigidi & glutinosi sedes & matrix. *Lib. de Carnibus. pag.* 207.

Per hyemem augetur in homine pituita, cum ea ex omnibus quæ in homine insunt ad hyemis naturam maximè accedat, quod sit frigidissima, ut tactus ipse confirmat. Quod autem hyeme corpus pituita repleatur, hinc constat quod per hyemem homines maximè tum pituitosa expuunt, tum emungunt; hocque anni tempore tumores laxi & albi (Oedemata dicti) & reliqui morbi pituitosi[b] oriuntur. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 175.

Assevero quod quicquid in cibo & pituitosum est, id ubi in ventriculum venerit, partim corpus ad se trahit; partim verò caput quod cavum existit, quod ve-

NOTÆ.

d At edulium leve nec alvo, nec corpori negotium facessit, quoniam nec in ventriculo coctum intumescit, nec repler, sed mollescit, coctumque alvum subducit, ideòque piscium frequens usus in ægrorum diæta. *Martianus ad cap.* 1. *Lib. de Intern. affect.*

e Ergò peccant ii in ægrotum commoda qui frixos pisces concedunt.

f Vitandum etiam omne cetaceum genus ut phocæ, delphini, balenæ ac grandiores thuni; quod sint carnis duræ & pravi succi, *ex Gal. Lib.* 3 *de Alimentorum facultatibus.*

a Omnis scilicet humor frigidus simul & humidus *ex Galen. cap.* 6. *Lib.* 3. *de Differentiis febrium.* Is etiã docet in exegesi phlegma significare præterea ardorem & inflammationem, unde hypochondrium phlegmonum pro inflammato usurpatur in prognostico, indeque deducta tum phlogosis tum phlegmone, ut explicat *Fœsius.*

b Nam ut febris biliosiores æstate, ita sunt hyeme perniciosiores. *Gal.*

luti cucurbitula corpori incumbens pituitam attrahit. Quæ cum viſcoſa ſit, hanc alia ex alia ad caput ſequitur; & quia recens pituita ex cibo gignitur, in capite manet; vetus autem à recente cum ſit copioſior, vi illata expellitur; eamque ob cauſam ubi quis aliquid pituitoſum ederit aut biberit, pituitam excreat, &c. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 504.

Pituita natura frigidiſſima eſt, ſanguis verò calidiſſimus; bilis autem [c] ſanguine frigidior. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 445.

Cum [d] bilis aut pituita incaluerit, ab his totum corpus incaleſcit, & hoc febris appellatur. *Ibidem.* Paulò ſupra. Pituita ſedimento permixta glutinum evadit, &c. Rurſus ſedimentum ſolidum aut lapideum fit. Carptim *ex* Lib. 4. *de* Morb. *mul.* Unde deſumptus locus integer ſupra in *Calculo.*

c Quo ſenſu bilis ſit frigidior ſanguine, explicatum ſupra *in Bile.*

d Tum flava ſcilicet tum atra. Ut explicatum *Articulo de Febrium cauſis.*

Pituita [a] *morbus. Pituitoſus morbus.*

De pituita idem quod de bile ſentio, ejuſque multas eſſe formas aſſevero, & partim quidem [b] vulgaris eſt, partim verò [c] recentiſſima, cujus etiam facilis eſt curatio. Vomitum enim poſt cibum duobus aut tribus diebus inducere oportet, inſuperque prandere & quieſcere, &c. Cum vomitum inducere volet, multa calida lavet, & mazam [d] melle & oleo ſubactam, & panem [e] exaſſatum externum edat. Carptim *ex Lib. de Intern. affect. pag.* 564. 565.

Morbus pituitoſus virum quidem etiam, [f] mulierem tamen magis invadit, & hæc quidem craſſa eſt & bene [g] colorata, iter faciens imbecilla eſt; præſertim verò ubi arduum aut acclivem locum contendit. Febris tenuis, interdumque ſuffocat. Prehendit, & jejuna quidem bilem, ſalivamque copioſam vomitione rejicit, & plerumque ubi cibum ſumpſit, de cibo tamen, nihil. Cum laborarit, dolor modò pectus, modò dorſum occupat, & tumidis ac rubicundis cutis eminentiis, velut ab urtica inuſtis completur. Huic

a *Martianus Comment.* hujus loci notat affectum hic deſcriptum pituitæ nomine vocari morbum pituitoſum. *Lib.* 2. *de Morb.* textu proximè huc tranſcripto, docetque eundem affectum definiri *à Galen.* per cacochymiam pituitoſam cachaxiæ patentem, licet *Salius* contẽdat morbum pituitoſum dici ab Hippocrate cum pituita loco particulari collecta pectus ventriculumque lædit ſtante corporis habitu incolumi, facta pituitæ collectione per diſpoſitionem à natura tentatam in modum abſceſſus, in quẽ ſenſum interpretatur *Aph.* 55. *ſect.* 7. de eruptione aquæ ex jecore in omentum.

b Vitio ſcilicet aeris contracta quam agnoſcit *Galenus. Comment. in ſect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

c Sporadica hæc pituita, ſeu cachexia pituitoſa epi-

medicamentum purgans propinato, ſerum & lac aſininum bibat. Quòd ſi ſerum bibat, multis ante diebus per inferiora purgetur. Cumque ſerum bibere deſierit, lac aſininum poſtea bibat. Et ubi biberit, cibis abſtineat. Vinum autem quam ſuaviſſimum bibat, &c. *Lib. 2. de Morb. pag.* 484.

Pituita alba, Leucophlegmatia vulgò; ſupra inter Hydropis [a] *ſpecies.*

Pituita alba λευκὸν [a] φλέγμα.

Totum corpus albo tumore intumeſcit, venter ad contactum craſſus eſt, pedes, coxæ, tibiæ, & ſcrotum intumeſcunt; reſpiratio coacervata eſt, vultus rubicundus, os arduum, & ſitis detinet, cumque comedit, ſpiratio crebra incidit. Hic eodem die interdum melius, interdum verò pejus habet. Huic ſi venter per morbi initia ſua ſponte conturbetur, ſanitati eſt proximus; quòd ſi non turbetur, medicamentum deorſum purgans, ex quo aqua expurgetur, exhibeto; calida ne lavet, aeri exponito, & inflatum ſcrotum pertundito. In cibo pane puro frigido utatur, & beta, piſcibuſque ſcorpiis coctis, jure autem quàm modico. Frigida omnia ſumat non dulcia; neque pinguia, ſed contrita, & acida & acria, allio excepto, cœpa & porro. Origanum & ſatureiam copioſam edat; vinum aquoſum bibat, & iter ante cibum faciat. At ſi à medicamento intumeſcat, clyſtere utitor, [b] cibo premito, deambulationibus & illuvie. Medicamenta purgantia pauciſſima exhibeto, minimè verò ſeorſum purgans. Priuſquam tumores ad inferiora deſcenderint. Si verò extenuato jam exiſtente, in pectore ſuffocatio oboriatur, veratrum bidendum dato, caput purgato, deinde medicamentum deorſum purgans propinato. Hic morbus nullum ferè deſerit. *Lib.*

NOTÆ.

demiæ oppoſita, dicta recentiſſima, quod citra aeris vitium oriatur à prava diæta. *Martinus.*

d. e Ut his ſiccioribus cibis digeratur pituita ventriculo collecta.

f. g Quod ſint fœminæ viris frigidores; evadit autem mulier coloratior, depùrato univerſo corpore per depoſitionem pituitæ in locum privatum, motu critico, *ex Salii ſententia.*

a Licet *Martianus* acriter contendat eſſe tantum diſpoſitionem ad hydropem.

a Quod diverſos apponimus titulos leucophlegmatiæ ſupra jam inter hydropum ſpecies commimoratæ & pituitæ albæ hic deſcriptæ, occaſionem dat *Salius*, dum in ſuis commentariis contendit λευκὸν φλέγμα hic deſcriptum eſſe affectum, in quo totus habitus tumet citra vitium hepatis ex abundanti ſcilicet pituita, vitio alimentorum & propriæ naturæ genita, & in corporis habitò tranſmiſſa cũ leucoplegmatia inquit, ſit hydropis ſpecies à nonnullis ſarcites, ab aliis anaſarcha, aliis hypoſarcidios dicta, in qua totus habitus humiditate pituitoſa hepatis vitio referſus ſit.

b Hunc textum ſic interpretatur *Salius*, cibo ideſt recta victus ratione, deambulationibus, ideſt levi exercitatione, & illuvie ideſt abſtinentia balnei, quo corporis illuvies & ſordities eximitur.

c Quibus plurima in vaſis totoque corpore acervatur alba pituita, his leucophegmatias hydrops ſupervenit. *Galen.* hic unde roboratur prædicta Sententia *Salii* ponentis diſcri-

men inter leucophelgma-tiam & λευκὸν φλέγμα cum huic illa succedat *ex Galeno*. At *Mercurialis* & alii censent hydropem pituitæ albæ succedaneum, esse ascitem leucophlegmatia deteriorem.

2. *de Morb. pag.* 484. 485. Apituita alba [c] aqua intercus supervenit. *Aph.* 72. *sect.* 7.

Placenta.

a Eo modo quo nunc in sartagine parantur tenuiores placentulæ vulgò *Crespes* dictæ.

Quæ cum melle aut oleo incoquuntur farinæ, aut assantur, [a] ructum excitant & æstum, quod pingues sint, nec per alvum secedant. *Lib.* 2. *de Vict. rat. p.* 324.

Planta pedis, supra *in Pede plantarum ratio*; *Iunge Articulum de Herbaria arte*.

Trahit unum quodque è terra alimentum quale ipsum est. Nam & rosa talem humorem è terra trahit qualis & ipsa facultate est: & allium talem ex terra humiditatem trahit quale & ipsum existit, reliquaque omnia quæ producuntur, unum quodque è terra sibi cognatum trahunt. Quod nisi ita esset quæ producuntur suis seminibus non essent similia. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 592.

Plenitudo, [a] Plethora.

a Ubi æqualiter succi adaucti in corpore id plethos & plethoram Græci vocant, nos plenitudinem dixerimus. Ubi verò vel flava bile, vel atra; vel pituita; vel serosis humoribus corpus refertum fuerit; Cacochymiam idem succorum vitium dicunt. *Gal. Lib.* 13. *Meth. cap.* 6.

b Plenitudo hæc ad vasa vocatur, tuncque homo debet habere sua bona suspecta, ut notatum in Athletico habitu.

Cum plenitudo incipit, somni longi & suaves ipsis obveniunt, & interdiu etiam dormiunt. Fit autem somnus humecta carne & funditur sanguis. Spiritus diffusus tranquillitatem habet. Cum verò corpus amplius plenitudinem [b] capere non potest. Ambitus corporis vi secretionem intrò remittit. Quæ alimento à cibis provenienti obviam facta animum perturbat. Tunc non amplius suaves sunt somni, sed hominem perturbari necesse est, sibique pugnas committere videtur. Quæ enim corpori contingunt, eadem animus cernit oculis clausis. Cum quis igitur eò devenerit, ægrotat, &c. *Ibidem pag.* 344.

At quis

At quibuſdam etiam ex plenitudine hæc contingunt. Caput dolore tentatur & gravatur. Palpebræque ipſis à cœna [c] concidunt, & inter dormiendum turbantur, calorque ineſſe videtur, & alvus interdum [d] ſiſtitur. Ex veneris uſu ſtatim ſibi levior videtur, at poſtea gravior. In his caput plenitudinem ad ſe trahens tum alvum ſupprimit, tum ipſum gravatur. Periculum autem imminet, ne in quamcunque partem plenitudo irrumpat, eam corrumpat; ſed hac ratione providendum. Si celerem curationem eſſe voles, [e] veratro purgandum, deinde cibi leves & molles ad dies decem offerendi; iique alvum dejicientes, quo alvus inferior deorſum revellendo caput ſuperet. Curſibus tardis & matutinis ac [f] deambulationibus, quæ ſatis eſſe poſſint, utendum. Luctaque ex oleo & prandio, ſomnoque non longè à prandio. A cœna vero tantùm exurgere ſatis eſt. Et partim quidem balnea, partim verò inunctiones adhibendæ, balnea autem tepida, à coitu autem abſtinendum. Hæc quidem expeditior curatio eſt. Quod ſi medicamentorum potiones ſumere nolit, poſt copioſum balneum, à cibis dulcibus & ſalſis vomat; à vomitu verò exurgat tantùm. Matutinæ autem exercitationes & deaumbulationes præſcriptæ ad dies ſex ſenſim augendæ. Die verò ſeptimo addita repletione ex ſimilibus cibis vomitus ciendus eſt; & ad eundem modum ſenſim adjectio facienda. His autem ad quatuor hebdomadas utendum. Tanto enim ferè tempore reſtituitur. Deinde cibus ſenſim adhibendus quo corpus ſe reficiat, & conſueta victus ratio paulatim reducenda. *Ibidem. pag.* 345. Ubi agitur de lienteria & dyſenteria ex plenitudine, de quibus ſupra.

Mucus & ſaliva repletionem arguunt, quieſcenteque [g] corpore ſpiritus meatus opplent, cum multa inſit repletio, &c. *Lib. de Acut. pag.* 343.

[c] Vix iis manus pugnum facere poteſt, aut quid arctius conſtringere.

[d] Quibuſdam alvus ſiſtitur, quandiu ſcilicet venæ trahunt in habitum, quibuſdam verò laxatur in plures dies utiliter. Sunt enim *ex Gal. Lib. 7. Meth.* quibus diarrhœæ & choleræ certis intervallis omnem corporis redundantiam tollunt.

[e] Mirum proponi purgationem, obmitti verò venæ ſectionem quæ ſola tutò citóque plenitudinem ſolvat, niſi reſpondeamus cum *Galen.* paſſim *in Comment. Epid.* omiſſam mentionem de induſtria hujuſce remedii, quòd ejus neceſſitas neminem lateat.

[f] Et deambulationibus multis, item lucta in oleo & prandio, & ſomno non longè à prandio: *ex lectione Marinelli.*

[g] In iis ſcilicet qui otio tempus tranſigunt.

Pleuritis notha.

Dolores qui ſunt in lateribus, & pectoribus, & aliis partibus, an multum differant [a] perdiſcendum. *Aph.* 5. *ſect.* 6.

Cum in thoracem fluxio decubuerit, [b] biliſque fuerit, dolor lateris mollitudinem prehendit, & claviculam ejuſdem lateris, febris adeſt, linguaque ſuperiori parte ex viridi palleſcit, & concreta excreantur. In hoc morbo periculum ſeptimo aut nono die inſtat. Ubi utraque latera doluerint, cæteraque ſimiliter ut in priore ſe habuerint, hæc quidem pulmonis [c] inflammatio eſt, illa verò pleuritis, eamque ob cauſam oriuntur. Cum de capite per guttur & arterias aſperas in pulmonem fluxio incubuerit, is minirum ſua natura rarus & ſiccus cùm exiſtat, quidquid humoris poteſt, in ſe trahit, & ubi influxerit, major redditur, & ſiquidem in totum fluxerit, fibræ majores redditæ utrumque latus attingunt, pulmoniſque inflammationem faciunt; cum verò alterum tantùm, lateralis fit morbus pleuritis dictus. *Lib. de Loc. in homine. p.* 408.

Lateralis morbus [d] ſiccus citra fluxionem oritur cū ex vehementi ſiti pulmo admodum reſiccatus fuerit. Pulmo enim cum ſiccus exiſtat, ubi amplius quàm pro natura reſiccatus fuerit gracilis evadit, & impotens redditus ad latus præ impotentia reclinatur, ipſumque contingit, eoque contracto, cum [e] humidum exiſtat, ei adhereſcit, & morbum lateralem facit. Tunc verò dolor ad latus & ad jugulum oboritur, & febris, & album excreat. Hic multis potionibus curandus eſt, & lavandus, eique medicamentum quod dolorem ſedet, exhibendum, aliaque quæ excreationē faciant. Hic intra ſeptimum diem convaleſcit, neque morbus periculoſus eſt, neque cibus exhibere oportet. *Ibidem. pag.* 413.

Laterio dolores in [f] febribus leviter firmatos & abſque ulla [g] ſignificatione venæ [h] ſectio lædit, ſive aver-

[a] Perdiſcenda doloris ſpecies, duratio, continuitas, intermiſſio, magnitudo, rebellio. *Heurnius.*

b. c *Martianus* notat Hippocratem agere hic de pleuritide notha à diſtillatione tenui & biliosa è capite in pulmonem, ex hocque loco malè inferri à quibuſdam pleuritidem omnem conjunctam habere pulmonis inflammationem, de quo conſule *Sennertum in Practica.*

[d] Quibuſdam hepar per fibras quaſdam coſtis inhæreſcit, itaque laborante hepate imago quædam pleuritidis repræſentatur, aliis materia craſſa & viſcida membranis pectoris collecta fictam pleuritidem parit cum dyſpnœa, membranæquoque mediaſtinæ ſi inflammentur, par periculum inducunt ac ipſa pleuritis vera. *Holer. cap.* 26. *Lib.* 1. *de Morb. intern.*

[e] Latus ſcilicet cujus humiditas hic glutinis rationem habet.

[f] Forſan melius ſine febribus inquit *Deretus*; nam lateris dolor cum febre

ſum à cibis animum, ſive ſublata præcordia æger habeat. *Coac.* 491.

Ad cæteros [i] latetum dolores tepefactoria & ceromata apponere nil prohibet; crura etiam & lumbos oleo calido, & pinguedine illinire. Ad præcordia autem lini ſemen cataplaſmate ad mammas uſque imponere. *Lib. de Vict. in Acut. pag.* 391.

non ita teſpuit venæ ſectionem.

g Sine ſignificatione doloris, punctorii & moleſti ſed qui levis ſit, fotu facile miteſcens, aut intermittens. *Duretus.*

h Lædit quidem quod hujuſmodi dolor excitatur à prolapſu catarrhi nō ab orgaſmo ſanguinis. *Duretus.*

i Cum ſuperioribus verbis agat Hippocrates de vera pleuritide particula (cæteros) accipienda videtur de aliis lateris doloribus diverſis à pleuritide.

Pleuritis [a] *vera, generatio, cauſa, differentia.*

Morbus lateralis & pulmonis inflammatio ad hunc modum oriuntur. Lateris quidem morbus cùm [b] cumulatæ & validæ potiones admodum occuparint. Ex vino [c] enim incaleſcit totum corpus & humectatur, potiſſimùm verò bilis & pituita. Quibus ſanè agitatis & humectatis, temulentum ſine febrium rigore [d] corripi continget; præſertim cum latus ex reliquo corpore præcipuè à natura carne nudatum ſit, neque intus quicquam habeat, quod renitatur præter ventriculum, cumque rigorem & [e] perfrictionem ſenſerit; tum caro quæ eſt in latere, tum venulæ contrahuntur, & quicquid in ipſa carne aut in ejus venulis bilis [f] aut pituitæ ineſt. Id magna ex parte aut etiam totum; intrò ad caliditatem propulſum carne extra condēſata ſecernitur & ad latus impingitur, doloremque vehementem excitat & incaleſcit, propterque calorem ad ſe ex venis proximis carnibuſque pituitam & bilem trahit; cùm verò quæ ad latus impacta ſunt [g] putruerint, & per ſputum [h] reddita fuerint, convaleſcunt. Quòd ſi antiquum etiam multum ad latus impingatur, & aliud [i] ſuper accedat, ſtatim moriuntur, cum ſalivæ copiam expuere nequeant, alii verò evadunt. Hæc autem ſeptem, aut novem, aut undecim, aut quatuordecim diebus de ſe ſignifica-

a Vocatur à *Celſo* Latiniſque Auctoribus lateralis dolor, à populo *Telū*, quod inſtar teli pungat, hodie ab Italis *la Punta*: definitur à *Gal. ad Aph.* 33. *ſect.* 6. inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis.

b Acervatæ & fortes (vini ſcilicet ſubinde multoties hauſti) *Marinellus.*

c Docet Ariſtoteles in Problematis vinolentos facilè tentari à pleuritide.

d, e Rigent, horrent, frigent ob membranæ ab humore è venis irruente lancinatæ ſenſum exquiſitum.

f Licet bilis & pituitæ æqualis fiat hic mentio, pituitoſi tamen rarò fiunt pleuritici. *Ex Galen. ad Aph.* 35. *ſect.* 6. Ipſeque *Hippocrates Lib. de Locis, pag.* 408. mentionem facit ſolius bilis, conſtatque frequentes pleuriticos fieri à bile, deinde à ſanguine, rarius à pituita, rariſſimè à melancholia. *Mercurialis cap. de Pleuritide.*

g. h Unde os humeſcere incipiat, ut loquitur ipſe *Hippocrates* alibi.

i Fiat nova fluxio ut ajunt.

tionem exhibent, doloremque ad humerum, & jugulum & ad alam hanc ob causam excitant. Vena quæ splenitis appellatur à liene ad latus fertur, ex latere verò ad humerum & manum sinistram. Jecoraria autem ad dextram partem eodem modo; cumque ejus pars quæ in latere est, à rigore [k] contracta fuerit, sanguisque qui in ea continetur inhorruerit, alam & jugulum humerumque petit, & convellit, & dolore afficit. Ad eandem rationem loca quæ circa dorsum sunt incalescunt ab impacto lateri bilis & pituitæ humore & lateris locis inferioribus quandoque dolorem exhibet, & plerumque si ad inferiores partes convertat dolorem per venulas ad [l] vesicam transmittit, copiosaque biliosa urina [m] redditur, hujusque morbi causam & principium rigorem esse existimant. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 446. 447. Junge quæ fusè afferuntur. *Lib.* 2. *pag.* 468. 469. & *Lib.* 3. *pag.* 494. 495. 496. 497.

k Per spasmum seu convulsionem quandam.

l. m Hinc collige in pleuriticis considerandas esse urinas.

Morbi laterales & pulmonis inflammationes rarò invalescunt, ubi alvi liquidæ [n] fuerint. *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 254.

Qui acidum eructant, non admodum [o] morbo laterali corripiuntur. *Aph.* 33. *sect.* 6.

n; o Nota textum *Lib. de Aere, Loc. & Aqu.* continere rationem Aphorismi, etenim ideò acidum eructantes rarò pleuritici fiunt. *Ex Gal. Commentario*, quod ferè habeant alvum diffluentem.

Pleuritis [a] *dorsalis.*

Lateralis in dorso morbus, hoc aliis præstat, dorsum velut ex plaga dolor occupat, ingemiscit, respirat confertim, pauca confestim expuit, & corpus lassitudine vexatur, tertio aut quarto die urinam velut subcruentam saniem reddit, feréque quinto die moritur, sin minus septimo, quos si effugerit, vivit, &c. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 495. 496.

a Ad pleuritidem dorsalem revocari potest dorsalis morbus, supra perstrictus, quem *Salius* restringit ad mediastini membranas qua parte dorso connectuntur.

Pleuritis uti etiam peripneumonia, alia [a] *sicca, alia humida.*

Pulmonis inflammatio & morbus lateralis sine sputo ambo

a Pleuritidis differentiæ vel desumuntur à materia, unde aliæ biliosæ, aliæ sanguineæ, &c. Vel à

to ambo ex eadem causa, ex [b] siccitate contingunt. Siccant verò calida, etiam ubi supra modum calefaciunt & frigida quoque si supra modum refrigerant. Induratur autem & convellitur latus, quæque in eo insunt venulæ, & quantùm in eo est pituitæ & bilis id à caliditate intus arescit, doloremque infert & ex dolore febrem. Huic confert venam pertundere in brachio splenitidem aut jecorariam, ad utram sanè morbus vergit. Sicque dolor lateris & aliarum partium levior contingit. Vena enim quicquid in ea est pituitæ & bilis & sanguinis morbosi, unà cum his magna ex parte foras emittit. Pars verò ex carne per medicamenta & potiones effunditur, & per calefactoria extrinsecus admota. Adeò ut morbus per totum corpus spargatur, & hic morbus lateralis sine sputo appellatur, &c.

In morbo laterali & pulmonis inflammatione, ubi ægri, neque subcruentum, neque [c] lividum expuunt, nosse oportet vehementem morbum existere. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 448. 449.

Morbi laterales sine sputo molesti sunt. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 495.

partibus affectis, unde quædam pleuritis supera, quædam infera, seu hypochondriaca, quædam dorsalis, quædam exquisitè lateralis; vel desumuntur ab accidentibus, unde quædam sicca, quædam humida.

[b] Sicca hæc pleuritis distinguenda ab ea, in qua propter sputi tenuitatem aut visciditatem non procedit facilè expectoratio. Hic enim materia ex pleura secedit in pectus. At in pleuritide vel peripneumonia sicca nil inde decidit propter membranæ densitatem; unde diversa curandi ratio. Illic enim procuranda expectoratio hecticis sputum incrassantibus vel attenuantibus. Hic verò laxanda pars inflammata per venæ sectionem, præsertim & fomenta, frustraque usurpantur quæ promoveant expectorationem cum nullum adsit sputum. *Martianus.*

[c] Etiam si lividum sputum malè audiat apud Hippocratem, sæpiusque sit improbandum, præstat tamen tale expui quam nil omninò expui; siquidem ex eodem Hippocrate omne sputum quod dolorem levat, (quod etiam aliquando præstari à livido constat) sit censendum bonum.

Pleuritidis prognostica generaliora.

In morbo laterali si sputum circa initia [a] appareat, morbum breviat, si postea, producit. *Aph.* 12. *sect.* 1.

Expuitur ex [b] venarum distentione in morbo laterali quidem ex his quæ sunt in latere; in pulmonis verò inflammatione, ex his quæ sunt in pulmone, [c] quæ caliditatem ad se trahit. Quod si ægro abscessus intrò ruptus fuerit, & purulentus evadat, statim prima die sanguinem & pus subcruentum & lividum cum saliva expuit. Lividum autem à sanguine evadit, si pauci sanguinis ad multam salivam commixtio fiat, neque confestim spuatur, sed aliquandiu intus ma-

[a] Modò sit laudabile, in quo flavum albo sit mixtum, tunc enim ex coctione morbi securitatem & judicii celeritatem ostendit. *Galen.*

[b] Venarum distensio in causa est cur contenta materia exudet sæpius livida & cruenta, quia non mediante coctione, sed præ vehementia inflammationis excernitur, *ex Martiano*, qui notat duos hic proponi modos expectorationis sputi subcruenti,

neat semiputrefactum & effœminatum. Intereunt autem cum circa initia copiosa pituita & bilis ad latus impacta fuerit, multaque ex reliquo corpore præterea affluxerit, quam neque spuendo propter copiam, neque putrefaciendo superare possit. Arteriæ [d] autem implentur ab his quæ intus sunt, pituita & pure, ob idque stertit crebróque respirat. Ad extremum autem omnia occluduntur & perit; ad eundum modum ex pulmonis inflammatione pereunt. *Lib. 1. de Morb. pag. 449. 450.*

Cum morbus lateralis urget, unà [e] singultus adest, simulque cum sputo sanguinis grumos nigros tussi rejicit. Hic septimo die moritur, &c. *Lib. 3. de Morb. pag. 495.*

Quibus confestim spuitiones sunt varii generis, & dolores acuti admodum, ii tertio die moriuntur, quem si effugerint convalescunt. *Ibidem. pag. 496.* Seu *ex Coac. 379.* Quibus circa initia in totum sunt [f] purulentæ spuitiones, ii tertio die, aut quinto moriuntur; quos si superent, nec longè melius habuerint, septimo aut nono, aut undecimo suppurati fiunt. *Coac. 379.*

Morbi laterales sicci in quibus nil expuitur, gravissimi [g] sunt. Metuendi quoque in quibus dolores [h] ad superiora tendunt. *Coac. 381.*

Morbi laterales graviores qui sine [i] divulsionibus fiunt, quàm qui cum convulsionibus contingunt. *Coac. 382.*

Pleuriticis quidem alvum [k] mollescere, sputa colorari, strepitus nullos in pectore audiri, urinam placidè ferri: quibus contraria, molesta sunt, & sputum [l] dulcescere. *Coac. 386.*

Biliosi simul & sanguinei morbi laterales, ferè nono die, aut undecimo judicantur, ac maximè sanescunt. Quibus autem initio dolores leves sunt; quinto verò, aut sexto die ingravescunt, ad duodecimum ferè perveniunt, raróque [m] servantur, sed præcipuè septimo aut decimo secundo periclitantur; quòd si bis [n] septem evaserint, servantur. *Coac. 387.*

---

unum scilicet dum illud sensim & continuò resudat ab inflammata parte; alterum dum materia ob partis densitatem non resudat, sed collecta in unũ facit abscessum, quo rupto succedit rejectio subcruenti & lividi.

c Et caliditatem ad se ipsam affectio trahit. *Marinellus.*

d Asperæ scilicet arteriæ, quæ & bronchia dictæ ob cartilaginosam substantiam. *Gorreus.*

e Adducto in symptomatum Articulo, uti in graviore hepatis inflammatione accidit.

f Omnes codices habent purulentas spuitiones; at *Duretus* corrigit vocem πάμπυοι in παμτοῖαι, & vertit quibus variegatæ spuitiones, ut consentiat Coaca textui hic citato & rationi ipsi, siquidem spuitiones lethales sint sæpius lethales, purulentæ non rarò salutares.

g Quoniam in laxitatis vacuitate augetur dyspnœa, neque expectanda expectoratio facilis.

h Ob sympathiam nobilissimarum partium sociarum & vicinarum. *Duretus.*

i Vacuitas enim avulsionis indicat pectoris infirmitatem. *Duretus.*

k Quod indicat facultatis naturalis robur.

l Rationem obmissam à *Dureto*, (quod scilicet) hujusmodi dulcedo portendat empyema, reddit *Martianus. Annot. in Lib. 2. de Morbis.*

m Ideò rarò servantur, quia præter paroxysmum diei quinti labores venerunt sexto, quo nil ferè bene fit.

Quibus in morbo laterali plurimus ex ſputo in pectore ſtrepitus ſonat, & vultus demiſſus eſt, oculuſque aurigine ſuffuſus & caligine obductus, in his mors [o] expectanda. *Coac.* 388.

Quicunque pleuritide laborantes in 14. [p] diebus non repurgantur, hi ad [q] ſuppurationem tranſeunt. Quicunque verò ex morbo laterali ſuppurati in quadraginta diebus purgantur, ex qua die fit ruptio liberantur; ſin minus ad tabem tranſeunt. *Aph.* 8. *&* 15. *ſect.* 5.

Qui ex morbo laterali ſuppurantur in quadraginta diebus, poſt [r] ruptionem pus ſpuitione rejiciunt. *Coac.* 389.

In omnibus laterum & pulmonum morbis, ſputum promptè ac citò [s] excreari neceſſe eſt, flavumque ſputo [t] permixtum eſſe, *& cætera afferenda in Sputo, ex Coac.* 390.

Sputum quodcunque dolorem non tollit, malum: quod verò ſolvit, [u] bonum. *Coac.* 391.

In his & omnibus pulmonum morbis bonum [x] eſt morbum facilè ſuſtinere, dolore defungi, ſputum citò & ex facili educere, facilè ſpirare, ſiti eſſe vacuum, reliquum corpus æqualiter incaleſcere, ac molle eſſe; ad hæc ſomnos, ſudores, urinas, dejectiones probè fieri, &c. Carptim *ex Coac.* 393.

Denſa & exercitationi dedita corpora citius [y] ex morbo laterali & pulmonis inflammatione intereunt, quàm quæ ſine exercitatione degunt. *Coac.* 398.

In dolore lateris ſanguinis è naribus ſtillatio [z] mala eſt. *Coac.* 405.

Lateris dolor cum bilioſo ſputo per rationem evaneſcens, ægros in vehementem & furioſam mentis emotionem [aa] agit. *Coac.* 418. *&* Lib. 1. *Prædictorum. ſect.* 97. [Quò referri poteſt Sententia 22. ejuſdem libri, de raris laterum doloribus delirium portendentibus, quam interpretatur *Mercurialis de Pleuritide bilioſa.*

Dolor lateralis bilioſus [bb] mitior eſt: cruentus [cc] au-

NOTÆ.

n Quod diei decimi quarti ſit magna laus in criſi ſecunda. *Duretus.*

o Deſperatio ſalutis eſt in ſtrepitu pectoris, collapſorum autem principatuum viriumque effœtarum ſigna ſunt, facultatis quidem animalis, in concuſſione thoracis imbecilla, caligatione & obſcuratione viſus, naturalis in ictero, vitalis in facie mœſta & demiſſa. *Duretus.*

p Hos alii ſupputant à morbi principio ut *Heurnius*; alii à die quo æger cœpit expuere, ut *Fuchius, Plantius, Martianus*, ex Anaxionis Hiſtoria.

q Seu verum empyema intelligamus. Seu quamlibet in pus mutationem. *Ex Galen.* At ſæpe materia in thorace conſumitur, partim loci caliditate, partim expectoratur vitato empyemate, ut notat *Mercurialis*, hic & nos paſſim experimur.

r Sive empyemata rumpantur vigeſimo, ſeu trigeſimo, ſeu quadrageſimo, ſeu ſexageſimo. *Ex Dureto.*

ſ. t Eſt enim victricis naturæ magiſterium coquere & accuratè permiſcere; *Duretus.*

u *Duretus* exiſtimat difficilem ſenſum hujus Sententiæ, quod nunquam tuta ſit levatio quæ cum pravis ſignis affertur.

x Quòd vitæ & animalitatis firma appareant præſidia, nulla adſit rheumatis bilioſi concitatio; ipſum verò rheuma conſiſtens ſuo exitu libero & liberali adferat libertatem ſpirationis cum redintegratione partis obſeſſæ. *Duretus.*

y *Duretus* vult exercita-

tionem tum esse parentem pleuritidis, cum ea fuerit naturæ molesta & labore ipso, & continuatione & repentina mutatione unius in aliud genus laboris, quod confirmat experientia rusticorum qui lethalem pleuritidem sæpius incurrunt ex incauta hujusmodi exercitatione.

tem vehemens, & gravis, & lethalis. *Lib. 3. de Morb. pag.* 495.

In Omnibus laterum morbis dolores [dd] interdiu quàm noctu leviores esse solent. *Ibidem. pag.* 496.

Lateris dolor cum diuturna [ee] febre futurum empyema denunciat. *Coac.* 421.

z Ut omnes causæ judicatoriæ exiguæ.

aa Nam biliosus humor suo orgasmo ciet anadromem non prius subsistentem, quin ad cerebri arcem pervenerit, nisi prævertat copiosa hæmorrhagia. *Duretus.*

bb Intellige de sputo bilioso sanguini pauco permixto.

cc Cum sanguis prodit metus & nigrescens, rupta, exesa vel aperta vena. *Duretus, ad Coac.* 390. At vide plura infra *in Sputo sanguineo.*

dd Noctu siquidem exacerbatur fluxio, & minus liberè perspirat corpus.

ee In quam degeneraverit, ut non rarò fit, pleuritica febris.

Pleuritidis prognostica, ex lingua.

Quibus in morbo laterali lingua circa initia [a] biliosa est, hi intra [b] septimum judicantur. Quibus verò tertio aut quarto die, circa nonum. *Coac.* 383. Quod si bulla aliquantùm livescens in lingua [c] appareat initio, qualis excitatur ferro candente in oleum intincto, [d] difficilior fit solutio, & [e] judicatio ad decimum quartum diem deducitur, sanguinem autem ut plurimùm expuunt. *Coac.* 384. & *Lib. 3. de Morb. pag.* 496.

a Lingua fit biliosa vel metastasi vel epigenesi bilis pleuriticæ prorumpentis à pleura secundùm membranam quæ à larynge exorta linguæ obducitur.

b Quod enim tam citò suffunditur lingua citra fissuram aut nigredinem cita denunciatur crisis.

c Exudante sero atrabilario per membranam laryngis.

d Propter humoris morbiferi feritatem.

e Quæ judicatio non fit omnino tuta sed recidivæ obnoxia: hactenus ex *Dureto.*

Pleuritidis prognostica, ab urinis & dejectionibus desumpta.

Loca quæ circa dorsum sunt incalescunt ab impacto lateri pituitæ & bilis humore, & lateris locis inferioribus aliquando dolorem exhibet, & plerumque si ad inferiores partes convertatur dolorem per venulas ad vesicam transmittit, copiosaque & biliosa [a] urina redditur. Carptim ex Textu. *Lib. 1. de Morb. adducto nuper in Pleuritidis generatione.*

a Sic aliquando per urinas expurgari pleuriticos & purulentos docent passim Neoterici post *Galen.*

In late-

In lateris doloribus urina [b] cruenta, [c] obscura cum sedimento vario [d] & indiscreto ut plurimùm in decimum quartum diem [e] mortem adfert, quemadmodum quæ viridis [f] nigrum habet sedimentum, aut furfuribus simile. *Ex Coac.* 581.

Laterum dolore affectis urina aliquantùm rubra, lævem habens subsidentiam, securam [g] judicationem prænunciat. Quæ verò aliquantùm [h] pallida, bene florulenta, sedimentum pallidum [i], læve, ac purum habet, [k] diuturnum valdeque turbulentum morbum fore & in alium transiturum, non tamen [l] perniciosum, &c. *ex Coac.* 586.

A Morbo laterali & peripneumonia [m] habito, alvi profluvium superveniens lethale. *Aph.* 16. *sect.* 6.

In morbo laterali & pulmonis inflammatione detento, aut suppuratum thoracem habenti, alvus turbata malo est. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 433.

qua ratione autem id fiat docet *Laurentius Lib.* 9. *quæst.* 12.

b Quæ sic apparet à fero inflammato.

c Umbrosa, fusca, caliginosa.

d Ob causæ morbificæ varietatem.

e Succedente nova recrudescentis morbi materia ex hepatis vitio, cui non sufficiat liberalis expectoratio, unde tandem intercipitur respiratio.

f Viridis hæc coloratio fit à bile tum æruginosa tum atra per venas diffusa. *Duretu.*.

g Tunc enim nil de vitio partium inferiorum succrescere credibile, quod novum negotium thoraci facessat. *Duretus.*

h Subviridis idest modico virore tincta. *Duretus.*

i Viridem hypostasim. *Ex Dureto.*

k. l Imò ancipitem & periculosum. *Duretus.*

m Vox (habito) habet emphasim ad denotandam fortem affectationem alvi, qua adductum fuerit hepar in sympathiam thoracis grarius affecti: moderatæ siquidem pleuritidi uti peripneumoniæ alvi fluxus, non tarò utiliter superveniat, maximè si appareant coctionis signa. *Ex Gal. ad Aph.*

Pleuritidis prognostica ex sudoribus.

Septimo die lavandum, ut ex balneo sudor [a] oboriatur, *& cætera mox adducenda in Curatione, ex Lib. de Loc. in Homine.*

Abderæ Anaxionem febris acuta prehendit, lateris dextri dolor continens tenebat, tussis erat sicca, siti cruciabatur, atque insomnia; urinæ probè coloratæ erant, copiosæ & tenues; sexto die deliravit; septimo molestè habuit, [b] octavo secta in cubito vena sanguis multus effluxit, dolores remiserunt; verùm tusses siccæ perseverarunt. Undecimo leviores fuerunt febres, paucus sudor circa caput prodiit. Decimo [c] septimo cœpit pauca & concocta expuere. Vigesimo sudore oborto febre liber fuit; sitis tamen vexabat, nec probæ pulmonis expurgationes erant: vigesimo

a A sudore enim copioso ex universoque corpore manante, & calido fit revulsio rheumatis concitari in pleuram. Unde laxamentum doloris præsertim in biliosa & sanguinea pleuritide accidit.

b Notat *Galen.* vix in ulla epidemiorum Historia factam venæ sectionis mentionem ab Hippocrate quàm in Anaxione, licet probabile sit ab illo frequenter celebratam, at hic commemoratam quod facta fuerit die octavo ad sugillandum errorem Me-

ſeptimo rediit febris, tuſſivit, concocta plurima eduxit. In urinis alba multa ſubſidebant, ſitis deſiit, ſomnum cepit. Trigeſimo quarto ſudore [d] per totum corpus diffuſo, febre liberatus eſt, & prorſus judicatione abſolutus. *Hiſtoria octava. ſect. 3. Lib. 3. Epid.*

dicorum ſui remporis abhorrentium ab hac vacuatione poſt quartum diem elapſum.

c Ergo non ſemper ſuccedit empyema quories expectoratio protrahirur ultra decimum quartum diē, ut notatum ſupra *ad Aph. 8. ſect. 5.*

d At exiſtimandus eſt ſanatus Anaxion non minus, imò magis à ſputis quæ vigeſimo ſeptimo plurima præceſſerant quàm à ſudoribus concurrentibus pluribus criſeos ſpeciebus.

Pleuritidis curatio.

Lateris dolorem ſive per exordia, ſive poſtea incidat, fomentis calidis tentare diſſolvere, abſurdum non eſt; quorum optimum eſt aqua calida in utre vel veſica, vaſe æneo vel teſtaceo adhibita aut ſpongia mollis & magna ex calida aqua expreſſa, &c. Ad ſiccum autem fomentum ſales & milium torrefactum in ſacculis lineis maximè accommodantur, lene enim & blandum eſt milium; ſed & mollia hujuſmodi fomenta dolores etiam ad jugulum pertinentes ſolvunt. At venæ [a] ſectio non æquè dolorem ſolvit, niſi dolor ad jugulum pertingat. Quòd ſi ad fomentum dolor non remittat, non multo tempore calefacere convenit, quòd id pulmonem exciccet, & pus intrò thoracem colligat; ſed ſiquidem dolor ad jugulum de ſe ſignificationem præbeat, ad brachium verò, vel circa mammam vel ſupra ſeptum tranſverſum gravitatis ſenſus inſit, internam in cubiti flexu venam ſecare, & quàm citiſſimè copioſum ſanguinem detrahere convenit, eò uſque dum multò rubicundior, aut pro puro & rubro lividus effluat; Utrumque enim uſu evenit. Si verò eas quæ ſunt [b] ſub ſepto tranſverſo partes dolor affligat, nullamque ad jugulum de ſe ſignificationem præbeat, alvum veratro nigro aut [c] peplio emollire oportet, ea ratione ut veratro quidē daucum, aut ſeſeli, aut cuminum, aut aniſum, aut aliud quid benè olens admiſceat. Peplio verò laſeris ſuccum, &c. Dolorem autem hæc duo ſedant. Sedant

a Colligere eſt *ex textu Lib. 1. de Morb. in Pleuritide ſicca adducta*. uſurpatam poriſſimùm fuiſſe ab Hippocrate venæ ſectionem in pleuritidè ſputi experte, maximéque dum ad jugulum tendit dolor, cum gravirare brachii & venarum: verûm ubi liberè & liberaliter expurgatur ſputum & caret omni excurſu quem ciet febris, & bella eſt urinarum expurgatio, runc noxia venæ ſectio qua ſputum retrahitur. *Ex Dureto* poſt Holerium. Huc etiam viderur perrinere *textu Epidemior.* de venæ ſectionis impedimento incruenta ſpuenribus, auctoritaſque *Galeni* afferentis *in Comment.* hiſtoriam cujuſdam pleuritici liberè ſanguinem ſpuentis curati abſque venæ ſectione.

etiã & alia multa quę [d] alvum ſubducũt medicamenta. Sed ex his quæ novi hæc ſunt optima. *Lib. de Acutis. pag. 369. 370.*

Circa pulmonum & laterum inflammationes, iſtud conſiderandum, num febris adſit acuta, & dolores alterius lateris aut utriuſque affligant, & num laboret, dum ſpiritus ſurſum fertur, tuſſes adſint, & ſputa educantur rufa, aut livida, aut etiam tenuia & ſpumoſa & florida, &c. His hæc inſtituenda curatio; ſiquidem dolor ſurſum ad jugulum tendat, vel ad mammam aut brachium, internam brachii venam ſecare oportet ea parte [e] qua dolor affligit, & ſanguinem detrahere pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & calore; & ſi dolor acutus fuerit, ad animi deliquium [f] uſque ducere. Poſtea [g] alvi infuſum per clyſterem exhibere. Quòd ſi ſub thorace dolor valde urgeat, alvum medicamenro purgabis, &c.

Quarto die medicamentum propinato, tribuſque primis diebus alvum per infuſum ſubluito, atque ſi ſic non [h] levetur, aliquantùm purgato. Cuſtodia deinde opus eſt, dum æger febris ſit expers, & ad ſeptimum diem pervenerit. Deinde ſi in tuto verſabitur, ſic primum tenuem modicumque [i] ſuccum ex melle exhibeto. Quòd ſi facilè ſputum educatur, benè ſpiret, & circa latera dolore careat, paulò craſſiorem, biſque de die dato. Si verò non facilè liberatur, minorem potionem & paucam ſorbitionem, cremorem tenuem & ſemel exhibeto, eo quo melius degit tempore, quod ex urinis deprehendes, *& cætera afferenda in Diæta*, *ex* Lib. *de Acut. pag.* 390.

Lateris, pectoris & dorſi dolorem balneum [k] mitigat, ſputum maturat, educit, & facilem ſpirationem reddit, *& cætera ſupra in Balneo ex eodem.* Lib. *adducta.*

Lateralis morbi hæc inſtituenda curatio febrem per ſeptem dies [l] ne ſedato, potione verò aut aceto mulſo, aut aceto & aqua utendum, eaque quàm plurima offerenda, ut quæ inde contingit madefactio excrea-

NOTÆ.

[b] Has partes interpretatur *Martianus* lateris mollitudinem ad regionem hypochondriorum ab infernis coſtis in pubem uſque dum à latere in has partes dolor inclinat.

[c] Nota emollire per eccoprocticon medicamentum.

[d] Non eſt enim intelligenda purgatio fortis quæ humores exagitet, cum autem nobis ignota ſit Ars præparandi ſeu veratrum ſeu peplium tam innoxiè, longè tutius abſtinere etiã hoc caſu purgatione, uti verò venæ ſectione *ex Galeni* ſenteptia.

[e] Recto tramite à latere dolente, inquit *Galenus.*

[f] Quod deliquium eſt exoptandum ſummopere; etenim quantulàcunque facta fuerit vacuario, plus proderit revellendo & refrigerando ſuccedente deliquio quàm major facta ſine virium lapſu *ex Martiano* affirmante obſervatum à ſe ſemper ſedationem doloris hac ratione.

[g] Non enim neceſſe fuerit ut ſemper clyſter præmittatur quod quidam ſuperſtitioſè nimis obſervant.

[h] Nunquid hoc caſu concedi poterunt anodyna ex opio, mandragora, hyoſciamo Hippocrati in febribus familiaria. Negat *Galenus Comment.* 1. *Lib. de Acut.* monens illorum uſu dolorem minimè tolli, ſed ejus ſenſum.

[i] Hordei ſcilicet cum ægrorum interitu auferri.

[k] Hanc doloris ſedationem ſe tutius procurare exiſtimarunt recentiores Medici per ſola fomenta, linimentaque.

[l] Ideſt non conveniunt initio frigidiora medica-

tionem faciat. Dolor medicamentis calefacientibus sedandus [m] & sorbitione exhibendum quicquid excreationem movere possit. Balneis etiam quarto die utendum; quinto autem & sexto oleis illinendum. Septimo lavandum nisi febris dimiserit, ut ex balneo sudor oboriatur. Quinto insuper & sexto [n] validis utendum excreationem promoventibus medicamentis, quò facilius transfigatur dies septimus. Quod sinèque desierit die septimo, desinet nono, nisi quid aliud periculum contingat, &c. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 410.

Curandi sunt morbi læterales velut phrenitis & pulmonis inflammatio, præter quàm quod calidis balneis & [o] vino dulci utendum, &c. Post balneum vinum dulce dilutum potui exhibendum minimè frigidum, paucum ex angusti oris poculo: cumque tussis invaserit, superbibendum & quàm maximè excreandum & potu humectandum, ut pulmo humidior redditus, facilius ac citius sputum rejiciat, & tussis minus vexet. Carptim *ex Lib. 3. de Morb. pag. 496.*

In cruenta spuentibus sangninis detractionem [p] prohibent anni tempus, lateris dolor, bilis. *Lib. 6. Epid. sect. 3. in fine.*

NOTÆ.

menta solam febrem respicientia, quæ dum poros sua frigiditate constipant, plus lædunt, quàm prosint, inquit *Matianus*, improbans hac ratione usum papaveris rubri nobis adeò familiarem.

m Cur non statim venæ sectio? respondet *Mercurialis in Practica*; primò hũc librum non esse Hippocratis, deinde & rectius obmissam brevitatis causa mentionem remedii, de cujus necessitate liquidò constet.

n Aristolochia, hyssopo, cumino, laserpitio, peplo albo, æris flore & melle ex aceto & aqua, nitro etiam, sinapi, nalturtio, pipere. *Lib. 3. de Morb. pag. 497. 498.*

o Hoc improbat *Mercurialis*; at *Martianns* notat Hippocratem concessisse vinum in pectoris affectibus, non ut alimentum simplex, sed ut medicamentum alimentosum, quo sputum facilius educatur, aut medicamentorum virtus ad ipsos pulmones perveniat.

p Vide quæ annotabuutur in hanc Sententiam infra Atticulo de *Sanguinis missionem impedientibus.*

Pleuriticorum infelix [a] *per alvum purgatio.*

In Ceniadis Scomphus lateris dolore detentus septimo die mortuus est cum delirio. Medicamentum autem deorsum purgans ebibit, cùm ipso ante purgationem die mente constaret, neque multùm purgatus est. In purgatione verò ipsa deliravit, ex initio ferè. *Lib. 5. Epid. pag.* 1038.

a Cum quidam Medicus ægrum commodè spuentem octavo die purgasset ex Rhei infuso & diaphœnicone. Inde cohibito sputo, mors subsecuta die. 12. *Zacutus Lusit. Lib. 2. Praxis mirandæ observat.* 116.

Pleuriticorum [a] *diæta.*

Si lateris dolore adhuc continuo, neque ad calida fomenta remittente, suppuratoque minimè prodeunte, sed extremè [b] glutinoso reddito citra concoctionem, &c. ptisanam ita affectis aliquis dederit, præcipites eos in mortem adducet. Has igitur ob causas, qui tota utuntur ptisana septimo die aut citius moriuntur, partim quidem mente læsi, partim orthopnœa & stertore suffocati, quos veteres [c] syderatos ideò existimarunt, quod ipsis mortuis latus lividum, plagæ non absimile deprehendatur. *Lib. de Vict. in Acutis. pag.* 377. 378.

Neque solùm ista deprehendunt, si ptisana intempestivè utatur, verùm etiam & multò magis si quid ptisana [d] minus conveniens ederint aut biberint. *Ibid. pag.* 368.

Sorbitionem his in morbis non prius [e] offerre oportet, quàm urinas & sputa concocta videris. *Ibidem. pag.* 390.

Potiones [f] acidiores propinandæ, ut sputum de latere sursum educatur. *Lib. de Affect. pag.* 529.

Ubi in tuto versabitur æger, sic primùm tenuem, modicumque succum ex [g] melle exhibeto, *& cætera nuper adducta in Curatione Pleuritidis. Ex* Lib. *de Acut. pag.* 390.

a Diæta hæc consistit in usu ciborum, meabilium, concoctu facilium, omnis qualitatis expertium, & minimè sitiferorum. *Duretus in Holer.*

b Album & rotundum jungi solet viscido & glutinoso, eaque tria simul jungit *Hippocrates. Lib. Prænotionum.* Hujusmodi verò sputum indicat perustum humorem ab æstu inflammatarum partium. *Ex duret. ad Coac.* 14. *capite de Pleuritide.*

c Tum propter necis celeritatem, tum propter lateris livorem, sanguine in latus ob dolorem perveniente, unde cutis livor, qualis ex plaga contusa, *Galen.*

d Qualia existimat *Duretus* carnium expressiones, & tortiva jura, consumpta, distillata, quæ acria & sitifera: at juvant juscula herbis medicatis saporata. *Ex eodem Dureto.*

e Itaque in acutissima pleuritide primò septenario terminanda solo potu sustinebantur ægri ab Hippocrate mulsa videlicet & aceto mulso; inquit *Martianus.*

f Pleuriticis conveniunt acida dum iis procedit sputum ob lateris infirmitatem ad excitandam expultricem facultatem.

g Aut puro aut acidulato: notandum enim *ex Mercurialis Comment. in Lib. de Acutis.* non esse semper dulcibus utendum in pulmonum morbis; quod biliosos lædant tum morbos tum habitus; hos enim experimur post syruporum dulciumque hujusmodi usum, reddi statim anxios, siticulosos, & æstuantes.

[a] *Plumbago*, [b] *plumbeum*, *plumbea* [c] *lamina.*

Plumbaginem in pila lapidea terito, & affusa aqua menstrua pastillos conficito, & ubi siccati fuerint & oleo dissoluti faciei rugas inungito. *Lib.* 2. *de Morb. vulg. pag.* 743.

a Græcis Molybdæna medicamentum ex plumbo fervescente factum, seu purissimum plumbum in cinerem ustione redactū. *Gorreus.*

b Plumbeum modo sumitur ab Hippocrate pro collyrio plumbeo quod indebatur ulceribus fistulosis,

Post recens adhibitum balneum & fomētum specillo stanneo os uteri diducito & dirigito, aut plumbeo utitor, initio à tenui ducto, deinde crassius adhibeto, &c. *Ex* Lib. *de Superfœtatione*, ubi *de Reductione oris uteri distorti.*

Pluvia. [vide plura *Articulo de Temporibus anni, ubi de pluviosa constitutione.*]

Odorem pravum habet aqua pluvia, quod ex pluribus collecta & permixta, proindéque celerrimè putrescat, *& cætera adducta de Aquæ facultatibus & differentiis, ex Lib. de Aere, Loc. & Aqu.*

Podagra, supra *in Arthritide.*

[a] *Pæonia.*

Crethmi corticem & pœoniæ grana quinque, & sambuci fructum ex vino jejuna bibat. *Lib. de Nat. in Hydrope uteri. pag.* 595.

Nisi menses erumpant, cantharidas quatuor, pœoniæque nigræ grana quinque, & sepiæ ova, linique semen ex vino bibat. *Ibidem.*

Radix ex vino potui exhibita, fœtum mortuum & secundinas ejicit. *Ibidem. pag.* 665.

Polenta [a] Ἄλφιτον.

Polenta ex hordeo decorticata & circùm affusa aqua respersa valentior est quàm ex macerato, & recens quàm vetustior. *Lib. de Intern. affect. in Lienis morbo primo. pag.* 574.

NOTÆ.

c Hac usum Hippocratem ad refrænandam cancri malitiam constabit brevi *Articulo de Polypo.*

a Pœonia omnino desiccat, itaque non desperaverim eam collo suspensam epilepsiã sanare. Vidi enim puerum cui cum suspensa collo radix decidisset, protinus denuò convulsione correptum, rursusque suspensa radice sanatum, inquit *Gal. Lib. 6. Simplicium.* At nostro tempore aut amissam hujusmodi virtutem existimat *Mercurialis*, aut nos ea indignos, quod neminem viderimus ea adjutum. *cap. de Epilepsia in practica.*

a Laudatissima parabatur ab antiquis ex recenti hordeo mediocriter frixo, aliquando etiam ex aliis cerealibus, siquidem polentæ triticeæ meminit Hippocrates. *Lib. 1. de Morb. mul.* asservabatur autem in varios usus eo modo quo nunc temporis avena fricta *Gruau* dicta.

Pollex, supra in Digito.

Polypodium,[a] Filicula.

Huic medicamentum quod pituitam educat exhibendum, &c. aut Carthamum, aut Cneorum, aut Polypodium. *Lib.* 1. *de Morb. mul.* Ubi *de expurgandis puerperis à pituita.*

[a] Purgat bilem etiam *ex Dioscoride*, quòd maximè de bile atra intelligendum ut notat *Actuarius*.

Polypus[a] morbus.

Si polypus naso innascatur, velut quiddam flatu distentum ex obliquo nare intumescit, eximitur autem laqueo ad os pertractus. Quidam etiam medicamentis tabefaciunt. *Lib. de Affect. pag.* 528.

Si polypus[b] in naso oriatur ex mediis cartilaginibus velut gurgulio dependet, & ubi spiritum expellit, foras mollis progreditur. Ubi verò attrahit, retrò fertur, vocem obscuram & inter domiendum stertorem facit. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 464. Ubi proponuntur quatuor omnino polypi differentiæ.

In cartilaginis summa parte ex obliquo velut cancri parvi exoriuntur, quos omnes[c] inurere oportet, inustos veratro aspergere. Ubi verò putruerint æris flore cum melle exterere & plumbea lamina percurare. *Ibidem. pag.* 665.

[a] Caruncula *ex Celso* modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pendens narem implet, modò retrò per foramen palati adeò increscit, ut post uvam conspici possit. strangulatque hominem, maximè Austro aut Euro flantibus. Quæ verò recentibus ulceribus neglectis caro plerumque excrescit, Sarcoma nuncupatur. *Fernelius.*

[b] Eximendi tutissimè polypi rationem tradit *Fabritius ab aquâ pendente* invento à se instrumento.

[c] Attamen si cancerosus fuerit polypus non attingendus *ex Paulo*, sed blandioribus tantùm lactandus æger. Vide prædictū *Fabritium, In Operatione Chirurgica.*

Polypus piscis.

Polypi & sepiæ neque leves sunt, neque alvum dejiciunt, & si edantur oculos gravant, illorum tamen jus alvum movet. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 326.

Poma.

Poma[a] cum pro natura humana valentiora sint, ab his abstinere præstat; quòd si quis cum aliis cibis utatur, minimè deliquerit. *Lib.* 3. *de Vict. rat. pag.* 342.

[a] Poma interpretatur *Martianus* hic de fructibus omnibus æstivis.

Aqua intercus ex liene oritur, cum quis ficus virides & poma multa comederit. *Lib. de Intern. affectibus. pag.* 1106.

Nicoxeno Olynthi lienoſo à febre ferè conſumpto potus erat pomorum ſuccus frigidus. *Lib. 7. Epid. pag.* 1105. 1106.

Porcellus. Porcina caro, infra *in Suilla.*

Porrigo, [a] *Pityriaſis.*

In capitis doloribus diuturnis & gravibus ex [b] uſu eſt caput etiam porrigine tentari. *Lib. 2. Prædictorum pag.* 108.

a Porrigo fit, cum inter pilos capitis, rarius in barba, aliquando in ſuperciliis renues quædam ſquamulæ ſurgunt, ſeu ut ait Senerus,
Cum caput immenſa pexum porrigin eningit. Gorreus.

b Eſt enim hujuſmodi levis deſquammatio ſpecies abſceſſus critici. *Ex Lib. 2. Epid. ſect.* 1.

Porrum.

Porrum cepa minus calefacit. Urinam verò [a] & alvum movet, habetque vim quandam purgantem. Humectat autem, & ructum acidum ſedat, ipſúmque poſt reliquos cibos comedere præſtat. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

Porra quidem cocta urinam & alvum movent; crudã verò incendium & inflammationem excitant. *Lib. de Affect. pag.* 546.

a Porrum bim habet calefacientem & extenuantem, *Ex Gal. urinam ciet & menſes. Dioſcor.*

[a] *Portulaca.*

Portulaca fluviatilis refrigerat, & ſale condita calefacit & expurgat. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

a Portulaca ut alimentum parum nutrit, eſtque frigida, humida & lenta; ut medicamentum verò ſtuporem dentium ſanat ſuo lentore morſus experte, renes & veſicam adjuvat, contra lumbricos efficax. *Dioſcor.*

Potulentorum ægris concessorum varietas.

Vinum dulce, & vinoſum, & album, & nigrum, & aquam mulſam, & aquam & acetum mulſum, his

notis

notis in acutis [a] distinguere oportet, &c. *Lib. de Acut. pag.* 376.

Unde locus integrior afferendus in *Vino*. At de reliquis potibus qualis est hordeaceus, & qui ex virente herba, & uva passa, & ex vinaceis, & tritico & Cnico, & myrti baccis, & malo punico dicetur in ipso morbo, &c. *Ibidem. pag.* 380.

Ex potionibus quæ aquosiores sunt tardius permeant, & veluti in orbem actæ circum præcordia fluitant, neque ad mictionem decurrunt. Quibus siquis repletus fuerit, is nullum opus ex his celeriter conficiet, quæ corporis contentionem, robur, aut celeritatem ad laborem requirunt: quàm plurimum autem quiescat donec unà cum cibis concoctæ fuerint. At verò meraciores & austeriores potiones in corpore [b] palpitationem & in capite pulsationem efficiunt. Hi bene habent si insuper dormiant, & calidum aliquid suavissimum sorbeant. *Ibidem. pag.* 393.

In febre potui exhibenda calida aqua mulsa, & acetum, tum aqua, eaque quam plurima propinanda; potus enim minimè [c] frigidus ingestus in corpus, cùm calidus existat & maneat, ex ægro corpore a detrahit, sive urinas deducat, sive sudorem eliciat. Undique enim apertum corpus & respirans ac motum, quod conducat, faciat. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 413.

Has potiones refrigerantes febre ardente laborantibus cum voles exhibeto, quæ multarum sunt virium. Aliæ siquidem mictionem provocant, aliæ alvi subductionem, aliæ utrumque, aliæ neutrum. Aliæ autem refrigerant tantum. Quædam parantur cùm favis siccis in aqua cum [e] apio decoctis. Quædam [f] cum semine lini ex plurima aqua decocto, dùm aqua pinguis evadat. Quædam ex mulsa decocta injecto apio. Quædam ex hordeo Achilleo in aqua decocto. Quædam ex cumino [g] aqua etiam incocto.

Aqua etiam cœlestis sola exhibita: vina etiam alba ex uvis passis aquosa, Uvarum passarum fæces vina-

[a] Quòd multi abutantur vino tanquam concesso ab Hippocrate, etiam in acutis; ideò *Mercurialis Comment. in Lib. de Acut.* illud concedit tantùm ratione virium conservandarum in iis qui sunt sua natura debiles, quales sunt senes, quique alios potus aversantur, modò delirium, capitis dolor, aut aliud vehemens symptoma non prohibet. Quod verò aquam attinet, ejus vitia clarius exprimuntur *eodem Lib. pag.* 380. unde adductus locus Articulo de *Aquatione pro potu sanotum*.

[b] *Martianus* monet non esse intelligendam veram hic palpitationem ab incluso spiritu, sed quosdam motus tremulos & vibrantes ebriis familiares ob cerebri oppressionem.

[c. d] Nota potum actu frigidum diutius morari in ventriculo, quo usque superatum fuerit ab ejus calore, itaque non tam citò deferri seu per urinas, seu per sudorem, neque ita perspirationem corporis promovere.

[e] Apii radicis decoctum commendatur à *Galen.* pro potu ordinario in febribus putridis. *Lib.* 11. *Meth. cap.* 9.

[f] Seminis lini decoctum tussim lenit, & alvi excrementa evocat. *Dioscor.*

[g] Cumini semen urinam movet & flatus discutit. *Gal. Lib.* 7, *Simplicium.*

ceæ expressæ, dilutæ ad idem valent, &c. Inter quæ commendatur trium aut quatuor ovorum candidum aquæ congio subactum, quod admodum refrigerat, & [h] alvum subducit. Vinum Thasium vetus aquæ 25. partibus [i] ad unam vini partem admixtis, indubitanter sitim sedat. Mala [k] odorata dulcia contusa aqua macerata, si alvus in febre ardente soluta fuerit. Omnia autem nocturno sereno [l] exposita febricitanti exhibeto; his exceptis quibus alvus plus æquo est humida, Carptim *ex Lib.* 3. *de Morbis*, ubi plura alia potionum genera.

Acetum album [m] aqua temperatum potui exhibeto. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 459. *in Cerebri syderatione.*

Vulneratis aquam vel acetum potui exhibeto. *Lib. de Affect. pag.* 540.

h Est etiam insignis efficaciæ ad lenienda interna viscera intestinorum, renum, & vesicæ. *Et Mathiolo.*

i Vini Thasii summam dilutionem imitatus *Galenus Comment.* 3. *Lib. de Acut.* seni cuidam tantillum vini concessit aquæ instillatum ad illius distributionem juvandam, unde incidit in scomma alterius Medici exprobrantis quod vinum exhibuisset ægro non bibendum, sed tantum modò videndum.

k *Salius* intelligit poma vulgaria; *Martianus* verò mala granata & odorata, quæ Hippocrates præferat tum acidis tum vinosis ob majorem suavitatem.

l Ut tenuiora & puriora reddantur *ex Martiano.*

m Oxycratum vulgò quo nil convenientius æstate in febribus & quovis æstu cum strenuè refrigeret, quiduis permeet & summè humectet. *Galen. Lib.* 1. *de Alimentorum facultatibus.*

Potionum seu potulentorum transmißio qua ratione fiat.

Potus per fauces & gulam, arteriæve summum, quod larynx dicitur, in pulmones [a] & arteriam fertur, ex quibus in summam vesicam. *Lib. de Ossium natura. pag.* 242.

Potus in ventriculum concedit, à ventriculo verò in reliquum corpus exhauritur. Ad hæc verò argumenta animum attendere oportet; quæ perferam cur potus in ventriculum non in pulmonem concedat. Si enim potus ad pulmonem ferretur, ubi pulmo oppletus esset, non facilè quis spiritum trahere, neque loqui [b] posset. Neque enim pulmone pleno esset quod resonaret, & hoc quidem unum est argumentum; deinde si potus ad pulmonem ferretur, cibi in nobis sicci non similiter coquerentur. Quin & medicamenta ventriculum subducentia, ubi potum sumpserimus.

a Sunt alii loci à nobis adducti Articulo *de Gula*, quibus innuit Hippocrates potulenta deferri per asperam arteriam in pulmones, de quorum conciliatione cum doctrina hic posita quæ constans manet, vide *Laurentium quæst.* 25. *Lib.* 11. Item quæ annotavimus prædicto Articul. *de Gula.*

b Imò strangulationis magnum inde periculū adesse testātur Historiæ Poetæ Anacreontis ex uvæ acino, Fabii Senatoris ex pilo in lacte hausto peremptorum.

extrà ventriculum ferentur, &c. Quæ omnia cum valde urant, & ex his quidem valentiora, si fortè mollem aliquam corporis partem contigerint, eam ulcerant. Quod si aliquod ex his medicamentis ad pulmones veniat, malum ibi excitabit, cum quiddam tenerum & rarum sit pulmo, quem pituita è capite veniens, etiam pauco tempore exulceret. Cartim *ex Lib. 4. de Morb. pag.* 525.

[a] *Potatores egregii.*

Quibus capita debilia fuerint, ii nunquam egregii potatores fuerint, quod eos crapula magis vexet. *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 257.

a Egregiam comporationem quibusdam populis commendatam annotatum *cap. de Dolorib. à crapula.*

Præcordia supra *Hypochondria.*

Prænotio, [a] *Prædictio, Divinatio.*

Prędictiones Medicorum referuntur permultæ, tum præclaræ, tum admiratione dignæ, quales neque quidem prædixi, neque quenquam qui prædiceret audivi; ex quibus quędam sunt hujusmodi, hominē, qui Medico & cæteris periclitari videretur, ingressus alius Medicus pronunciavit non periturum, verùm oculis captum fore. Alium verò qui prorsus malè affectus existimabatur, ex morbo quidem relevaturum, verùm mancum futurum; & in alio prorsus desperato pronunciasse ipsum quidem sanum fore, at pedum digitos denigratos putrilaginem contracturos. Alia præterea prædictionum forma esse dicitur quæ dignoscit, siquid in Athletis aut ægris in cibo prætermissum sit, aut mutatum; si potu pleniore utantur, aut deambulationem intermittant, aut quid circa res venereas agitent, &c. Ego autem hujusmodi vates esse nolo. Signa verò describam, ex quibus quis sanos fore aut morituros homines conjectura [b] cognoscat, eosque qui brevi aut longiore temporis intervallo sani sunt futuri, aut morituri, quemadmodum & de his quæ abscedunt,

a Quantum veteres Medici maximéque Hippocrates excelluerint in prognostico constat ex textu hic perstricto, indeque paupertas & miseria nostrorum temporum in hac arte satis apparet. Quis enim nostrum est qui centesimam partem eorum agnoscat quæ antiquiores illos Medicos prævidere consuevisse testatur Hippocrates, inquit *Martianus*, hic.

b Quæ non sit absolutè certa & infallibilis, sed quæ inter scientiā & ignorantiam medium teneat.

quomodo eorum quodque existimare oporteat; ac eos quidem existimo qui claudicationes & cætera id genus prædicunt, si quid mentis habuerint, firmato jam morbo eas prædictiones fecisse, cum manifestum foret id quod abscedere natum est intrò recurrere non posse, idque longè potius quàm ante abscessus initia. At quotus quisque est qui aqua intercute aut tabe laborantes non noverit? denique deliraturi latere non possunt eos quibus aut congenita est ad hunc morbum propensio, aut qui jam antea insaniverunt? &c. Quod si quis me audiat, is prudentissimè in prædictis hujusmodi se geret, probè intelligens eum qui prædictionis successum consecutus sit apud prudentem ægrũ admirationi fore; eum verò qui deerraverit præterquam quod odio gravabitur, eum ne insaniæ quidem suspicionem effugere. Carptim *ex Initio Lib. 2. Prædictorum.*

Exquisitas autem illas narrationes (quas quidam Medici vel de levioribus ægrorum erratis faciunt) & audio, & derideo. *Ibidem. pag. 93.*

Operæ pretium mihi facturus videtur Medicus, si ad sibi comperandam providentiam omne studium adhibeat, cum namque præsenserit & præviderit apud ægros tum præsentia, [c] tum præterita, tum futura, quæque ægri omittunt, exposuerit, res utique ægrorum magis agnoscere credetur, adeò ut majore cum fiducia [d] sese homines Medico committere audeant. Curandi autem rationem optimè molietur, si ex præsentibus affectionibus futura prænoverit. *Ex Initio Lib. Prænotionum. pag. 43.*

Simul & si quid divini in morbis [e] inest, hujus quoque providentiam ediscere oportet: hac enim ratione meritò sibi admirationem & boni Medici existimationem conciliaverit. *Ibidem.*

Qui verò superfuturos ex morbo & morituros, eosque quibus pluribus diebus, & quibus paucioribus perseverabit morbus rectè prænoscere volet, is intelligentia comprehensam [f] omnium signorum doctri-

[c] Hæc sententia compendiosius concepta. *Lib. 1. Epid. sect. 2.* his verbis summa cura anniti oportet ut præterita annarres, præsentia cognoscas, & futura prævideas.

[d] Quæ fiducia tantum potest ex communi adagio ut is Medicus plures sanet in quem plures fidunt.

[e] Ut inesse docet *Galen. in Comment.* & annotatum supra *in Divinitate.*

[f] Nec satis omnia spectare indicia, sed oportet vi-

nam æstimare debet, & eorum vires inter se collatas ratione expendere. Quin etiam morborum populariter grassantium impetum & tempestatis conditionem citò animo concipere oportet. Nosse autem convenit, quòd quovis anno, & quovis anni tempore mala malum, [g] & bona [h] bonum denuncient. Quando quidem in Libya, & in Delo, [i] & in Scythia prędicta signa comprobantur. *Ex fine dicti Libri.*

Antequam morbus consistat, secura non est prædictio, sed hoc tempore elapso enunciare oportet, quicquid præter rationem evenerit, *ex Lib. 2. Prædictorum. pag. 93.* In morbis [k] acutis omnino non sunt certæ prænunciationes salutis & mortis. *Aph. 19. sect. 2.*

Debili reddito corpore morbus superior evadit, [l] qui ubi corpus superarit, curationem non admittit. *Lib. de Acut. pag. 383.*

Qui ex morbo superfuturi sunt, facilè spirant, dolore vacant, noctu dormiunt, aliaque securitatis signa habent. At perituri difficulter spirant, delirant, vigilant, cæteraque pessima signa habent. *Ex Lib. Prænotionum. pag. 54.*

Qui morbi ex parvi temporis intervallo [m] oriuntur, & quorum causæ cognitu faciles, ii securissimè judicantur. *Lib. de Nat. hominis. pag. 180.*

res æstimare indiciorum, easque inter se conferre, quòd rationibus & exemplis confirmat. *Galen.*

g. h *Galenus* distinguit signa à symptomatis: illa enim semper perseverant bona vel mala. At symptomata sæpe de bonis in prava, vel è contra mutantur, monente Hippocrate non esse fidendum iis quæ non ex ratione levant, nec formidanda esse mala quæ præter rationem eveniunt.

i Ac si diceret non modò quolibet anno & anni tempore, sed etiam quovis loco seu calido ut Libya, seu frigido ut Scythia, mala malum, bona bonum denunciant. *Mercurialis.*

k Neque ignorare oportet in morbis acutis magis fallaces esse notas salutis & mortis, inquit *Celsus*, ubi notanda particula (magis) respectu diuturnorũ morborum, quorum prædictionibus magis confidat, *Hippocrates*, *Galenus*.

l In summa enim virium prostratione nulla speranda critica vacuatio quæ prosit.

m Intellige leviores morbos, qui ex causis manifestis originem habuerint, non ex diuturno humorum apparatu, quorum eventum felicem sit facile prædicere, non verò graves & acutos, quorum prædictio fallax. *Ex Aph. prædicto.*

Præputium.

Pręputium [a] dissectum neque augetur, neque coalescit. *Ex Aph. 19. sect. 6. & Coac.*

a Extrema cutis qua tegitur balanus, regenerandi & accrescendi expers, membrana & cute constans.

Principiis obstandum.

Cum ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum maximè à medicina, in qua vitæ periculum dilatio. Epistola ad Cratenam medicari in valde acutis, si ma-

teria turget eadem [a] die; tardare enim in talibus, malum. *Aph.* 10. *sect.* 4.

a Nemo est qui non intelligat de purgatione in orgasmo etiam ante finem paroxysmi, inquit *Heurnius*, affirmans se feliciter exhibuisse electuar. De succo rosac. ineunte phrenitide.

Promptitudo, celeritas, supra *in Medico Chirurgo.*

Proprietates [a] *singulares.*

Corpus à corpore, natura à natura, alimentum ab alimentó differt. *Lib. de Flat. pag.* 275.

a Nominant Medici idiosyncrasiam, cujus cognitionem vix Apollini & Æsculapio concedunt. *Gal. Lib.* 3. *Meth. cap.* 7.

Prudentia, [a] *Imprudentia.*

Si quod est in igne maximè humidum, & in aqua maximè siccum, in corpore temperata fuerint, prudentissima efficiuntur; quoniam ignis quidem ab aqua humiditatem; aqua verò ab igne siccitatem habet, &c. Ex his autem ubi contemperationem animus habuerit, prudentia & memoria valet. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 316.

a Scientia scilicet rerum bonarum & malarum, cujus partes sunt memoria, intelligentia, providentia, ex *Cicerone* · hæc *Socrati* cæterarum virtutum moderatrix, & quasi auriga. *Platoni* oculus; itaque præ aliis partibus Medico necessaria.

Si aqua inferiorem quàm ignis facultatem adepta sit, cum sinceram temperationem habeant, sanitate corporis & prudentia valent, &c. His etiam ad prudentiam confert ut minimè [b] carnosi evadant. Ad optimum enim corporis habitum, ardoris inflammationem accedere necesse est: quod cum acciderit, hujusmodi animus aqua superata in furorem adducitur. His confert ut negotia sumpto [c] cibo potius quam jejuni obeant, commodo enim alimento commixto, stabilior longè animus evadit, quàm alimenti [d] indigens. Quòd si adhuc magis aqua ab igne superetur, ejusmodi animus valde acutus est, eosque somniis agitari necesse est; hos autem subfuriosos vocant, & hoc insaniæ proximum est. *Ibidem. pag.* 318. 319.

b Siquidem obesum corpus sit quasi animæ sepulcrum.

c Cujus gratiosa anathimyasi temperantur animales spiritus.

d Etenim sub inedia maximè conspicui mores cũ dominans humor impermixtus viget nondum alimenti benignitate repressus. *Fernelius.*

Reminisci & esse prudentia præditum ex cerebro inter calidum frigidumque temperato provenit; obli-

vio verò ex cerebri frigiditate. *Lib. de Hominis structura, apud Marinellum.*

Eo tempore homo sapit, quo cerebrum [c] quiescit, *& cætera ex Tract. de Insania afferenda Articulo de Stoliditate.*

c Hac forsã ratione Hippocrates vult statim ab ingressu, Medicum sedere ut supra notatum. *Ex Lib. de Decenti habitu. pag.* 36.

Prurigo & pruritus, infra *in Scabie.*

Psylothra; *Depilatoria.*

[Horum exemplum adductum supra in *Pilis.*]

Ptisana; supra *Hordei ptisana.*

Pubes; [a] *pubertas.*

Simul ac mensibus genituræque via patet, tum puero ac virgini extrema cutitula rarescente pilus [b] in pube innascitur. *Lib. de Nat. puer. pag.* 194. *Ex Text.* integro adducto supra in *Pilis.*

a Pubes sumpta pro pubertate est, tempus ætatis quo lanugo circa pudenda oriri incipit, id quia incerto fit tempore, idcirco incertum ejus initium; aliis 12. aliis 14. anno; aliis serius pubescentibus, quæ quidem pubertas durat ad 28. annum. *Gorreus.*

b Hic sumitur pro epigastrio, quæ altera pubis significatio. *Ex eodem Gorreo.*

Pudendum.

Quibus incogitantibus urina illabitur, ac pudendum [a] contrahitur, ii desperati. *Coac.* 474.

Testiculi & pudenda ubi sursum contrahuntur, vehementer dolores & mortis [b] periculum denunciant. *Coac.* 494. *& Lib. Prænotionum. pag.* 47.

Ex toto corpore venæ & nervi in pudendum procedunt, quorum attritu, ex calefactione & repletione velut pruritus exoritur, indeque ad totum corpus voluptas & calor permanat. Lib. *de Genitura. pag.* 132.

In lumborum & pudendi morbis sanguis ex venis poplitis vel malleoli interioribus [c] ducendus. *Lib. de Nat. hominis. pag.* 179.

a *Duretus* legit, quibus urina clam illabitur ad pudendũ exolvuntur desperati, quòd nulla fit æquitas convulsionem locare cum laxitate, sed ii exolvuntur collapsis omnibus viræ præsidiis.

b Quòd testes sint sensus acerrimi, qui facilè cæteras partes in sympathiam adducunt. *Duretus.*

c Eadem ratione qua ipse Hippocrates vult proximum vas secari.

Pueri; Pueritiæ ratio, supra in Ætatibus.

Puerpera, Puerperium, supra in Partu.

Pugillus.

[Pugilli mensura passim describitur hac periphrasi, scilicet quantum tribus digitis capi potest] ut *Lib. 3. de Morb. pag. 495. & Lib. de Inter. affect. pag. 595.*

Pulegium.

a Atram bilem per alvum pellit. *Ex Dioscor.*

b Menses præterea, partum & secundinas ejicit, pulmonis vitia ex melle & aloe potum extrahit. *Dioscorid.*

Calefacit, & [a] alvum movet. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.*

Pulegii pugillos tres, apii duplum, vino aqua temperato decoquito, & propinato. Hoc urinam [b] movet. & bilem per alvum educit. *Ex fine Lib. 3. de Morb.*

Pulli, supra tum in Columbis, tum in Gallinaceis.

Pulmo [a], situs, conformatio, temperamentum.

a Quem Philosophi cordis flabellum & ventilabrum vocant. *Avicenna* cordis culcitram, alii carnosum viscus. *Laurentius.*

Pulmo juxta cor sic existit. Quod in humido glutinosissimum erat cor calefaciēs celeriter exciccavit veluti spumosum & fistulosum reddidit, multisque venulis resperſit. *Lib. de Carnibus. pag. 209.*

Arteria ab utraque faucium parte ortum ducens in summum pulmonem definit. Ipse autem pulmo ad sinistram conversus pectus implet. Quinque fibras [b] habens seu lobos, cineritium nactus colorem, notis cavernosis compunctus & natura perforatus, in cujus medio cor situm habet rotundius quàm in omnibus animalibus, &c. *Lib. de Corporum refectione. pag. 931.*

b Modò fibræ, modò alæ, modò lobi, modò pinnæ & summitates vocantur ex eodem Laurentio, qui notat plures lobos inspici in brutis quàm in hominibus, quibus insunt qua-

Pituita

Pituita ex capite veniens parvo tempore pulmonem [c] exulcerat, cum tenerum quiddam & rarum fit. Ubi enim paulùm quid pituitæ ad pulmonem aut ejus fistulam venerit, multa & valida tussis convulsioque suboritur. *Lib. 4. de Morb. pag.* 524.

Pulmo natura [d] frigidus, quin & inspiratione perfrigeratur. *Lib. 1. de Corde.*

tuor tantum hinc & illinc duo; licet Hippocratis tempore sex omnino essent, alæ dictæ, quod alarum instar colligantur & dilatentur.

c Si fuerit acris & salsa, ut in catarrho ferino.

d De pulmonis temperamento ita statuit *Laurentius*, ut sit calidus, humidus; hic verò, dicatur frigidus comparatè ad cor longè calidius.

Pulmonis arteriæ, seu asperæ arteriæ affectus.

Pulmonis arteria si [a] exulceratur, aut quædam ex tenuibus [b] venulis quæ in pulmonem dependent rupta fuerit, aut fistulæ per pulmonem distentæ inter se confringantur, & sanguine repleantur, (his verò ex causis præcipuè divelluntur & perrumpuntur, vehementi exercitatione, cursu, casu, per plagas, per violentos vomitus & [c] febres.) Hæc quidem primùm contingunt. Tussis sicca detinet, deinde non multo post sputum subcruentum, interdum verò purum expuit, &c. Procedente tempore copiosior sanguis interdum purus, aliquando etiam putridus prodit. Plerumque fauces latenter [d] sanguine implentur. Deinde sanguinis grumos paulatim & subinde veluti ebullientes rejiciunt: quandoque etiam ab his gravis odor oritur, & fauces tenui quadam [e] lanugine interdum implentur. Ex his rigor ac [f] febris circa quidem morbi initia [g] vehemens, eo verò progresso [h] levior prehendit, subindeque corripit, dolor quoque in pectore, dorso & lateribus quandoque [i] urget, atque hoc modo afficitur, donec dies quatuordecim præterierint. Post hos verò, nisi morbus sedetur, squamulas quasdam ex pustulis, ab arteria revulsas tussiendo rejicit, & dolor in pectus, dorsum, & latus irruit. Cum sic habuerit quies [k] interna maximè conducit. Si quid enim laborarit, tum dolor vehementior, tum tussis

a In tunica interiore ea que parte quæ laryngi proxima. *Gal. Lib. 5. Meth.*

b Arteria scilicet venosa & vena arteriosa quæ vocantur venulæ, facta comparatione ad bronchia, quodque subdividantur in infinitas venulas. *Martinus.*

c Febres ruptionem aut ulcus afferunt pulmoni, inducta siccitate parti & elixata cerebri pituita. *Martinus.*

d Seu *ex Martino*, fauces conspicuæ non sunt sanguine repletæ.

e Seu *ex eodem Martino & Marinello*, fauces tenui quadam spuma implentur.

f Hic rigor symptomaticus est ob mutationem sãguinis in pus. *Martinus.*

g Dum fit pus.

h Facto scilicet pure.

i Urget dolor ob partium nervositatem, inquit *Martinus ex Avicenna.*

k At hujusmodi quieti tantopere necessariæ adversatur motus perpetuus

magis urget, rigor ac febris magis detinet, cumque sternutaverit dolor acutus [l] adoritur. Carptim *ex Lib. de Intern. affect.*

Si arteria vulnerata fuerit, tussis detinet, sanguis rejicitur, cum tussi fauces [m] latenter sanguine implentur, sanguinis grumos rejicit, dolor acutus ex pectore ad dorsum permeat, sputum glutinosum & copiosum est, fauces siccæ creperum & stridulum sonum edunt velut ex pingui aliquo, & ad dies 15. hoc modo afficitur. Postea verò pus expuit, ac veluti ulceris frustula ricinis similia, hoc est cartilaginosas pulmonis partes bronchia dicta, ac rursus tussit, & sanè sanguis erumpit, posteaque pus crassum expuit, febris vehementior evadit, & in pulmonem desinit, vocaturque [n] isceni. Ex pulmone velut ex rupto abscessu pus erumpit, &c. *Lib. 2. de Morb. pag.* 473. 474.

[Proponitur autem curatio tum *Lib. de Intern. affect.* tum *Lib. 2. de Morb.* superatis aliis remediis per inustionem pectoris & dorsi, ægro ex usu lactis crassiore reddito.)

pulmonis, cujus idcirco ulcera vix curabilia. *Gal. Lib. 5. Meth.*

l Quod à sternutamento convellantur partes thoracicæ. *Martinus.*

m Existimat *Martinus* legendum esse hic & *in text. Lib. de Intern. affect.* sæpe autem & fauces conspicuæ non sunt sanguine repletæ, ore scilicet ita repleto sanguine, ut fauces conspicuæ non sint.

n Et vocatur ruptio pulmonis. *Marinellus.*

Pulmonis [a] *fibrarum convulsio, concussio & vellicatio.*

Si ex pulmone dependens fibra convellatur, sputum candidum, interdumque cruentum expuit, delirio & febre tenetur, dolor pectus, dorsum & latus occupat, & si se convertat tussi & sternutatione corripitur, &c. Quòd si utrinque dependentes pulmonis fibræ vellicentur, tussis detinet, sputum crassum & album excernitur, dolor [b] vehemens ad pectus sub scapulis & ad latus occupat, ardor detinet, & pustulis velut ex igne rubentibus completur, pruritus vexat, neque sedere neque stare sustinet. Hic quarto ferè die perit, aut septimo, quem si effugerit convalescit, &c. *Lib. de Morb. pag.* 476. Ubi curatio per balneas & fomenta, sorbitionem ex ptisana &

a Ideò seorsim hic agimus de convulsione loborum pulmonis. Articulo verò sequenti de convulsione vasorum, quod sint varii affectus seorsim eodem libro descripti. At *Martianus*, existimat convulsionem articulorum seu loborũ pulmonis eandem esse affectionem cum pulmonis plethora infra etiam apponenda, censetque integrum pulmonis lobum convelli posse ex interna causa adversus Salium id negantem. Martiano favet *Duretus ad Coac.* 4. & 63. *cap. de Pleurit. & peripneumonia.*

b Etenim ex avulsione hujusmodi consecutio doloris acerbissimi adfertur lateribus, pectori, dorso, scapulisque quæ nulla col-

aceto mulso, quibus additur paucum vinum generosum superbibendum.

Pulmonis vasorum distensio, seu spasma [a] *& spadon.*

Si arteria aliqua aut vena ex iis, quæ ad pulmonem tendunt, divellatur, hæc contingunt; per initia acuta tussis, rigor & febris detinet, & sputum tum copiosum, tum album ac spumosum, interdumque subcruentum expuit, dolorque cervicem & caput occupat, &c. Hunc si per initia curandum susceperis, scammoniæ succo, si febre cereat, per inferiora aliquantum [b] purgato, &c. Quòd si purulentus extiterit lacte bubulo crassiorem redditum in pectore & dorso inurito. *Lib. de Intern. affect. pag.* 550. 551.

Pulmonis [a] *varix.*

Si varix in pulmone gignatur, intio tussis sicca, rigor & febris vehemens invadit, erectæ cervicis spiratio detinet, in capite tumor [b] insistit, & [c] suspiria dependere videntur, tumorque ad faciem, pectus [d] & pedes descendit: sæpe verò in [e] capite fixus est. Cumque dolor detinet, præ dolore oculos attollere nequit, corpus est subpallidum, & venæ per ipsum feruntur, aut rubræ aut nigræ. Huic quidem cum sic habet, & dolor maximè vigeat, primùm quidem sanguinem detrahito, deinde multa & [f] calida lavato. Cyceonem ex vino nigro austero suavissimo æquali aqua temperatum potui exhibeto, quem [g] maximè frigidum bibere oportet. Ptisanæ cremore cocto optimo melle affuso pro sorbitionibus utatur, quæ primis quatuordecim diebus offerenda sunt. Quod si morbus diutius detineat, huic ea exhibeto quæ ei qui pulmonem purulentum habet, cum quatuordecim dies præterierint. Oritur hic morbus ex vehementiore calore & bile [h] atra. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 552.

---

locatione corporis sedari queat. *Deretus ibidem.*

a Hæc duo synonima sunt & significant solutionem continui in parte nervosa citra vulnerationem, cujus duæ causæ; una interna humor corrodens vel distendens, altera externa ut labor. *Ex Gorreo.*

b Etenim scammonium Hippocratis longè differebat à nostro vulgari, ut dicetur suo loco.

a Hunc differre à pulmonis spasmate docet *Martinus* ex comparatione variorum Hippocratis locorum: quod in spasmate vena distendatur in longum, in varice verò etiã in latum propter multitudinem materiæ.

b. c Ideò primum signum hic positum in capitis tumore, quod caput sit fons & fomes morbi, itaque uti rubor genarum peripneumoniæ signum, ita sic & suspensio superciliorum hujus varicis ob tensionem frontis seu musculi lati qui videtur tumere.

d Tum demum descendit in pedes cum varix degenerat in empyema, cui sæpe succedit lethalis cachexia.

f Duplex itaque natura hujus tumoris, cujus materia modò decumbit in inferiores partes, interdum in solo capite coercetur.

g At frigida pectori inimica; id verum de impensè refrigerantibus ut nix & glacies.
h Intellige humorem melancholicum. Secus enim esset hic affectus inter species cancri referendus. *Hactenus ex Martino.*

Pulmonis tuberculum, seu pulmonis inflammatio ex tuberculis: Pulmonia [a] *quorundam.*

a Pulmonia hæc bifatiam differt à peripneumonia vera, quæ sæpe oritur à causis externis, & comitem habet febrem acutam, cum pulmonia hic descripta oriatur à solis causis internis, & mitiori febre stipetur, inquit *Martinus ad cap.4.Lib.de Intern. affect.*

b Exilem ex *Salio* & *Marinello*; at post maturationem fit gravior.

c Ventriculas ex *Marinello*, id est cystis seu vesicula quam per fibrarum excretionem expui confert; quandiu enim ex parte aliqua remanebit, tandiu metuendus novus abscessus. *Martinus ad dict. cap.* 4.

Pulmonis tuberculum ad hunc modum oritur, cum pituita aut bilis collecta fuerit, putrescit, & quandiu quidem adhuc crudum fuerit tum dolorem [b] tenuem, tum tussim siccam exhibet. Ubi verò maturuerit anteriore & posteriore parte gravis dolor oritur, calores invadunt, & tussis vehemens, & siquidem quam citissimè pus maturuerit, eruperit, sursum vergat, & totum expuatur; [c] venterque in quo pus erat considat ac resiccetur, prorsus sanus evadit. Si verò quam citissimè ruptum fuerit, maturaerit ac repurgatum fuerit, neque tamen penitus resiccari possit, sed ipsum tuberculum ex se pus effundat, perniciosum id est, & ex capite, reliquoque corpore pituita ad tuberculum defluens putrescit, in pus vertitur, ac expuitur, ex quo corruptus perit. Perit autem ex ventris profluvio confabulans, omniaque ut prius intelligens, &c. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 440.

Si in pulmone tuberculum exortum fuerit, tussis detinet, spirandique difficultas, quæ non nisi erecta cervice obitur, dolor acutus pectus & latera occupat, & ad decimum quartum diem ita afficitur, plerisque enim tot diebus tuberculi affectus inflammationem concipit; sed [d] & caput & palpebras dolor vexat, videre nequit. Corpus subfulvum evadit, & pustulis velut ab igne rubentibus completur. Hunc calida multa lavato. Aquam mulsam aquosam propinato & ptisanæ succum sorbendum, vinumque aquosum superbibendum dato, & si dolor premat tepefactoria admoveto; ubi verò quieverit cibis quam mollissimis utatur. Quòd si morbo liberatū dum ad locum

d Dum pars materiæ seu antecedentis vel consuetæ translata fuerit è pulmone in caput, ubi recensita symptomata, eadem quæ nuper descripta fuerunt in pulmonis varice, adducit.

rectum pergit, vel alioqui festinat; difficultas [e] spirandi invadit, medicamentum ex quo alvus inferior minimè moveatur exhibeto, & si unà cum vomitu pus album, & in quo fibræ sanguinis insint, subsequatur, evadit. Si verò lividum, cum virore pallidum & [f] graveolens; perit. Repurgatur autem in his 40. diebus, ex quo ruptio facta est. Multis etiam annuus fit morbus, huic eadem quæ suppurato facito. *Lib. 2. de Morb. pag.* 478.

Pulmonis inflammatio ex his ferè fit, cùm ad se sanguinem aut pituitam salsam [g] traxerit, neque dimiserit, sed ibi collecta & coacta fuerint. Ex his tubercula in pulmone gigni solent, & pus intrò colligi. Hic hæc patitur: toto morbo tussis acuta & rigor, & febris detinet, dolor in pectore & dorso, interdumque in latere urget, vehemens erectæ cervicis spiratio incidit. Ad decimum quartum usque diem in his perseverat, plerumque etiam pluribus diebus. Deinde pus prodit, multumque expuit. Sæpe verò ut aranearum [h] tunicas expuit, crebrò etiam subcruentum. Et siquidem pulmo repurgetur [i] & gracilis reddatur, perniciem evadit, sin minus perseverat morbus & per annum detinet, & quandoque in varias affectiones transit. *Lib. de Intern. affect. pag.* 551. 552.

e Colligere est ex hoc loco aliisque infra notandis in pulmonis affectibus præferri vomitoria catarthicis, quòd hæc nil educant è pulmone, illa multùm, concussis vomitionis impetu pulmonis bronchiis.

f Hujusmodi fœtor certissimum mortis indicium ex *Heurnio ad Aph.* 11 *sect.* 5. Ubi refert Historiam illustrissimæ virginis, cujus ex solius sputi fœtore mortem prædixit, licet nondum ægrotare videretur, simplici tussi tunc vexata.

g Hæc enim pulmonis natura ut seu sanus, seu æger semper humores ad se trahat *ex Aretæo*. Id fit autem facilè per insignia vasa, venas & arterias quibus abundat.

h Hæ tunicæ sunt vel crassiores puris partes calore concretæ ad instar pilorum, quæ aliquando cum urina prodeunt, vel longiora frustula decerpta ex tuberculi tunica, quæ ni expuantur, metuendus est novus abscessus.

i Idest detumuerit pulmo ab inflammatione Liber. *Martinus.*

Pulmonis [a] *morbus, etiam Pulmonia dicta.*

Sputum crassum, & atra fuligine tinctum, per tussim rejicitur; color [b] niger est, aliquantùm intumescit, dolores leves sub pectore & scapulis detinent, & ulcera his ægrè sanantur. Hunc maximè plures evadunt. Huic veratrum per se aut lentis decocto admixtum propinare oportet. In pulmonem autem infusa immittere & suffitibus uti & liberaliter cibum, dum carnibus bubulis, ovillis & suillis abstineat, deam-

a Differt ab inflammatione ex tuberculis quam *Martinus ad cap. 4. Lib. de Intern. affect.* vult propriè dici pulmoniam, cum Hippocrates tractet *in eodem Lib. 2. de Morb.* & de tuberculo pulmonis & de pulmonia.

b Est itaque hæc pulmonia quædam tabis species mitior quæ ab humore melancholico crasso & fuliginoso foveatur; unde sputum nigrum & quasi fumo nigriore infectum

prodire observaverit *Salius*, & tandem ægros liberatos, modò is humor simpliciter crassus & melancholicus fuerit, non verò adustus & atrabilarius.

bulationibus utatur, & matutino tempore jejunus ad arduum locum iter faciat. *Lib. 2. de Morb. pag. 475.*

Pulmo repletus, seu pulmonis [a] *plethora.*

Si pulmo repleatur, tussis, difficultas spirandi anhelosa linguam [b] exerit, [c] pustulis velut ex igne rubentibus impletur, pruritus occupat, dolor acutus pectus & scapulas vexat, neque sedere, neque stare potest, sed [d] infirmis est viribus; hic quarto ferè die perit, quem si superaverit, spes plerumque superest. Sæpe tamen septimo periclitatur, quem si superaverit, convalescit. Hunc calida multa bis die lavato, doloreque urgente [e] tepefactoria admoveto: mela ceto incoctum bibendum & ptisanæ succum sorbendum vinumque superbibendum prebeto, &c. Morbus ægrè curatur & lethalis est. *Lib. 2. de Morb. pag. 478.*

Cum venæ cavæ, quæ in pulmonem pertingunt, sanguine aut bile atra [f] refertæ fuerint, venulæ nimirum, in angustiis interceptæ inter se confringuntur; cumque exitum non habeant, dolorem & [g] flatum in pulmone excitant; hic morbus cum sit difficilis multa curatione indiget. Alioqui multos ad [h] mortem usque comitatur. *Lib. de Intern. affect. pag. 552. 553.*

a Hic affectus si fidem adhibeamus *Martiano* descriptus jam Articulo de pulmonis fibrarum convulsione, quod ibi notavimus; impletur autem pulmo partim attractione quam cordis calefactio suscitat, partim laxitate parenchymatis *ex Martino ad cap. 6. Lib. de Intern. affect.*

b Aut quod intimæ partes fervent, aut quod lingua impensè tumet. *Martinus ibidem.*

c Transmisso tenuiori sanguine ab oppresso pulmone in corporis superficiem.

d. e Mirum hic omissum præcipuum anodinũ, princeps que plenitudinis auxilium venæ sectionem; nisi excusatio adferatur infirmarum virium hic expressarum; iis enim constantibus nusquam major apparuerit tundendæ venæ necessitas ex ipsius Hippocratis doctrina.

f Unde constituitur pulmonis plethora; hic enim eundem affectum describi ac in præcedenti textu vult *Martinus.*

g Qui gignitur ob angustiam loci in quo humor coercetur.

h Siquidem plenitudini succedit ruptio venarum, ruptioni tabes, *ex eodem Martino.*

Pulmonis tumor ex [a] *calore.*

Cum pulmo ex calore plenus intumuerit, vehemens duraque [b] tussis detinet, spiritus erecta cervice trahitur, confestim respirat, crebra anhelatione vexatur, intumescit, naresque [c] expandit, ut equus post cursum, linguam crebrò exerit, pectus ei [d] fonum edere videtur, & gravitas inesse quam pectus

a Valde affinis pulmonis erysipelati inquit *Martinus* in Pulmonis erysipelate, vel erysipelatis species quædam *ex Martiano.*

b Sicca scilicet ex communi Interpretum calculo.

c Ob vehementem respirationem efflationemque.

d Æstuante ebullienteque in pulmonum angustiis materia.

capere nequit, sed [c] disrumpitur, actionibus obeundis est impotens, dolor acutus occupat; dorsum, pectus, & latera velut [f] acus pungunt, eaque ardent, non secus ac si ad ignem sedeat; in pectore & [g] dorso rubores tanquam ex flamma excitantur, adeóque vehemens morbus ex anxietudine invadit, ut neque stare, neque sedere, neque decumbere queat, sed ad hunc modum æstuans se ipsum jactat, & jam mori videtur. Quarto autem & septimo die moritur, quæ si effugerit, vix [h] perit. Hunc per infusum citissimè inferiore alvo purgare oportet, misso sanguine ex [i] cubitis, [k] nare, [l] lingua & quavis [m] corporis parte, & potiones sorbitionesque refrigerantes exhibere. Ex urinam cientibus, quæ non calefaciunt sępe danda, & ad dolores ipsos tepefacientibus, humidis, & lenibus adhibitis, locum dolentem calefacere & humectare oportet. Reliquis verò partibus admotis [n] refrigerantibus, ea quidem modò auferre, modò apponere, & quacunque parte ardere videtur, [o] frigus inducere, & in totum à vino abstinere. *Lib. 3. de Morb. pag.* 489. 490.

Pulmonis [a] *erysipelas.*

Erysipelas in pulmone gignitur, cum supra modum is resiccatus fuerit, quod vel ab ardore, vel à febribus, vel nimio calore, vel intemperie contingit. Qui cum maximè exciccatus fuerit, plurimùm in se sanguinem trahit, præcipuè ex magnis venis quæ ei maximè vicinæ sunt, ipsique superincumbunt. Trahit etiam ex aliis maximè tenuem & [b] debilem. Cum autem traxerit febris acuta oritur & tussis sicca; plenitudo [c] in pectore, dolor vehemens in anterioribus & posterioribus partibus, præcipuè verò ad spinam. Cum scilicet magnæ venæ [d] incalescant, & interdum quidem subcruentum, interdum verò lividum [e] vomunt. Pituitam verò & bilem etiam vomunt, crebróque animo linquuntur, quod ob crebram sanguinis commu-

NOTÆ.

c Ideſt diſrumpi videtur; unde dolor acutus occupat.

f Tranſmiſſa humoiis parte ad thoracis muſculos & cæteras partes ambientes.

g Etenim aut concoquitur, aut expectoratut materia, aut tranſmiſſa exterius tandem diſcutitur, quæ niſi ita contingant, forſan ſuccedat empyema.

h. i. k. l. m Ex cubitis ad tollendam plenitudinem de naſo & lingua tanquam ea partibus præcipuè affectis, proximè derivando inquit *Salius*, qui per quāvis corporis partem intelligit præterea ſanguinis miſſionem per hæmorrhoides & ſaphænam ad revulſionem.

n. o Eadem ratione qua uſurpabitur hujuſmodi refrigeratio Atticulo ſequenti *in Eryſipelate*.

a Eryſipelas nomen uſurpatum ab Hippocrate quibuſdam in aliis affectibus ſupra deſcriptis obſervat *Martianus*, haſque eryſipelatis varias ſpecies differre à pulmonis inflammatione, quod in hac ſit major ſenſus anguſtiæ & gravitatis; in eryſipelate verò intolerabile incendium urgeat.

b Debilem vocat, quoniā tenuiſſimus cum ſit, minus reluctatur attractioni quam ſanguis craſſior. *Salius.*

c Hinc colligi poteſt pulmonis repletionem penultimo Atticulo deſcriptam pertinere ad eryſipelas.

d Quæ ſpinæ incumbunt.

e Impropriè ſumpta hic

tationem contingit, idque præcipuè [f] obortum esse in pulmone erysipelas ostendit, sique febris assidua prehenderit. Huic siquidem duobus, aut tribus, aut quatuor ad summum diebus [g] diffusum fuerit, & quod intus est [h] foras transierit, plerumque sanus evadit, si verò neque diffusum, neque transmutatum fuerit, intus putrescit, & suppuratus evadit, ac brevi perit cum nimirum totus pulmo purulentus ac putridus existat. Quod si extra diffusum [i] intrò vertatur, pulmonemque prehendat, hunc superesse posse nulla spes est; cum enim antea reficcatus pulmo ad sese traxerit, non amplius [k] transmittit, sed confestim præ ardore & siccitate, neque quicquam amplius suscipit, aut sursum distribuit, sed [l] corrumpit. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 439. 440.

Si oriatur in pulmone erysipelas tussis detinet, sputum multum ac liquidum expuit, dolor dorsum [m] & molles lateris partes occupat, viscera [n] strepitum edunt, pituitam acidam vomit, dentes [o] obstupescunt, febris, rigor, ac sitis corripit. Cum quid comedit in visceribus strepitus oritur, acidum eructat, venter stridet, & corpus [p] torpescit: cum vomuerit, melius habere videtur. Ubi verò minime vomuerit, decedente die tormina & dolor [q] in ventre suboriuntur, & liquidum stercus demittitur. Hic morbus maxime ex crapula, carnium esu, & aquæ potatione contingit. Huic medicamentum deorsum [r] purgans propinato. Postea lac asininum bibat, nisi natura [s] lienosus fuerit. Quod si [t] sic neque succis, neque lacte, neque sero purgato, sed eo quod [u] pauca quantitate sumptum plurimum foras educat. Hoc in morbo frigidæ [x] balneo & exercitatione utendum ubi febres remiserint, & corpus moderatè habere videbitur. Verè & Autumno vomitus excitandus, &c. Quod si ad scapulas dolor secesserit, cucurbitulas affigito, [z] & manuum venas pertundito. Cibis utatur non salsis nec pinguibus. Vescatur acribus & acidis, [aa] frigidisque omnibus ac deambulationibus utatur, &c. Quod cum fecerit

NOTÆ.

vomitus voce ut notatum in hæmoptisi. At quod additur pituitam & bilem cæbrò etiam vomi, accipi potest propriè de vomitu ex ventriculo manante.

f Intellige transmutationem in pejus factam.

g. h Ubi quidem tenuis & debilis hujusmodi sanguis, per externam pulmonis tunicam resudarit, & insensibiliter exhalarit.

i Si mutata velificatione foris intus remeet materia, ob ejus crassitiem aut naturæ imbecillitatem.

k Collapsis omnino viribus.

l non dissimili successu ac in pleuritide dum syderatur latus.

m Intestitia costarum.

n Ob rationem afferendam *in Nota* 16.

o Ob pituita acidæ vomitum.

p Rarò obstupescit totum corpus, sed non rarò alterutrum brachium ut constabit in peripneumonia.

q. r Cum describatur hic singularis casus erysipelatis geniti ex ingluvie & crapula, nil mirum tot symptomata heterogenea recenseri, ventris stridorem, viscerum strepitum, tormina, liquidi stercoris dejectionem & curationem suspici per catharsin ut notat *Martinus*.

s Cum enim alioqui aquosa trahat ut patuit in hydrope à liene, multò magis ubi jam tumet attrahet seu lac seu lactis serum. *Martinus*.

t Quod si lienosus fuerit. *Marinellus*.

z Etenim frequens hy-

fecerit, morbus in longum tempus [bb] protrahitur. Sed si juvenem aliquem citius liberare velis [z], post purgationem ei pectus & dorsum inurito. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 477.

Hic tumor potissimùm ex [cc] sanguine oritur, cum pulmo ad se attractum sanguinem receperit, ac continuerit, æstatis potissimùm tempore. Hæc igitur ex eo patitur, tussis sicca accidit, rigor, febris, erectæ cervicis spiratio, dolor vehemens in [dd] pectore, nares non aliter ac [ee] equus ex cursu aperit, linguamque ut canis æstate exerit. Tumor [ff] pectus occupat; vox [gg] parva, [hh] rubor in facie, pruritus [ii] toto corpore; præ dolore decubitum [kk] ferre non potest; sed pro anxietate seipsum dejicit. Hic intra septem dies perit. Per initia tamen hic curandus est [ll] betis aqua frigida imbutis & corpori adhibitis. Corpus quidem refrigerato, [mm] recenti præcipuè dolore, aut lintea aqua frigida intincta & expressa admoveto, & si melius inde habuerit satis est, sin minùs terram [nn] figulinam frigidam ex cataplasmate imponito, & sub dio [oo] dormiat. Hoc modo curatus sæpe septimum diem evadit. Cum verò septem dies præterierint & perseveravit dolor, dolentem intus partem oleo illinito, eademque tepefactoria quæ in morbo laterali exhibeto, & potionem ei ex peplio & grano Cnidio ad purgationem propinato [pp]. A purgatione lenticulæ acetabulū sorbendum dato. Postridie ipsum multa aqua calida, capite excepto, lavato. Deinde origanum aqua mulsa maceratum propinato, potionibusque [qq] placidissimis utatur. Cibi iidem ac in morbo laterali exhibeantur, &c. *Lib. de Intern. affect. pag.* 554. 555.

NOTÆ.

drops lienosis; at in hydrope præferenda ea carthica quæ in pauca mole purgant, ut notat *Mercurialis in Practica.*

x Olim in calidioribus regionibus concesso.

y Generali ratione sumpta, *ex Aph.* 47. *sect.* 6.

z Non quidem summæ manus, ut vult *Salius*, sed cubiti. *Ex Martino & Martiano.*

aa Etiam actu frigidis, ut notatum supra.

bb Succedente empyemate, tum empyemati tabe.

cc Tenuiori & debili, ut notatum supra, idest bilioso & calidiore.

dd Transmisso tenuiori sāguine in membranas pulmonis, etiamque in vicinos mesopleurios musculos.

ee Ad æstuantis pulmonis refrigerium.

ff Per epigenesim tenuioris humoris.

gg Ob impedimentum linguæ arescentis.

hh Tum tussis, tum inflammationis vehementia.

ii. kk Vellicata cute ab adustionibus, fumis excandescentis sanguinis; unde etiam dysphoria illa. *Martinus.*

ll Hæ primo appulsu refrigerant erysipelas, deinde sua vi nitro saillius materiam digerunt. *Martinus.*

mm Periculosior enim progresso morbo refrigerantium usus.

nn Quæ aspersa aqua citius transit in lutum, & hic præfertur quod humectet & refrigeret. *Martinus.*

oo *Martinus* interpretatur sereniorem & egelidam domus partem.

pp Obmissa mentione venæ sectionis procul dubio per initia celebratæ, expressæque textu superiore.

qq Quæ statim initio nocerent augendo inflammationem, at in declinatione prosunt expectorationem adjuvantes. *Martinus.*

Pulmonis inflammatio, peripneumonia vulgò.

Cum de capite per guttur & arterias asperas in pulmonem fluxio [a] incubuerit, is sua natura rarus cum existat, quicquid humoris potest in se trahit, & ubi influxerit, major redditur, & si quidem in totum fluxerit, fibræ majorem redditæ utrumque latus attingunt, pulmonisque inflammationem faciunt; cum verò alterum [b] tantum, fit pleuritis.

Pulmonis inflammatio longè periculi plenior est, & dolores [c] ad laterum mollitudinem, & claviculas multò vehementiores [d] habet, linguaque longè est pallidior, fauces ex fluxione dolor occupat, vehemens lassitudo detinet, & spirandi difficultas sexto aut septimo die prehendit. Hunc nisi febris septimo die dimiserit, moritur, aut suffocatur, aut utrumque contingit. Quod si nono die duobus interpositis diebus [e] corripiat, hic etiam moritur ut plurimùm, aut suppuratus evadit. Si verò duodecimo die suppuratus fit, in decimo quarto convalescit, &c. Et qui ex pulmonis inflammatione aut morbo laterali pus intrò [f] colligunt minimè moriuntur, sed convalescunt, &c. Purulenti qui netiam fiunt, cum minus excreant quàm ad pulmonem defluat, quod enim in pulmone colligitur & defluit in pus vertitur. Pus autem in pulmone & thorace collectum ulcerat [g] & putrefacit. *Lib. de Loc. in Homine. pag.*408. 409.

Pulmonis inflammatio fit, cùm commotam & humectatam [h] bilem propter calorem ex vicinis locis pulmo ad se traxerit super eam quæ in ipso existit. Totum quidem corpus [i] percalefacit, doloremque præcipuè dorso, [k] lateribus, [l] humeris, [m] & [n] spinis exhibet, cum nimirùm plurimam ad se humiditatem trahat, &c. Cùm verò ad se traxerit, tumque bilis, tum pituita sedem in pulmone fixerit, putrescit & [o] in pus vertitur, & siquidem [p] præcipuis ad judicationem die-

a Notat *Martianus* hic agi de quadam peripneumoniæ specie, quæ succcssit catartho, non verò de primaria per sanguinis in pulmonum substantiam attractione vel impulsione.

b Hoc videtur adversum *Coat.* 400. qua constat unica ala inflammata tantum peripneumoniam fieri, non minus quam ex ambabus alis, quam doctrinam præfert *Duretus*, quod non existimet Hippocratem Auctorem *Lib. de Locis*. At *Martianus* annotat frequentissimè in peripneumonia utramque alam inflammari; rarius unicam ob loborum connexionem & continuitatem.

c. d Pro varietate partium pulmonis carnosarum vel membranosarum superarū vel infimarum, vel mediarum, variare dolorem docet *Martinus. Comment. in cap. 7. Lib. de Intern. affect.*

e Exacerbetur scilicet inflammatio.

f Siquidem omnium suppurationum thoracicarum minus periculosæ quæ pleuritidi & peripneumoniæ succedunt; cumque hic tractetur de utroque affectu per distillationem à capite facto ex hujusmodi causa levior adhuc succedit inflammatio. *Ex Martiano.*

g Unde tabes frequens.

h Sanguinem biliosum intellige.

i Ratione febris acutissimæ.

bus putrefacta per sputum reddita fuerint, superstes evadit æger. Si verò susceperit quæ per initia obvenerint aliaque præterea [q] accesserint, & neque putrefacta per sputum rejiciat præ copia supervenientium plerumque moritur. Quod si ad duos & viginti dies perveniunt, febrisque dimittat, neque in his per sputum repurgati fuerint, purulenti [r] evadunt. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 447. *& Lib.* 2. *pag.* 470.

Cum superior ventriculus supra modum [s] incaluerit, ad se trahit, & vomitus [t] excitatur, eamque ob causam ex febre ardente & morbo laterali in pulmonis inflammationem morbi transeunt potissimùm; ubi enim superior ventriculus supra modum incaluerit ad se trahit, pulmoque excipit, fitque pulmonis inflammatio, ac plerumque pereunt, cum nimirùm debiles existant; alioque suborto novo morbo [v] dies superare nequeunt, dum sputum in pulmone concoctum fuerit, sed plurimùm debilitate pereunt. Quidam verò supersunt. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 448. 449.

In pulmonis inflammatione hæc fiunt, febris acuta, respiratio crebra & calida, anxietudo, [x] impotentia, corporis jactatio, dolor sub scapulis, ad jugulum & mammam, & in pectore [y] gravitas, interdum [z] etiam delirium. Nonnullis verò donec tussire cœperint, sine [aa] dolore est, sed illa diuturnior [bb] est & gravior; primis diebus sputum tenue & spumosum, lingua flavescit, procedente verò tempore nigrescit, & quò citius nigrescit, eò celerior [cc] liberatio. Ad extremum autem lingua dehiscit, & si digitum adhibeas adhærescit. Morbi verò liberationem non secus ac in morbo laterali lingua [dd] indicat. Hæc autem contingunt diebus ut minimùm 14. ad summum verò uno & vigenti, &c. Atque hæc fiunt quibus naturæ & corporis affectiones [ee] humidæ sunt. Quin etiam morbus vehementior est. At quibus natura & morbi conditio sicca [ff] est, hi [gg] minus conflictantur. Siquidem igitur ad decimum quartum diem resiccatus fuerit, neque purulentum amplius tussi rejecerit, sanus est. Sin mi-

NOTÆ.

k. l. m. n Prout has vel illas partes obsidet inflammatio.

o Quod proprium solius sanguinis at sæpius biliosi vel pituitosi.

p Intellige diem septimum & decimum quartũ, vigesimum denique.

q Irruente nova fluxione.

r Id non rarò ita accidit, at sæpe etiam protrahitur ulterius morbus & sensim coquitur & expectoratur materia absque empyemate, ut notatum supra.

s. t Ex ebrietate, usu immoderato carnium, palustrium aquarum & medicamentorum narticorum vehementi clamore. *Mercurialis in Practica*; at cum ex pravo victu oriatur affectio, ideò ab initio vomitus adest.

v Dies prædictos ad judicationem præcipuos, septimum, decimum quartum, vigesimum.

x Alibi hanc impotentiã per torporem designat, de quo supra in Pulmonis erysipelate.

y Ob multitudinem affluxæ materiæ.

z Etiam aliquando phrenitis, *ex Aph.* 12. *sect.* 7.

aa Conclusa in parenchymate materia.

bb Quod inde non ita facilè educatur.

cc Quòd hujusmodi nigredo morbi statum indicet.

dd Ergo curiosè consideranda lingua in utroque affectu, ut pluribus ostendit *Duretus ad Coac.* 31. *cap. de Pleurit. & Peripneumonia.*

ee Quod fiat potissimùm à sanguine pituitoso peripneumonia, inquit *Mercurialis.*

ff Ut in biliosis, biliosus

nus decimum octavum; at primum ac vigesimum diem animadverte, & siquidem tunc quieverit, hujusmodi sputum, [hh] evadit; sin minus [ii] an dulcius fuerit sputum interroga; quod si affirmaverit, pulmonem purulentum fore scito, morbumque [kk] annuum fore, nisi intra quadraginta dies pus sursum eduxerit; & si [ll] ingratum sputum esse dixerit, hic morbi status lethalis est, &c. *Lib. 3. de Morb. pag. 493. 494.*

In pulmonis inflammatione febris detinet & tussis, & primùm quidem pituitam crassam [mm] & puram excreat. Sexto verò ac septimo die aliquantùm [nn] biliosum & sublividum, octavo verò & nono pure permixtum, &c. Oritur autem cùm pituita ex capite confertim ad pulmonem defluxerit. Interdum verò cum ex morbo laterali in pulmonis inflammationem & febrem ardentem transitus [oo] fit. Judicatur autem brevissimus quidem decimo quarto die, longissimus duo de vigesimo. Hunc pauci effugiunt, & ex eo suppurati evadunt, nisi pulmo intra judicatorios dies repurgetur. *Lib. de Affect. pag. 529. 530.*

Consuevit Causus in pulmonis inflammationem transire, ex qua pauci [pp] evadunt. *Ibidem. pag. 531.*

Oritur præcipuè ex vinolentia, & piscium, [qq] capitonum & anguillarum ingluvie; qui pinguidinem naturæ infensam habent. Jam verò ortum habuit hic morbus ex pituita cùm sanguini permixta ad pulmonem affluxerit, incidit etiam ex carnis esu & [rr] aquæ mutatione, &c. Dolor acutus vexat in pectore, dorso, laterum inanitatibus & costis. Acidum eructat, & ex pectore ac pulmonibus velut ex ventre [ss] quid murmurat, pituitam [tt] acidam vomit. Sique quod vomitione rejectum est, in terram [uu] effundas, eam tanquam infusum acetum radit, & dentes stupescunt. Rigor, febris, & sitis vehemens detinet, & siquid pingue comederit in visceribus strepitus editur; vomitus [xx] cietur, & totum corpus torpor occupat. *Lib. de Intern. affect. pag. 553.*

NOTÆ.

enim sanguis citius & facilius tum resolvitur, tum expectoratur.

gg Seu *ex Marinello* æger evadit.

hh Damnatur dulcescens sputum *Coac 386. adducta in Pleurit.* Quòd præsagiat empyema citra quod præstaret sanari ægrum.

ii Idest diuturnum.

kk Dulce sputum longitudinem ex consecutione empyematis denunciat, at ingratum quod alibi fœtidum vocat, mortem, ut supra jam notatum.

ll Seu quod hujusmodi peripneumonia à catarrho, seu quod hæc pituita sit proprium pulmonis excrementum pridem congestum.

mm Incalescente sensim humore.

nn Interdum etiam cum sanguis pituitosus sæpius, non raro etiam biliosus primariò affluxerit à pulmonis calore attractus, *ex Text. Lib. 1. de Morb. nuper adducto.*

oo. pp In morbis enim ubi alter alteri succedit, plerumque interficit. *Ex Hippocrate.*

qq Species mugilis sic dicti, ob capitis magnitudinem *ex Atheneo.*

rr Ut siquis assuetus orientali vel meridionali aquæ, subinde utatur aqua septentrionali pectori infensa, inquit *Martinus.*

ss Velut venter murmurat *Marinellus.*

tt. uu Pituitæ acidæ iidem effectus ac atræ bili attribuuntur, at symptomata hic tradita non sunt propriæ peripneumoniæ, sed edacitatis, ebrietatis, redundantisque pituitæ à qua initium cœpit hæc peripneumoniæ species. *Martinus.*

xx Nec mirum præsumptis cibis pinguibus.

Pulmonis inflammati selectiora prognostica.

In omnibus pulmonum & laterum doloribus sputum [a] celeriter promptéque [b] expui convenit, sputoque flavum [c] valde permixtum, *& cætera in Sputo adducenda.*

In omnibus pulmonum morbis [d] gravedines [e] & sternutationes tum præire, tum subsequi, malum. *Ex Lib. Prænot. pag.* 50. *& Coac.* 399.

Quibus ex morbis pulmonum abscessus ad aures oriuntur, & ad inferiores sedes suppurant, & fistula [f] facta aperiuntur, his secunda valetudo contingere solet, &c. *Ibidem. pag.* 52. *& Coac.* 395.

In vehementibus & periculo proximis pulmonum inflammationibus abscessus [g] ad crura utiles. Optimi verò qui fiunt sputo mutationem subeunte. Si namque tumor & dolor suboriuntur sputo pro flavo in pus verso & foras prodeunte, hoc modò tum securissimè æger superfuturus est, tum citissimè citra dolorem abscessus conquiescet. Quod si neque sputum rectè excernatur, neque urina bonam [h] subsidentiam habeat, periculum est ne articulo [i] claudicet æger, aut ei multum negotii exhibeatur. Si verò dispareant abscessus & intrò recurrant, sputo non prodeunte & detinente febre, gravis morbi periculum, & [k] delirii & mortis [l] ægro imminet. *Lib. Prænot. pag.* 52. 53. *& Coac.* 396. *&* 431.

Pulmonis inflammationes, quæ ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quæ ab initio fiunt [m] securiores sunt. *Coac.* 397.

A pleuritide, peripneumonia, [n] malum. *Aph.* 11. *sect.* 7.

Quibus ad unam claviculam dolor subit, iis superior una pulmonis ala laborat; quibus verò ad ambas claviculas dolor extenditur, ambæ superiores pulmonis alæ laborant. Quibus ad mediam costam, me-

a In morbi principio quod absumitur, primo quaternario.

b Liberè & liberaliter sine tussi, molestia, & sine doloris acerbitate.

c Hujusmodi enim permixtio perfectam coctionem naturæque robur significat. *Duretus.*

d *Galenus* interpretatur distillationes, quod de feri-nis intelligit *Duretus.*

e Est pestifera vis catarrhi & sternutamenti, quoniam accessio fit morbificæ causæ à catarrho, majorque infirmitas comparatur pectori ex sternutamenti concussione. *Duretus.*

f Quòd puris in cruribus effusi longa sit via; ideò ductus ille fistula nominatur, dicer minus propriè, cum fistula instrumentum sit musicum cavum & oblongum. *Galenus.*

g Fiunt siquidem deorsũ longè à morbo in partem continendæ materiæ capacem.

h Sicque accedat universalis cruditas ad particularem sputi cruditatem. *Duretus.*

i Decumbenti materia in coxam ob articulationis laxitatem.

k. l Delirii quidem purgato humore effero in cerebrum, mortis verò suffocato calore naturali.

m. n Cum sententia Coacæ videatur adversari Aphorismo, ideò *Duretus* Coacam legit in sensu contrario, ita ut peripneumonia succedanea sit deterior primigenia.

dia,&c. Si igitur ſuſpenſæ utrinque pulmonis alæ aortæ dictæ tanta inflammatione teneantur, ut ad latus adhæreant, illa corporis parte [o] reſolutionem ſentiunt, & ad coſtam foris [p] livores fiunt, quos Veteres ictos aut ſydere percuſſos vocabant. Quod ſi tanta non eſt inflammatio, ut adhæreant, dolor quidem totum occupat, neque tamen reſolutionem ſentiunt, neque livores habent. Carptim *ex Coac.* 400.

In pulmonum vitiis admodum [q] rubræ ſanguinis ſtillæ malum denunciant. *Coac.* 412.

In pulmonis inflammatione, quibus circa initia urinæ craſſæ ſunt, deinde ante diem quartum [r] tenues evadunt, mors [ſ] impendet. *Coac.* 415.

In pulmonum inflammationibus ſiccis, qui [t] pauca concocta expuunt, [v] metuendi his aliquantùm extenti in pectoribus rubores (ſeu *ex Dureto* pectora rubris maculis ſuperſparſa) [x] perniciem minantur. *Coac.* 416. 417.

A pulmonis inflammatione [y] phrenitis, malum. *Aph.* 12. *ſect.* 7.

Pulmonis inflammatio ubi ſtatum attigerit, niſi repurgetur, remedium non admittit, pravaque eſt, ſi æger difficulter ſpiret urinæ tenues ſint & acres, ſudoreſque circa cerviciem & caput [z] oborti ſint. *Lib. de Acut. pag.* 391.

Hi morbi in alios tranſeunt, morbus lateralis in febrem ardentem, & phrenitis in pulmonis inflammationem: ex pulmonis autem inflammatione [aa] febris ardens non fit. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 431.

NOTÆ.

o Ideſt ſpirandi vis in thorace exolvitur impeditis ob pulmonis adhæſionē intercoſtalibus muſculis. *Duretus.*

p Iis fotis livet coſta, ut livent corpora à fulgure perempta *Duretus.*

q Ita ut ad ſtillicidii vitium accedat pravitas ſanguinis prærubri ſuoque ſero exhauſti. *Duretus.*

r Ex vacuitate coctionis converſæ in cruditatem.

ſ Quòd labefactata non minus nutritiarum partiū quàm vitalium œconomia neceſſe ſit vitam effluere. *Duretus.*

t Ideſt parca manu & aliquantiſper cocta peſſima viciſſitudine cruditatis & pepaſmi.

v Quia nil paucum criticum, nec inde laxatur inflammatio. *Duretus.*

x Fit enim hujuſmodi diffuſio rubratum macularū per dorſum & latera purgatione quadam materiæ morbificæ à pulmone fluctuante ſeu putreſcentis æſtu. *Duretus.*

y Accedente fractis viribus novi morbi ferocia. At monet *Mercurialis*, longè frequentius ſupervenire lethargum, quando fere fiat peripneumonia à ſanguine pituitoſo.

z Non per excretionem criticam, ſed tum ab oppreſſione, tum à reſolutione. *Duretus.*

aa Ita ut peripneumoniæ ſublatæ ſuccedat cauſus; etenim pulmo cum ſit rarus & ſpongioſus humores excipit facilè, unde frequenter ex aliis morbis ægrotat; at cum expultricem habeat debilem, rarò ſuſceptos humores dimittit ut aliò transfundat. *Martianus.*

Pulmonis inflammati curatio.

Circa pulmonum & laterum inflammationes, iſtud conſiderandum, num febris ſit acuta, & dolores af-

ffigant, & num laboret dum ſpiritus fertur, &c. His ſiquidem dolor ſurſum ad jugulum tendat, vel ad mammam aut brachium; internam brachii venam [a] ſecare oportet ea parte qua dolor affligit, & ſanguinem detrahere pro corporis habitu, anni tempore, ætate, colore; & ſi dolor acutus fuerit ad animi deliquium uſque, poſtea clyſterem exhibere. Quod ſi ſub thorace dolor urgeat, alvum medicamento purgabis. Carptim *ex Lib. de Acut.* Unde Locus integer adductus nuper in *Pleuritidis curatione.*

Hunc in modum pulmonis inflammationem quemadmodum pleuritidem & phrenitidem curare oportet, primùm quidem [b] caput levius reddito, nequid ad pectus defluat. Primis autem diebus ſorbitiones dulciores eſſe debent. Sic enim quod in ſe conſedit & coctione dilueris & agitaveris, quarto, quinto & ſexto die, ne amplius [c] dulces ſint ſed [d] pingues, cum ad ſputum expectorandum conferant. Quòd ſi juxta rationem expuere nequeat, medicamenta quæ ſurſum [e] educunt exhibenda. Primis quidem quatuor aut quinque diebus paulò magis alvum [f] ſubducere oportet, quò [g] retundantur febres & dolores leniantur. Cum verò vacuatus, corpuſque debile fuerit, tertio [h] quoque die alvus ſubagitanda, tum ut corpus robuſtum evadat, tum ut ſuperiora loca humoris ſint expertia. Nam ſi multus humor per inferiora ſecedat, poſt hunc diem mortem adfert. Secedente enim per inferiora humore ſuperiora [i] ſicceſcunt, neque ſputum expurgatur. Inferiorem igitur alvum neque nimis ſiſti oportet, ne febres increſcant, neque nimis demitti, quò ſputum ſurſum emitti poſſit, ut æger viribus valeat. Ubi autem ſextum, ſeptimum, aut nonum diem attigerit, jamque ulterius progreſſo morbo medicamenta quæ ſurſum educant [k] potius exhibeto: taleque medicamentum ſit veratrum album, thapſia, elaterium recens, cujuſque par portio. *Lib. 3. de Morb. pag. 494.*

Potibus & ſorbitionibus, alvi etiam ſubductione &

a Conſtat ex hoc Textu & aliis, maximéque ex generali theoremate Hippocratis, de præmittenda venæ ſectione purgationi in omnibus inflammationibus, peripneumoniæ curationem non minus ab ipſo ſuſceptam per venæ ſectionem quam pleuritidis ipſius, licet in Locis hic ſubjungẽdis non fiat mentio præcipui hujus remedii.

b Ideò incipit curationem à capitis levatione, quod videatur agere de peripneumonia ſuccedanea catarrhi.

c, d Ex hoc Loco *Martianus* infert dulcia differre à pinguibus, adverſus Galenum eadem eſſe exiſtimantem.

e Anacathartica dicta, quòd ſputum per ſuperiora expurgent. *Gal. ad Aph. 18. ſect. 5.* Licet videantur hic interpretanda de vomitoriis, helleboro, thapſia, elaterio, paulo poſt deſignatis.

f Per clyſteres vel ſuppoſitoria.

g Quæ à cohibitis fæcibus acutiores redduntur.

h Virium enim debilitas obſtat, quominus ſingulis diebus exagitetur alvus.

i Etenim ab alvi profluvio adſtrictæ ſuperioris purgationis, ab adſtrictione mors. *Aph. 80. ſect. 7.*

k Ab his enim ſputi eductio facilior redditur; itaque *Martianus*, ſuccenſet noſtri temporis Medicis reformidantibus uſum heneticorum, à quibus non rarò ſanentur contumaciſſimi affectus.

refrigeratione, ut in morbo laterali curatio facienda, &c. *Lib. de Affect. pag.* 529. 530.

Huic cum tempestivum videbitur curationem istam adhibeto; [l] mel, lac, acetum, & aquam simul mixta, & in ollam infusa tepefacito, & origani [m] capitati surculis agitatis tepefacta potui exhibeto, aut apprehensa [n] lingua sensim per fistulam infundito; deinde vestibus involutum quietem agere jubeto, &c. Idem per quinque dies facito; sic enim melius habebit. Hoc autem post [o] exercitationem si possit bibat, & post calidæ multæ [p] balneum. Ubi verò dies quinque præterierint manè jejunus ex aqua mulsa, aut mulso, laseris [q] succum orobi quantitate bibat, & allium & radiculas jejunus edat, & vinum merum nigrum, aut album austerum insuper sorbeat. Bibat autem cum cibo, & post cibum. Cibis autem [r] siccis & carnibus catulinis coctis utatur; si rigor & febris non prehenderit. Hic ex hujusmodi infuso aliquantùm purgetur, sin minus eum per veratrum sursum purgato, &c. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 553. 554.

Huic primis quidem diebus [s] vinum dulce album, aquosum paulatim crebrò bibendum exhibeto. Ptisanæ verò succum melle ammixto ter die sorbendum, quoad dies decem & octo præterierint, & febris cessaverit, &c. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 470.

In pulmonis inflammatione magis quam in febribus [t] ardentibus balneum [v] convenit. Nam laterum, dorsi & pectoris dolores balneum mitigat, *& cætera supra in Balneo adducta, ex Lib. de Victu in Acut. pag.* 381.

In Ceniadis Pyridamus pulmonis inflammatione laborans decimo die delirare [x] cœpit. Curatus verò ad se rediit; Sputa puriora reddidit, & morbus in meliora tendebat. Somno ei affuso oculi aurigine tentati sunt, & circa diem vigesimum obiit. *Lib.* 5. *Epid. Fere initio.*

l Exemplum optimi vomitorii quidem paratur ex melle ad detergendum, aceto ad attenuandum, lacte ne aliis offendatur ventriculus, & aqua ut adjuvetur vomitio, inquit *Martinus*.

m Tragorigani scilicet, quod *ex Dioscor.* peripneumonicis tussientibus & stomacho laborantibus confert.

n Habita ratione causæ procatharticæ ab ingluvie, unde cumulatur pituita. *Martinus*.

o, p Exercitatione enim & balneo præparatur æger ad faciliorem vomitionem.

q Laseris succus, allium, radiculæ, vinum nigrum præscribuntur ad digerendas humoris in ventriculo reliquias. *Martinus*.

r Est enim consilium Hippocratis hominis gulosi siccare pituitosa excrementa, quod præstant caninæ carnes *Martinus*, hic legens caninas pro catulinis.

s Non ut alimentum, sed ut medicamentum becchicum. *Martinus*.

t Quibus non occurrit præcipua illa ratio administrandi balnei, laxandarum scilicet partium inflammatione distentarum *ex eodem Martiano*.

v Quòd administrandum censet *Mercurialis* in augmento vel statu.

x Nullum enim frequentius supervenit symptoma peripneumonicis, ipso delirio vel phrenitide.

Pulmonis, pectoriſque [a] *empyemata.*

Horum locorum dolores, qui neque per ſputorum purgationes, neque alvi dejectionem, neque venæ ſectionem, aut medicamenta purgantia, & victus rationem ſedantur, eos ad ſuppurationem tendere ſciendum eſt: Ex ſuperioribus autem maximè exitiales ſunt, quæ ſputo adhuc quidem bilioſo [b] exiſtente ſuppurantur. Sive illud bilioſum ſeparatum, ſive unà cum pure expuatur. Idque potiſſimùm cum morbus ad diem [c] ſeptimum pervenerit. Qui verò talia expuit, ne decimo quarto die moriatur, metus eſt, niſi quid boni acceſſerit. At in bonis ſignis numerantur hæc, morbum facilè ferre, bene ſpirare, dolore levari, ſputum ex facili rejicere, corpus æqualiter molle & calidum videri, ſine ſiti eſſe; urinas, alvi dejectiones, ſomnos & ſudores, velut deſcriptum eſt, ſingula ſupervenire bona exiſtimanda ſunt. His enim ſic contingentibus minimè moritur æger. Quod ſi ex his quædam contingant, quædam minimè, æger non ultra decimum quartum diem vitam producet; contra verò morbum ægrè ſuſtinere, ſpirationem magnam & denſam eſſe, dolorem minimè ſedari; ſputum ægrè rejicere, vehementer ſitire, corpus à febre inæqualiter detineri, alvum & latera vehementer calere, fronte, manibus, & pedibus frigidis. Urinas verò & alvi excrementa, & ſomnos & ſudores, una quæque qualia deſcripta ſunt, mala eſſe noſſe convenit. [d] Si quid enim ex his ſputo ſupervenerit, [e] morietur æger priuſquam ad decimum quartum diem pervenerit, aut nonum aut undecimum, &c. [f] Reliquæ verò ſuppurationes magna ex parte rumpuntur, partim quidem vigeſimo die, partim trigeſimo; quædam quadrageſimo, aliquæ etiam ad [g] ſexageſimum diem. Suppurationis autem [h] initium fore, ratione comprehendere oportet à die quo æger [i] primùm febricitavit, aut etiam ſi primùm rigor prehendit, & ſi præ dolore ſibi pondus ineſſe in eo loco qui dolore affligebatur, dixerit;

a Veteres empyemata vocabant puris collectionem rupto vel non rupto abſceſſu, & in quavis corporis parte; alii in ſolis viſceribus factam collectionem, ut notat *Gorreus.* Idem ferè docet *Fernelius,* dum vult empyema in thorace & abdominis ſpatio fieri; in alia verò parte quavis, ſi majuſcula ſit, abſceſſum, ſi minor, vomicam nuncupari. At in hoc Textu uſurpatur propriè pro puris collectione in thorace, in cujus illuvie immergatur pulmo ex pleuritidis, peripneumoniæ vel anginæ degeneratione. *Fernelius.*

b Ob ferociam humoris, qui nil conceſſit naturæ ſupputationem molienti. *Galenus.*

c Hæc ſupputatio ſeu ſeptimi, ſeu decimi quarti ſumenda ab initio non quidem primarii morbi, ſed ab initio concepti empyematis. Ut patebit infra.

d. e Etenim ſicui convaleſcendum fuerit, omnia bona ſigna adeſſe neceſſe; ſi moriendum, ſufficit vel unicum malum; inquit *Galenus.*

f Cum *Hippocrates* primùm tractarit de ſuppurationibus bilioſis, neque de omnibus, ſed de iis quæ ſeptimo die rumpuntur, quòd rariſſimum cum non rumpantur ferè citius vigeſimo. Subinde tranſig.

ista namque circa suppurationem initia fieri solent. Quòd si in altero tantùm latere suppuratio fuerit, tum vertere, tum ediscere convenit, num dolor aliquis alterum latus detineat, & num altero calidius fuerit. Atque ubi in latus sanum decubuerit, interrogare si quod ei pondus impendere videatur. Sic enim altero latere in quo pondus existit suppuratio est. At purulentos [k] omnes his signis dignosces. Primùm quidem si febris non [l] dimittat, verùm interdiu levior, noctu verò major detinet, sudores multi [m] oriūtur tussesque & tussiēdi cupiditas inest, nihil tamen expuunt. Oculi [n] cavi redduntur, maxillæ ruborem contrahunt, ungues in manibus [o] adunci, digiti maximéque summi incalescunt, pedes [p] intumescunt, cibos minimè appetunt, & pustulæ [q] toto corpore enascuntur, &c.

Supersunt autem potissimùm, si quos febris eodem post ruptionem die [r] dimisit, quique cibos celeriter expuerint, & siti liberantur, venterque tum exigua tum coacta dejicit, & si pus album & læve ejusdemque coloris fuerit, & à [s] pituita liberum, citraque dolorem, aut tussim vehementem educatur. Si quidem optimè & celerrimè liberantur. Sin minus qui proximè ad ista accedent. Moriuntur verò quos febris non dimiserit, aut cum dimisisse videatur, iterum accenditur, & siti quidem vexantur. Cibos verò non expetiverint, & si alvus liquida dejecerit, pusque ex viridi pallidum, aut lividum, aut pituita permixtum & spumosum expuerint. Si hæc omnia contigerint, moriuntur. At si quædam contigerint, quædam non, ex his nonnulli [t] intereunt. Quædam etiam ex longo temporis intervallo [u] supersunt. *Lib. Prænot. pag.* 50. 51. 52. *& Lib.* 1. *de Morb. pag.* 435. 436. 437. 438. *& ex pluribus Coacis & Sententiis.*

Qui subinde horrore [x] concutiuntur, ad empyema deveniunt. *Coac.* 422.

Quibus morbus conspicuus redditur, quique pus aut sanguinem, aut utrumque expuunt, siquidem juniores fuerint, cùm nimirùm firmum & densum corpus

NOTÆ.

ad cæteras suppurationes diuturnas.

g Citius vel serius ratione sedis affectæ molliotis vel fervidioris; aut ratione humoris congesti.

h Duo sunt tempora hic distinguenda sedulò, unū circa ruptionem abscessus suppurati. Quod ad primum; constat ex hoc Textu incœptum empyema tum fuisse quum primariæ febris pleuritidem aut peripneumoniam comitantis fit nova exacerbatio cum rigore & conversione doloris præexistentis in ponderis sensum. At circa tempus ruptionis est controversia; & enim *Galenus* desumit dierum supputationem à nova illa febre horrifera dum concipitur empyema. *Duretus* verò à primo die Historiæ totius morbi, ita ut fiat ruptio à die vigesimo, quadragesimo, aut sexagesimo, ex quo incœpit pleuritis aut peripneumonia. *Ad Coac.* 35. *hujus cap.*

i Intellige primariæ febris exacerbationem hic sumi pro nova febre. *Galenus.*

k Postquam ruptio facta fuit membranæ abscessum continentis, indeque effusum pus in capacitate thoracis, inquit *Martianus ad Lib.* 3. *de Morb.*

l Imò hectica evadat.

m Ex virium imbecillitate.

n Quod commune omnibus longis morbis.

o Consutis musculis.

p Superveniente cachexia ex caloris nata inopia.

q Ex collectione pravi ichoris in cutem propagati.

r Aut saltem multùm remisit.

habeant, non æqualiter [y] ab ulceribus quæ pus in superiore ventre habent, repurgari possunt ac [z] saniores. Neque enim pulmo cum densior existat, admodum ad arterias trahit, arteriæque tenues & angustæ, pus nisi paucum, & rarò non excipiunt, ut proinde pus in thorace & ulceribus colligi & crassescere necesse sit. Ei verò qui florentem ætatem jam exegit, pulmo rarior & magis cavus est, arterięque ampliores, adeò ut pus in ventre & in ulceribus diutius non immoretur, & quicquid insuper acciderit, id totum à pulmone in arterias sursum attrahi confestimque exqui necesse sit. Carptim *ex Lib.* 1. *de Morb. pag.* 444. Ubi plura.

Juvenes qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu, aut fistula, aut alio quopiam id genus, aut ex abscessus reversione, ii nisi multa admodum bona signa assecuti sint, minimè evadunt; moriuntur verò hujusmodi homines sub Autumnum. *Ex Lib.* 2. *Prædictor. pag.* 97.

At sanè ex suppurationibus quas pulmonum morbi excitarunt fere senes moriuntur, ex cæteris [aa] verò juniores. *Lib. Prænot. pag.* 53. *&* *Coac.* 431.

Qui futuri sunt purulenti, ii primùm [bb] salsuginosum sputum expuunt, deinde [cc] dulcius. *Coac.* 403.

Purulentos melius habentes, si sputa graveolentia consequantur, recidiva [dd] interimit. *Coac.* 406.

Quibus si concutiuntur pus lutulentum & graveolens prehendit, plurimùm [ee] moriuntur. *Coac.* 409.

Quibus specillum à pure tanquam ab igne coloratum, [ff] moriuntur.

In pulmone pus colligentibus per alvum pus secedere, [gg] mortiferum. *Coac.* 429. Qui ab hujusmodi morbis detinentur, ab alvo fluente pereunt. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 438.

Quicunque suppurati uruntur aut secantur, si pus purum fluxerit & album, evadunt; si verò subcruentum, fæculentum ac fœtidum, [hh] moriuntur. *Aph.* 44. *sect.* 7.

NOTÆ.

s Hæc enim si adsit, cruditatem indicat.

t. u Est enim empyema quid medium inter salutatem crisim & certam desperationem.

x Dum materia conclusa fetit membranas, ita ut hujusmodi horror sit ab ulcere non à vasis. *Duretus.* Vide *Mercurialem in Prognost.*

y. z Hic Textus summariè perstrictus, dum docet majora esse commoda senum ad puris excretionem quã juvenum, adversatur Coacæ infra oppositæ, quæ docet ex empyemate pulmonis ferè seniores interire, quemadmodum Gordianũ, sic solvere conatur *Duretus*, dum interpretatur hunc Textum de empyematis succedentibus vulneribus thoracis, ita ut pertineat ad alteram partem Coacæ, quæ docet graviora esse juvenibus reliqua empyemata. At *Mercurialis Lib.* 2. *Practicæ*, affirmat absolutè ex Hippocratis Sententia senes facilius evadere ex empyemate pleuritidem & peripneumoniam excipiẽte, videturque Sententia *Lib. Prædictor.* hic prostans, favere primo huic Textui, quem *Salius* observavit ab ipsa experientia comprobatum, nec tamen Locos hosce pugnantes ullo modo conciliat.

aa Acutius enim & gravius febricitant juvenes & vehementiori dolore cruciantur. *Duretus.*

bb A pituitæ putredine vel à sero bilioso pituitæ permixto.

cc Dulcescente sputo tandem à pepasmo. *Duretus.*

dd Aucta putredine; unde nova fœtura doloris, dyspnœæ, & febris. *Duret.*

Quibus purulentis ab humeris concussis multus edi tur strepitus, ii [ii] minus habent puris, quàm quibus difficilior inest spiratio; iique melius colorati videntur. Quibus verò nullus intus fit strepitus difficultas tamen spirandi vehemens adest, & livescunt ungues, ii pure [kk] pleni sunt & perniciosè habent. *Coac.* 432.

ee Imò sunt desperati denotante hujusmodi sputo gangrænam partium respirationi inservientium. *Duretus.*

ff Denotat siquidem hujusmodi coloratio indomitam puris conditionem. *Duretus.*

gg A puris enim transitu labefactatur alvi œconomnia. *Duretus.*

hh Etenim hæc contaminatio extinguit cordis vivacitatem. *Heurnius.*

ii. kk Quemadmodum enim uter plenus quantumvis agitatu s non fluctuat, ita nec pectus pure distentum. *Duretus.*

Pulmonis empyemata à pituita.

Distillationes in ventrem [a] superiorem infra viginti dies suppurantur. *Aph.* 38. *sect.* 7.

Fit quoque suppuratus, si ipsi pituita ex capite in pulmonem defluxerit. Ac primùm quidem ferè latenter defluit, tenuemque tussim exhibet, sputum solito amarius existit; calorque adest. Progressu temporis pulmo exasperatur, tum intus à pituita putrescente exulceratur, pondusque in pectore & dolorem acutum ante & retrò exhibet, &c. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 435. 436.

At verò multis modis superiore ventre pus colligunt; nam cum pituita multa à capite confertim in superiorem ventrem confluxerit, putrescit, & pus evadit, maximè diebus uno & viginti. Pus igitur ad latera illabens commovetur, & intus fluctuat. Hic si maturè uratur aut secetur, plerumque sanus evadit. *Ibidem. pag.* 437.

a Ventrem superiorem vocat cavitatem à thorace circumscriptam, in quam à capite per asperam arteriá fertur distillatio, quæ ferè intra 20. dies suppurat. *Galenus* quod autem succinctè docuit *Hippocrates in Aphoris.* 10. fusius explicat Textu sequenti, ut minimè sit dubitandum fieri suppurationem à materia descendente à capite in pectus nulla prægressa inflammatione. Inquit *Mercurialis Comment. in eundem Aphoris.*

Pulmonis & pectoris [a] hydrops, & pulmonis hydatides.

Si aquæ copia in [b] pulmone collecta fuerit, febris & [c] tussis vexat, confertim [d] respirat, pedes intumescunt, ungues contrahuntur, velut suppuratus efficitur, verùm remissius ac diutius. Quod si infusum, aut fomentum, aut suffitum adhibeas, pus non sequitur, indeque

a Hunc affectum, cujus post Hippocratem solus ex Veteribus meminit *Avicenna*; nobis frequentem fore observatunt recentiores Medici, *Horstius, Piso, Doringius, Senertus*, imò & sine viscerum noxa, inquit *Martianus.*

b Vel in pectoris capacitate.

c Tussis ea sæpius sicca,

indeque cognoscas non pus sed aquam inesse, & si diutius aure ad latera admota auscultaveris, intrinsecus veluti [e] acetum olet, & aliquantisper ita afficitur, postea in ventrem erumpit, confestimque sanus esse [f] videtur. Procedente verò tempore venter incenditur, eademque illa [g] majora quæ patitur. Quibusdam etiam venter ac scrotum ac facies intumescit. Et nonnulli istud ab inferiore alvo provenire existimant, cum ventrem [h] magnum & pedes intumescere videant. Quæ certè intumescunt, si sectionis tempus præterieris, hunc quidem si exteriore parte intumescit inter costas sectione facta curare oportet. Sin verò minimè intumescit, post multæ calidæ balneum, velut purulentos in sella collocatus, & qua parte strepitum edit ea secato, votumque est quò facilius effluat ut quàm infimo loco id fiat. Post sectionem autem linamentum ex lino crudo crassum & in summo acutum imponito, & paucissimam aquam emittito, & siquidem quinto die linamentum pure obductum fuerit, educta aqua sitis corripit, & tussis, ac perit.

Lib. 2. *de Morb. pag.* 480.

Aqua intercutem ex his oritur ubi æstatis tempore siti pressus copiosam aquam biberit; quandoquidem inde ferè [i] gigni solet & pulmo [k] expletus rursus in pectus dimiserit, tumque in pectore extiterit, vehementem ardorem excitat, ita ut pinguedinem quæ in arteriis est, liquefaciat. At si semel pinguedo liquefieri cœperit, longè citius aquam intercutem efficiet. Gignitur etiam ubi tubercula in pulmone exorta fuerint, & aqua repleta in pectus eruperint. Aquam autem intercutem etiam ex tuberculis oriri argumento sunt oves, boves, & sues. In his enim [l] tubercula exoriuntur quæ aquam [m] continent, &c. Talia autem multò magis in homine quàm pecoribus fieri videntur, quanto magis morbosa victus ratione utimur. Plerique verò exortis [n] tuberculis purulenti etiam extiterunt. Hæc igitur perinitia contingunt; tussis sicca & fauces stridulam quandam asperitatem habere

NOTÆ.

aut quæ spumosum aliquid expuat, ut nos observavimus in matre Polemarchi *de Guebriant.*

d Urget dyspnœa sub primum somnum. At die appropinquante remittit, ut observavit *Carolus Piso*, & nos etiam in prædicta illustrissima Causaria.

e Vel ex Cornario veluti acetum ebullit, auris enim non percipit odorem, sed fervoris strepitum. *Sennertus.*

f Dum laxatur tantisper pectus deposita in ventrem aqua, unde contrahitur tandem hydrops Ascites.

g Refluente sero ex abdomine in pectus, & geminato morbo.

h Cujus solius distensio aspectabilis, non verò pectoris, cujus distentionem non sinunt sternum & costæ.

i Sunt siquidem Hippocratis duæ hujus affectus causæ, una procatarctica aquæ scilicet potus. Altera interna pulmonis tuberculum, de quibus consule *Comm. Martini.*

k Pulmonem expleri ita interpretatur *Martianus*, ut pars hujusmodi aquæ dum ebibitur decerret in pulmones. At probabilius censet *Martinus* hunc ex ventriculo attrahi à pulmonibus impensius æstate æstuantibus.

l. m Ideò hydatides dicuntur, & externam viscerum partem occupant; Tenuis enim materia facilè è cavo parenchymatis evehitur in ambientem membranam ibique coercetur ob ejus densiorem substantiam.

n Quemadmodum tuber-

videntur, rigor & febris, erectæque cervicis ſpiratio contingit, corpus & pedes [o] intumeſcunt, ungues contrahuntur, & quandiu quidem in ſuperiore ventre aqua intercus extiterit, acutus dolor detinet. Cum verò ad inferiorem ventrem devenerit, melius habere videtur. Deinde progrediente tempore [p] impleto ventre ea quæ prius patitur; interdum verò ad latus intumeſcit, & qua parte ſecandum ſit indicat. Quòd ſi non indicet, multa calida lotum, humeris comprehenſum concutito; deinde quonam latere fluctuet auſcultato. Quod cum intellexeris, tertiam [q] ab ultima coſtam [r] ad os uſque ſecato; deinde terebra acuta ulterius perforato, cumque perforata fuerit, paucam aquam educito. Qua educta penicillum ex lino [ſ] crudo in vulnus immittito, &c. Per duodecim autem dies ſemel die aqua educenda. Venter ſiccis cibis reficiendus. Et ſi pudenda & femora intumuerint, audacter ſpecillo pertundito. Hunc ſi eo modo curaveris, citiſſimè ſanum reddes. Carptim *ex Lib. de Intern. affect. pag.* 567. 568.

Pulmonis in latus [a] *converſio, ejuſque ad latus* [b] *adhæſio.*

Si pulmo in latus [c] incubuerit, tuſſis & ſpirandi difficultas qua ſpiritus erecta cervice trahitur, detinet, ſputum album cum tuſſi expuitur, dolor pectus & dorſum occupat, pulmo lateri adhæreſcens propellit, & pondus quoddam incumbere videtur, dolorque acutus pungit; ſanguis velut corium ſtridet, & reſpirationem retinet, in latus quidem affectum decubitum ſuſtinet, in ſanum verò minimè, verùm ei pondus quoddam ex latere dependere & per pectus tranſpirare videtur. Hunc calida lavato, & aquam mulſam propinato, à balneo vinum album pauco admixto melle tepidum ſorbendum dato, &c. Quod ſi ex vulnere iſtud contingat, aut cum quis purulentus factus fuerit, veſicam fiſtulæ alligatam & flatu impletam

NOTÆ.

culi materia, ſi ſuſcipere poſſit puris formam efficit ſuppuratum, ſic etiam ſi non ſit ſuppurationis capax, efficit hydropem, inquit *Martianus*. At nos obſervavimus utrumque ſimul affectum in cadavere Domini *Dalibert*, ſiquidem unius lateris lobus erat pure & tabo plenus, alter verò aquæ immerſus.

o Ob humorum colliquationem vel ſucceſſionē hyderi univerſalis aſcitici.

p Reſudante aqua è pectore in abdomen; aut viſceribus etiam in ſympathiam adductis.

q Decimam ſcilicet facta ſurſum enumeratione. *Martianus*.

r Ideò ipſa coſta perforanda, ut vitetur periculum fiſtulæ quæ ſuccedere ſolet perforato carnoſo coſtarum interſtitio. *Martinus*.

ſ Linum crudū quod nondum ſit lixivium expertū.

a Hanc converſionem fuſè explicat *Salius*, cujus conſulendus Commentarius.

b Frequens ex Anatome & diſſectione cadaverum obſervatur hujuſmodi adhæſio, quæ ſi ſit paulò major tota vita cauſarios homines reddit, ob frequentem tuſſim, dyſpnœam, laterumque dolores pleuritidem ementientes, leviores tamen.

c *Salius*, *Martianus* que intelligunt Hippocratem non de adhæſione ad latus ob diſtillationem è capite, ſed de agglutinatione quæ fiat ſine inflammatione & ſine febre à materia craſſa & viſcida pulmonis lobos glutinis inſtar lateri affigente, quod poſt thoracis vulnera aut ſectionem pu-

huic intrò immittito, & penicillum ſtanneum ſolidum indito, & penitiſſimè intrudito. Hac curatione voti compos fies. Carptim *ex Lib. 2. de Morb. pag.* 479.

rulentorum accidat; ex ipſo Hippocrate.

Pulmonis vulnera, ſupra *Pectoris vulnera.*

Pulſatio, pulſus arteriarum.

Manibus tum ventrem tum venas [a] attrectantem minus falli convenit, quàm qui non attrectavit. *Lib. 2. Prædict. pag.* 92.

Venarum pulſationes & ſpiritus reſpiratio pro ætate conſentiunt & diſſentiunt, & morbi & ſanitatis ſunt indicia, &c. *Lib. de Alimento. pag.* 363.

Si venæ temporum in febribus [b] pulſent, & facies benè habita fuerit, abſque præcordiorum [c] mollitie, longum [d] fore morbum ſperare oportet, qui nec ſine liberali hæmorrhagia narium, aut ſingultu, aut convulſione, aut coxendicum dolore deſinet. *Coac.* 128.

Lorto fabro pulſus tremuli, tardi, &c. *Lib. 4. Epid. pag.* 1027.

a Hinc conſtat Hippocratem diligentiam adhibuiſſe in attrectandis explorandisque arteriis, non in carpo tantùm, ſed in univerſo corpore, licet hujus artis præcepta nullus ante Galenum tradiderit, inquit *Valeriola.*

b Pulſu aſpectabili Medico explicatis multùm arteriis

c Imò cum diſtentione à flatibus, potiuſquam ab inflammatione partis.

d Ob materiæ contumaciam & perennem ejus generationem, *ex Dureto*, cujus conſulendus Commentarius.

Pupillæ, ſeu Cataractæ, ſupra *in Oculorum affectibus.*

[a] *Purgatio, Purgantia in genere.*

Purgantia mitiora [a] *eccoproctica vulgò dicta.*

Aqua frigida liberalius ſumpta ex Hiſtoria Metonis, quæ ſeptima eſt. *Lib. 1. Epid. ſect.* 3. Cui vehementer febricitanti ex liberali aquæ potione alvus recte [b] demiſit. (junge Hiſtoriam, *Gal. Lib. 10. Meth. cap.* 5. adoleſcentis febre tertiana correpti, qui poſt epotam frigidam bilem meracam tum evomuit, tum dejecit.)

a Humorum qualitate moleſtorum vacuatio. *Ex Gal. ad Aph. 2. ſect.* 1 quæ ubi ſimpliciter ponitur intelligenda infernè facta. Fit autem utraque via non modò aſſumptis aut injectis medicamentis, ſed iis etiam admotis ſæpius ventriculo & umbilico. Aliquando etiam aliis partibus ut conſtat ex helleboro albo plantis pedum admoto, unde vomitus. *Ex Dioſcor.*

a Hæc fæces ex inteſtinis vacuant alvumque ſubdu-

Lac [c] asininum coctum, tum etiam lactis [d] ferum coctum ex variis Locis supra in *Lacte* adductis.

Ptisanæ [e] succus. *Ex Lib. de Locis in Homine. pag.* 418.

Ubi in fluxione in ventrem primùm ptisanæ succo alvus per infusum eluenda. Deinde ubi per hunc purgaris, astringente aliquo utendum.

Mercurialis [f] tum jusculo, tum decocta passim; Quemadmodum tum [g] brassicæ, tum [h] betæ succus; maximè si incoquantur cum adipe [i] renali. *Ex Lib. de Intern. affect. in Tabis tertiæ curatione.*

Epithymum & [k] polypodium, de quibus dictum supra suis Locis.

Quæ humida sunt natura & frigida, & insipida, & odore gravi per alvum magis secedunt quàm per urinam, &c. scolopendrium, mentha, seseli, caucalides, hypericum, urticæ alvum movent & purgant. Cicer, lens, hordeum, beta, brassica, mercurialis, sambucus, Cnicus; hæc omnia alvum potius quàm urinam movent. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 330.

Quæcumque ventrem refrigerant, eadem alvum subducunt, & quæ frigida sunt & humida. Cum verò alvum minimè subducant, calefaciunt. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 420.

Ex oleribus coctis per alvum secedunt quæ natura sunt humidissima, aut acerrima, aut caliditatem habent. Danda hæc ut ad secessum conferant tepidiora & coctione maximè emollita. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 546. 547.

…cunt, sive molliendo & humectando ac lubricando, sive detergendo moderateque stimulando, sive comprimendo, sive in imum mesenterii æstum contemperando, ut docent Medici passim.

b Mirabitur forsan aliquis aquam frigidam usurpari ab Hippocrate etiam in alvi profluviis sedandis, ut constat ex Textibus adductis supra tum in Aqua, tum in Alvi profluvii curatione. At hæc contraria diversa ratione præstat, laxat enim alvum quando adstringitur ex nimio æstu & siccitate tum hepatis tum mesenterii: adstringit verò dum roborat ipsa intestina.

c, d, e Clementer alvum subducunt qualitate sua detersoria, lac asininum, lactis serum, & ptisanæ succus.

f, g, h Dum qualitate acri substantiaque nitrosa alvum stimulant.

i *Ex ipso etiam Dioscoride,* qui cum carne pingui decoquit brassicas, tum ut acrimonia moderetur, tum ut magis lubrificet.

k Hæc specialiter melancholicum humorem clementer purgant.

Purgantia [a] *fortiora*, [b] *Mochlica dicta.*

Utrumque veratrum, sesamoides, granum Cnidium, Cneorum, peplum, tithymalus, hypophae, Thapsia, scammonium, colocynthis, elaterium, æris tum flos, tum squama, radix, Magnesius lapis, tetragonum, de quibus seorsim suis Locis agitur.

Veratrum, scammonium, peplum, hæc pituitam bilemque purgant, flatusque educunt. *Lib. 1. de Morb. mul. pag.* 645.

Simul

a Quorum natura corporum naturis contraria est, & ut quispiam dixerit lethalis & deleteria, nisi in pauca quantitate exhibeantur, admistis iis quæ malitiam obtundunt, operationemque juvant, tum incidendo crassos humores, tum extenuando. *Gal. Comment. in Lib. de Acutis*, qua ratione Hippocrates miscet veratro daucum aut anisum, peplio laseris succum.

Si mulier aut capra cucumeris [c] agrestis succum elaterium dictum devorarint, etiam pueri purgantur. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text.* 33.

Quæ medicamenta sursum aut deorsum aut utroque modo purgant, omnia valde urunt, & ex his valentia, si forte mollem aliquam corporis partem contigerint, eam exulcerant; leviora verò in corpore turbationem excitant, *& cætera afferanda in Ventriculo, ex* Lib. 4. *de Morb. pag.* 524.

NOTÆ.

[b] Quod potenter dimoveant humores, adinstar ossium quæ luxata, in primam sedem rectè reducuntur.

[c] Aut si quod aliud medicamentum fortè assumpserint. *Ex Gal. Comment.* at mirum est quod vult *Martianus* intra horæ spatium ab assumpto à nutrice cathartico ejus lac purgatorium reddi; quæ Sententia nititur paradoxo ejusdem *Martiani*, annotato supra in *Lacte muliebri*, cibum scilicet attrahi celerrimè à nutricum mammis ex ventriculo per cæcos ductus.

Purgantium delectus.

In purgationibus ventris & vomitibus spontaneis, si [a] talia purgentur qualia conveniunt, confert & facilè tolerant. Sic & vasorum inanitio si talis fiat qualis fieri debet, confert & facilè tolerant. *Aph.* 2. *& ult. sect.* 1. *&* Lib. 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 10.

Si alicui medicamentum exhibueris, quod pituitam educat, pituitam tibi vomitione reddet, & si medicamentum quod bilem educat exhibeas, bilem tibi evomet, eademque ratione medicamentum atram bilem educens. *Lib. de Natura* Hominis. *pag.* 174.

Biliosis ea exhibeto quibus bilis repurgetur, melancholicis ea quibus bilis atra. Hydropicis verò ea ex quibus aqua. L*ib. de Affect. pag.* 540.

Si verò alia quàm hæc purgaveris, quæcumque excludi debent non purgabis, quæ verò non convenit, evacuabis. Quare bis peccabis. *Ex* L*ibello de Purgatoriis*, quem Hippocratis Operibus aggregant quidam.

Si eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibueris hyeme maximè, [b] pituitosa tibi evomet. Vere valde humida, æstate admodum biliosa, Autumno nigerrima. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 176.

Quando miscentur purgantia sint ejusdem [c] generis.

[a] Hæc Sententia tot Locis repetita videtur, ut semper ejus meminerimus, licet ita à recentioribus negligatur, ut in quovis morbo eadem medicamēta passim præscribant, *Martianus.*

[b] Perperam ex hoc Textu colligunt quidam medicamenta purgantia nullum particularem humorem elicere, sed eum qui maximè abundat. Vult siquidem Hippocrates id tantum innuere, ut si medica-

NOTÆ.

mentum pituitam per delectum purgans, bilem tamen copiosam simul educat, id sit tribuendum exuperantiæ bilis in corpore; quæ ob perturbationem à medicamento phlegmagogo inductam etiam excernatur cum pituita, unde fit miscella humorum & sic de cæteris. *Matianus.*

c Ὁμοιότροπον dicitur medicamentum quod celeritate aliud non antevertit, sed pari tempore suas vires exerit, cujusmodi esse dicunt omnia medicamenta quæ ad purgandum miscentur.

Qui & quando purgandi.

Qui benè se habent corpore difficulter [a] ferunt medicationes. *Aph.* 37. *sect.* 2. Carnes sanas habentibus periculosus helleborus; facit enim convulsionem. *Aph.* 16. *sect.* 4. [b] Concocta medicari, atque movere non cruda, neque in principiis, modò non [c] turgeant. *Aph.* 22. *sect.* 1.

In acutis passionibus [d] raró, & in principiis medicamentis purgantibus uti oportet, & hoc cum [e] præmeditatione faciendum. *Aph.* 4. *dictæ sect.* 1.

Medicari in valde acutis, si materia turget [f] eadem die, tardare enim in talibus, malum. *Aph.* 10. *sect.* 4.

Cum morbi [g] inchoant, siquid movendum videtur, [h] move. Cum verò consistunt [i] ac vigent, melius est quietem adhibere. *Aph.* 29. *sect.* 2.

Ventres in morbis medicamento purgante subducere cõvenit; inferiores quidem ubi materiam concoctam & consistentem videris, *& cætera afferenda Articulo de Vacuationum delectu, ibique explicanda.*

Medicari æstate [k] superiores [l] magis, hyeme verò [m] inferiores. *Aph.* 4. *sect.* 4.

Sub Cane & ante Canem difficiles sunt medicationes. *Aph.* 5. *Ibidem.* Maximi periculi etiam plena sunt ambo Solstitia, precipuéque æstivum; etiamque ambo Æquinoctia, maximéque Autumnale. *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 262. 263.

Qui febre continente detenti diebus paribus medicamentum purgans sumpserunt, ii sanè nunquam supra modum purgati sunt. Qui verò diebus imparibus vehemens medicamentum sumpserunt, ii purgati sunt, multique etiam supra modum [n] purgati perierunt, &c. Humor enim in ægrotantis corpore magis

a Quod pharmacum non inveniat familiarem propriumque humorem. *Gal.*

b Tunc enim naturam habemus adjutricem, siquidem ipsa coquit prius quã secernat. *Galen.*

c Dum humores instar animalium libidine accensorum motu citatiore feruntur de loco in locum.

d Raró enim turgent humores, ut subinde de parte una in aliam moveantur.

e Quod pharmacum temerè exhibitum suo calore febrem augeat, nisi majorem refrigerationem afferat noxii humoris vacuatione. *Galen.*

f Ni turgens humor impetum faciat in partem nobilem.

g *Martianus ad Aph.* 22. *sect.* 1. docet morbi principium includere etiam augmentum, notatque non statim primis diebus, sed circa quartum institutam fuisse ab Hippocrate purgationem.

h Ut reliquum materiæ facilius coquatur. *Galen.*

i Itaque neque venæ sectio, neque purgatio in vigore adhibenda. *Ex Gal.* nisi forsan natura in vomitum inclinet, quo casu hemetica convenire docent Historiæ Menesianactis & Cleochi, qui sumpto in vigore helleboro sanati sunt, inquit *Mercurialis.*

diebus imparibus conturbatur, nimirum cum corpus [k] ad ventriculum humiditatem transmittat; & si quis jam commotum medicamento injecto magis commoveat, non mirum est si quis ex his pereat. *Lib. 4. de Morb. pag.* 513.

Cum febris detinet, si neque per inferiora, neque per superiora purgantur, totumque corpus laboret, tertio vel [o] quarto die levi medicamento vel potione per inferiora purgandum, &c. *Lib. de Affect. pag.* 531. 532.

Præcordia in tumorem sublata non ex spirituum interceptione, septi transversi contentiones, protensæ spirationes cum erectæ cervicis spiratione sicca, quibus pus minime subest, sed quibus ex [p] spirituum interceptione ista contingunt. Potissimùm verò jecoris vehementissimi dolores, & lienis gravitates, atque aliæ inflammationes, & gravissimi supra septum transversum dolores, & morborum collectiones solvi nequeunt. Si quis eas primùm medicamento [q] purgante aggressus fuerit; verùm in his [r] venæ sectio præferenda est: deinde ad infusa per alvum veniendum, nisi vehemens & magnus morbus fuerit. Alioqui etiam postea medicamento purgante utendum; quod & post venæ sectionem securitate & moderatione indiget. Quicunque autem statim per initia morborum inflammationes medicamento purgante solvere tentant, ii de contenta [s] parte nil detrahunt, cum nil cedat quæ adhuc cruda est affectio. Quæ verò morbo resistunt & sana sunt contabefaciunt. *Lib. de Acutis, pag.* 383. *& de Veratri purgatione. pag.* 1171.

Quibus per initia urinæ [t] nebulosæ sunt, aut etiam crassæ, hos si alia quoque conferant purgare oportet. Quod si per initia urinæ tenues fuerint, minime purgabis, sed per clysterem alvum subduces. *Dicto Lib. de Acutis pag.* 386.

Decolores, [u] raucedinosos, lienosos, sanguine defectos, spirituosos, sicca tussi laborantes, siticulosos, flatuosos, & venarum interceptiones, intenta quo-

NOTÆ.

k Ventres intellige.

l Eo enim tempore abundat bilis, quæ sæpius viam affectat vomitione.

m Attamen ut Hippocrates in Causo æstivo purgat lacte asinino, sic nos cassia & tamarindis sub Cane tutò purgamus. Inquit *Martianus*.

n Rationem hic reddit Hippocrates, quam fusè explicat *Martianus*, ita ut diebus imparibus præsertimque criticis propinare valida medicamenta, nil sit aliud quam hypocartharseos periculum creare. Unde etiam interitus ægri sæpe succedat.

o Quartus enim ferè semper pertinet ad principium morbi, aut incrementum quod sub principio comprehendit Hippocrates, metuens forsan sibi à lege Ægyptiorũ, qua prohibebatur Medicus ægros suscipere curandos primis tribus diebus, nisi suo periculo, ut hic notat *Martianus* ex Aristotele, addens præterea eligi ab Hippocrate tertium aut quartum diem, prout morbus pariter vel impariter moverur.

p Vel *ex Marinello*, non ex flatuum interceptione.

q. r Hoc Præceptum practicum de usu ac ordine utriusque principalis remedii venæ sectionis & purgationis tanti est momenti, ut semper hærere debeat fixum in memoria Medici, uti etiam Consilium *Galen*. monentis passim ut incidente utriusque remedii necessitate præmittatur venæ sectio.

s De interna ac inflammata parte. *Marinellus.*

t *Galenus* interpretatur de nebulis albis, quæ dum apparent in urina coctionem

que habentes præcordia, latera, & dorsum, ac stupore detentos, obscurè videntes, eosque quibus aures tinniunt, & qui urinariam fistulam incontinentem habent, auruginosos, & quorum alvi cruda dejiciunt, quique sanguinem copiosum ex naribus, aut sede profundunt, aut qui inflammationibus detinentur, si eos vehemens dolor vexet, neque superiores existant, horum neminem [x] purgabis; neque enim res periculo caret, nihilque profiteris. Tum etiam spontaneas liberationes & judicationes auferes, &c. At si medicamentum purgans tibi exhibendum visum fuerit, per veratrum supra cum securitate purgabis, at deorsum eorum neminem. Carptim. *Ibidem. pag. 396.*

Qui validis impliciti febribus jacent, his non ante febris remissionem pharmacum dare oportet, *& cætera adducta supra Articulo de Febre continua. Ex Libello de Purgatoriis remediis.* Eadem hac ratione æstate à Canis ortu 50. dierum spatio à pharmacia cavendum; sed potius clysmis indulgendum ubi opus est. Alioqui idem discrimen [y] imminet. *Ibidem.*

Interdum bona Medicina est, tum ad aurem, tum ad alia multa quæ [z] nulla adhibetur. *Lib. de Articulo. pag.* 840.

Purgationem juvantia, quæque purgationem subsequi debeant.

Ptisanam ubi epotum est medicamentum, insuper sorbendam [a] dare oportet, neque admodum minore quam consuetum est quantitate. Siquidem non fit rationi consentaneum media in [b] purgatione sorbitionem exhibere. *Lib. de Acut. pag.* 370.

His qui medicamentum biberunt post purgationem, exhibeto febricitantibus quidem aut lenticulam, aut milium tenue, aut ptisanæ cremorem, &c. *Lib. de Affect. pag.* 541. Et alibi passim.

Qui ptisana in acutis utuntur, citra intermissionem utantur, nisi propter medicamentum vel clysterem intermit-

NOTÆ.

indicant, ex seque ostendunt, (multóque magis crassæ) locum fore purgationi quam dehortantur tenues.

v. x Notabis *ex Galen.* haberi hic Catalogum eorum qui ad purgationem inepti sunt, quem si quis indistinctè accipiat, multa in arte perperam molietur, adeò inordinatè descriptus fuit, ex instar præparationis ad Commentarium diligentius postea subducendum. Is verò *Comment. ad Aph.* 24 *sect.* 1. docet esse omnes purgationi ineptos qui cruditatibus abundant, quibus flatibus distenta hypochondria, urina præcalida & ignea aut aliqua adfuerit viscerum inflammatio.

y Vide quæ annotata fuere *Articulo de Enemate.*

z Vide explicationem supra in *Medicinæ difficultate.*

a Seu ad reliquias pharmaci eluendas *ex Mercuriali,* seu *ex Dureto,* ne medicamenti acrimonia exulceretur ventriculus convulsioque accersatur.

b Notat *Martianus,* antiquos intermisisse prandium quo die pharmacum sumebant, vel clysterem injiciebant, quod sumptum subinde alimentum interrumpat, subsequens verò inedia perficiat, quod alioqui constat *ex Textu hic prostante in fine Articuli.*

intermittere expediat. Carptim *ex Lib. de Acutis. pag. 366.*

Purgationis temeraria calamitas.

Turpis est [a] calamitas à medicamento purgante hominem interire. *Ex dicto Lib. de Purgatoriis remediis.*

Serva quædam babara, cui ex medicamento deglutito pauca quædam per superiora prodierunt, quæ suffocabant, per inferiora verò multa, nocte obiit. *Lib. 5. Epid. pag.* 1046.

Eubiensis quidam medicamento deorsum purgante ebibito, tribus diebus purgabatur, ac mortuus est. *Ibidem.*

[Junge Historiam Scomphi pleuritici post sumptum pharmacum ex suppressa expectoratione demortui adductam *in Pleuritide.*]

Purgatio [a] *inmoderatior, superpurgatio.*

In omni superflua purgatione frigus cum [b] sudore exitiale, & inter hæc qui subinde vomunt & siticulosi sunt, malè habent. *Coac.* 568.

Epoto medicamento quod bilem ducat, primò sanè quis bilem vomitione refundet, mox etiam pituitam, deinde atram bilem, idque per vim. Sub noctem sanguinem etiam vomet purum, sub eoque moriuntur. Etenim cum medicamentum corpus subierit, primùm [c] quidem quodcunque sibi ex omnibus quæ corpori insunt, secundùm naturam magis familiare fuerit educit, deinde verò etiam reliqua trahit & purgat, non secus quàm quæ ex terra educuntur & in eam inferuntur, ubi terram subierint, eorum quodque trahit quod suæ naturæ in terra accommodatum inest. Est autem & acidum & amarum & dulce & salsum, & cujusque modi. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 175.

Cum quis ex medicamenti potione malè affectus

a Non est enim exitio hominum, sed saluti quæsita Medicina. *Ex Apulcio.*

a Purgatio vacuatio est humorum qualitate molestorum. At si ea ulterius procedat ipso sanguine aut humoribus innoxiis prodeuntibus tunc superpurgatio censenda. *Gal. ad Aph. 2. sect. 1.*

b Nam frigus ostendit extinctum calorem vivificū, ex cujus extinctione prodit illa frigida sudatiuncula instantis mortis index. *Duretus.*

c Evacuatum humorem medicamento familiarem mox consequitur primus is qui præter alios ducitur facillimè. At omnium novissimè sanguis quod sit familiarissimus naturæ humor, quem illa sui diligens retinet quantum & quandiu potest. *Galen.*

d Vinum tenue, calidum ore infundendum aut cum pane calido maceratum. Ex Lib. 2. Epid. qua ratione Galenus frebricitantem in syncopem delapsum recreavit, Lib. 10. Meth. cap. 3.

fuerit, & infra supraque demittit, [d] vinum primò quidem dilutum, deinde meracum frequenter sorbendum exhibeto, & servabitur. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 415.

Purpura, supra *inter Conchylia.*

Pus, infra *in Suppuratione.*

Pustulæ, supra *Phlyctena.*

R

Racemus; *Botrus* infra *in Uva.*

Radius.

[Radii in Cubito prostat descriptio. *Lib. de Locis in Homine. pag.* 402. 403.]

a Radicem absolutè sic ab Hippocrate positam, quidam existimant esse onoma Dioscor. Ut notat Fœsius. At Celsus, radicem absolutè ponit pro glychirriza.

[a] *Radix*; *purgatorium medicamentum.*

Cum sic habuerit, medicamentum bibendum exhibendum, si quidem valida fuerit, ex veratro; si verò debilis fuerit, ex radice & elaterio; & postremò lac caprinum, aut medicamentum quod deorsum bilem & pituitam purget, exhibeto. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 710.

Radicum vis purgatoria.

a Ergo errant Medici passim dum pro tollendis obstructionibus & movenda urina præferunt radices foliis. Inquit *Martianus.*

Raphani, apii, betæ radices magis [a] alvum movent. Carptim. *Ex Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

Raia piscis. Batos, [a] *Batis.*

a Batos & batis idem sunt, vulgò raia, cujus fel auribus utilissimum esse docet *Plinius.*

Sumat pro opsonio torpedinis frustulum, aut squa-

tinæ, aut Galei, aut Raiæ. *Lib. 2. de Intern. affect.* In *tertia Tabis specie.* Piscibus utatur galeo, torpedine, pastinaca, & parvis [b] batidibus coctis. *Ibidem.* In *primo Hepatico morbo.*

b Galli vocant *Restons.*

Ramex, hernia, infra *in Ruptura.*

Rana.

Torpedinem edat, squatinam, rajam, pastinacam, & [a] ranas. *Lib. de Intern. Affect.* In *dicta tertia Tabis specie.*

a *Martinus* intelligit ranas non vulgares, sed quandam speciem quæ sit sine pedibus; vocaturque

Rana piscatrix, vulgò Diabolus marinus.

Raphanus, Radicula, Rapulum.

Raphanus [a] humectat, pituitam sua acrimonia diffundendo; folia verò minus nisi in articularibus morbis. Radix vitiosa quòd per summa fluitet, & ægrè concoquatur. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.*

Allium ac radiculas jejunus edat, & vinum insuper sorbeat. *Lib. de Intern. Affect. pag. 553.*

a Humectat ut aiunt per accidens, calefacit enim & deficcat præsertim semine. *Gal. Lib. 8. Simplicium.*

[a] *Rapum*, [b] *gonzylon*, *& strongylon, Bunias.*

Raptum æstuosum, humectat autem & corpus conturbat, non tamen per alvum secedit; verùm urinæ difficultatem adfert. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.*

a, b *Galenus* nullum facit discrimen inter rapum seu gonzylon & napum seu buniam. At *Dioscorides* seorsim agit de rapo seu gonzylo & de napo, quod etiam βυνιὰς Græci vocāt; Dioscoridē sequitur *Mathiolus.* Nos Galli rapum vocamus *Rave*; napum verò *Naveau.*

Raucedo, Raucitas, Bronchos, stridula vocis asperitas,

Sputa [a] viscida, [b] salsuginosa, cum [c] raucitate malo sunt, quod si in pectore aliquid præterea [d] sublatum sit, malum significat; in his extenuatis [e] cervicis dolores perniciem denunciant. *Coac.* 413.

Raucitas cum tussi & alvo liquida pus [f] educit. *Coac.* 414.

a Sputa redduntur viscida à calore præter naturam exusta, quemadmodum à calore naturali redduntur crassiuscula & meabilia, quæ os humectum reddunt, vulgò putria.

b Peculiari materiæ cor-

Ex insania [g] in raucedinem cum tussi fit secessio. *Coac.* 484.

Amphiphradis puerum lateris sinistri dolor & tussis prehendit, procedente morbo densior & creber anhelitus cum stridula quadam ad pectus & arteriam asperitate, ad octavum & vigesimum diem extinctus est. Carptim *ex Lib. 7. Epid. pag.* 1089.

Posidonius etiam cum adhuc æstas impenderet, pectoris, præcordiorum & lateris dolore citra febrem diu conflictatus est, &c. Per hyemem cùm horrore correptus fuisset, dolor intendebatur, & febricula tenuis. Excreatio purulenta erat, & tussis cum stridula [h] asperitate ad fauces & stertore. Mentis compos mortuus est. *Ibidem. pag.* 1090.

ruptione.

c Quæ phthisim prænunciat.

d Ut si generetur tuberculum aliquod.

e Seu ex versione *Dureti* cervicis dolores tumore vanescente mortiferi.

f Interventu phthiseos, qua sputa purulenta prodeunt. *Duretus.*

g Ex ectasi melancholica fit abscessus in raucedinem per decubitum materiæ in fauces & asperam arteriam, ut explicat fusè *Duretus.*

h Stridula hæc vox fit ob siccitatem instrumentorũ voci inservientium.

Recidiuæ, Reversiones morborum.

Febricitantem nisi diebus [a] paribus febris reliquerit, recidivare solet. *Aph. 61. sect.* 4. Febris si alio die quàm judicatorio desierit, recidivam metuere oportet. *Coac.* 80.

Quibus febres cessant, neque apparentibus solutionis signis, neque diebus [b] judicatoriis, his recidiva expectanda. *Et Lib. Prænotionum. pag.* 55. *& Coac.* 146.

Morborum reversionibus tentantur, quibus citra febrem vehementem vigiliæ, aut [c] somni turbulenti adveniunt, aut corporis robur resolvitur, aut singulorum membrorum adsunt dolores, & quibus febres non accedentibus solutionis signis, neque diebus judicatoriis quiescunt. *Lib. de Judicat. pag.* 69. 70. Ubi plura.

Quæ erumpere ac febres detinere nata sunt ulcera ac tubercula, si non affuerint, judicationem ipsam tollunt. Quibus verò intrò [e] subsistunt certissimas ac celerrimas morborum recidivas afferunt. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 11. *& Lib. 6. Epid. sect. 3. text.* 26.

Quæ [f] relinquuntur in morbis post judicationem recidivas facere solent. *Aph.* 12. *sect.* 2. *& Lib.* 2. *Epid. sect.* 3.

a Dies judicatorios intelligit *Galenus* ex ipso Hippocrate, qui in epidemiis multos ægros commemorat securè judicatos decimo quarto, vigesimo, quadragesimo, sexagesimo, octagesimo.

b Igitur febres judicari debent inoffenso & constanti cursu dierum criticorum indicantium, scilicer judicantium & intercalarium, cujus modi sunt quaternarii sex ante vigesimum, septenarii tres à vigesimo ad quadragesimum, & vicenarii à quadragesimo ad centesimum. *Duretus.*

c Profundi enim neque turbulenti crisim firmam denunciant. *Coac.* 151.

d Vide quæ annorata sunt, *Galen.* Articulo de Crisis laudabilis signis.

e Idest intrò recurrunt, ex inani naturæ conatu quam præstitisset feriatã fuisse, non verò frustra

Qui ex

Qui ex longo morbo se recolligentes cibum benè capiunt, ac nil proficiunt, ii [g] malignè relabuntur. *Coac.* 127

Quibus sæpe recidivæ contingunt, si sextum mensem superarint, in tabem [h] coxariam ferè incidunt. *Coac.* 144.

Duo frates qui ad Theatrum Epigenis habitabant, cum eadem hora cœpissent ægrotare, provectiori sexto die, juniori octavo morbus decrevit. Reversus utrique eadem simul hora, dies quinque [i] intermisit, & post reditum uterque simul in totum die decimo septimo est judicatione liberatus. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 3. *pag.* 964.

Rectitudo, [a] *Directio.*

Secundùm directionem laterum & præcordiorum contentiones laboriosæ, tum verò lienis dolores, & sanguinis è naribus eruptiones fieri debent. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 2. *pag.* 988.

In directum laterum dolor, præcordiorum distensiones, lienis tumores, & ex naribus eruptiones fieri debent. In auribus item directio, & magna ex parte alia in oculis spectanda sunt. Videndum sanè utrùm omnia, ægra quidem ab infernis sursum in rectum ferantur, qualia quæ juxta maxillas, aut oculum, aut aures fiant. An verò quæ à superioribus deorsum, non in directum tendant? &c. An quæ ex superioribus partibus infra jecur distribuuntur, qualia quæ in testes & varices decumbunt. Carptim *ex Lib.* 2. *Epid. sect.* 3. *text.* 10.

Sanguinis parte ex adversa profluvium [b] malum; veluti si in lienis tumore ex dextra parte effluat & circa præcordia idem spectandum. *Coac.* 327. *& Lib.* 1. *Prædictorum*, *Sent.* 25.

Abderæ Pericles febre acuta laborans cum lienis dolore, cui primo die sanguis multus ex nare sinistra profluxit, quarto sudore universo feliciter judicatus

NOTÆ.

quid molitam quo dejiciuntur vires.

f Materiæ morbificæ portio, aut empyema, quod denotant oris siccitas, inappetentia, agrypnia, languor. *Heurnius.*

g *Duretus* vertit gravissimè relabuntur ob cibi corruptionem in debiliori vel inbecilliori ventriculo.

h Est enim sic comparata coxa amplitudine & laxitate, ut humores facilè admittat.

i Hic mendum suspicatur *Galenus*, etenim si morbus intermisit etiam juniori quinque diebus, constat provectiori morbum sex dies intermisisse.

a ἴξις seu εὐθυωρία, nihil est aliud quàm directo quædam vasorum per quæ humorum deductiones commodè fieri, & ex una parte in aliam fluere possunt, & quamvis ista rectitudo sæpius sumatur secundùm longitudinem *ex Galeno:* Attamen etiam quæ sunt secundùm latitudinem è directo esse patet, ut pluribus explicat *Senertus in Institut. ex Gal. Comment.* 3. *de Fracturis.*

b Unde deductū perpetuæ veritatis theorema ad naturæ imitationem semper à Medico faciendam revulsionem sanguinis è directo partis affectæ, quod pluribus confirmat *Duretus.*

eſt. *Lib.* 3. *Epid. ſect.* 3. *Hiſtor.* 3.

Jungi poſſunt Hiſtoriæ Herophontis, *ex ſect.* 3. *Lib.* 1. *Epid.* cui lienis tumor feliciter judicatus fuit, tumore inguinis ejuſdem lateris; & Bionis, *ex Lib.* 2. *Epid. ſect.* 2. *pag.* 924. cui durum lienem habenti ſanguis feliciter erupit è nare ſiniſtra.

Reduvia, ſupra *Paronychia.*

Regiones, ſupra *Loca.*

Regius [a] *morbus*, *Icterus*, *Arcuatus morbus.*

Facies nigricat, præcipuéque partes in umbra latentes, oculi ex virore palleſcunt, lingua inferiore parte, venæque ſub lingua craſſæ ſunt & nigræ, febre caret, & urinam craſſam bilioſamque reddit. Cum ſic habuerit, primùm venas [b] ſub lingua pertundito, deinde ubi calida multa laveris, aſphodeli radices quinque pari portione repurgatas & vino incoctas, apii foliis admixtis, quantùm manus capere poſſit, jejuno bibendas exhibeto. Vini dulcis tres dimidias heminas Æginenſes affuſas ad dimidiam heminam coquito, hoc permixtum ex iiſdem propinato. Poſtquam verò urinam reddiderit, cibis alvum ſubducentibus utatur; poſt cibum cicer album edat, vinum album, copioſum, aquoſum bibat, apium & porrum in cibo comedat. Hæc ſeptem diebus faciat, & ſi in his color moderatè repurgatus videatur, ſatis eſt. Sin minus aliis tribus diebus idem faciat. Poſtea verò unius aut alterius diei mora interpoſita, medicamentum ad nares admoveto, deinde medicamentum deorſum [c] purgans, ex quo bilis repurgetur propinato. Et ſi quidem [d] lienoſus fuerit, lac aſininum aut ſerum poſtea bibendum dato, ſicque ſanum reddes. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 465. 466.

Alius morbus regius. Febris levis prehendit, caput

a *Regius eſt verò ſignatus nomine morbus:*
Molliter hic quoniam celſa curandus in aula.
Ex Sereno Poëta. Icterus ab ictide ſeu viverra, cujus oculi ſunt lutei, qua ratione & aurigo dicitur. Arquatus & arcuatus ab arcus cæleſtis ſimili colore.

b Orditur curationem à ſectione hujus venæ, reſpiciens magis affectum jam factum quàm ejus cauſam. *Salius.*

c Quo bilis atra per dorſum tendens dejiciatur.

d *Salius* legit niſi lienoſus fuerit, lac aſininum exhibeto, quod rationi magis conſonum cum ſerum ut aquoſum; lac verò ut dulce ſit ſpleni noxium.

gravitas detinet, nonnullis etiam febris cessat, ipse verò ex virore pallidus evadit, præcipuéque [e] oculis debilis est. Corporis ad motionem impotentia gravatur, & urinam crassam & cum virore pallidam reddit. Hunc calida lavato, & quæ urinam ducant bibenda exhibeto. Ubi verò purior esse & color melior videbitur, medicamento naribus admoto etiam medicamentum deorsum purgans postea propinato. *Ibid. pag.* 466.

Morbus regius: hujus modi morbus acutus est, citò [f] necat; color [g] malicorium refert ex viridi pallescens & qualis lacerti viridis, simileque ferè corpus est. In urina quod subsidet velut eorum fulvum est, & febris ac [h] horror levis detinet. Quandoque etiam vestes ferre non sustinet, sed ab his mordetur & pungitur. Jejuno manè viscera plerumque lacerantur, & siquis eum excitet aut alloquatur, non patitur. Hic ferè intra dies 14. moritur, quos si effugerit, convalescit. Calida lavare oportet & aquam mulsam bibere, &c. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 491.

Morbus regius in hunc modum curandus est. Corpus quidem balneis calidis foras emolliendum. Alvus verò & vesica madefacienda, & ex urinam cientibus danda quæ sunt suprascripta. Quod si vehemens fuerit, capite purgato, medicamentum quoddam quod bilem per inferiora purget, propinato; postea verò urinam cientibus utendum. Hic autem morbus oritur, cum bilis copiosa ad cutem se converterit. *Lib. de Affect. pag.* 539.

Medicamenta bilem ducentia [i] ne propinato, ne corpus ipsum magis conturbent. *Lib. de Locis in Homine, in Icteri curatione. pag.* 414.

Icteri quatuor fusè describuntur. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 577. 578. 579.

Primus à bile commota; sub cute æstate præcipuè. Secundus ex temulentia & rigore hyemis tempore invadens uterque periculosus. Tertius [k] popularis dictus, quòd omni tempore prehendat ex repletione &

e *Aretæus* certissimũ icteri signum ponit in oculorum albo quod flavet & in temporibus bile sua levitate sursum tendente.

f Quod fiat ex hepatis inflammatione.

g Non quidem ratione partis externæ quæ rubet, sed internæ quæ pallet. *Salius.*

h Isque symptomaticus dum bilis ferit membranam visceris.

i Huc videtur pertinere Textus nuper adductus Articulo, *qui & quando purgandi*, de auriginosis connumeratis inter eos, qui sunt purgationi inepti. *Ex Lib. de Acut.*

k Popularis ideò dictus quod familiaris esset multis & si aeris vitio non contingat. *Martinus.*

temulentia præcipuè, & cum rigore, superioribus minus lethalis, sed sectione venarum cubiti & post fomentum adhibitum per veratrum purgatione facilè curatur. Quartus ex pituita oritur præcipuè per hyemem. Hujus color albus est, ægrique pectus pituita plenum est, & salivam expuit; cumque excreat ei singultus contingit. Urinam crassam & albam reddit, in qua velut farina subsidet. Huic ita habenti granum Cnidum propinato, ventrem verò superiorem per vomitum velut in superioribus purgato. Sic enim [l] facillimè pituitam ex pulmone & arteriis deduxerit. In reliquisque velut superiores regios morbos tum medicamentis, tum fomentis, tum balneis, eduliis, potibus, ac sorbitionibus curato.

Morbi regii qui ex hepate fiunt, colorem subalbidum habent, non situs quàm qui ex aquoso hydrope aut pituita alba periclitantur. Qui verò ex splene fiunt tum morbi regii tum hydropes [m] nigricantiores fiunt. *Lib. 2. Epid. sect. 1. pag. 980.*

l Notandum itaque vomitum non fieri quin dilatetur tum thorax, tum pulmo, totusque ventriculus sursum ad diaphragma moveatur, quo fit ut partes spirationi dicatæ, quæ sibi noxia sunt expellant. *Ex eodem Martino.*

m At sunt eadem ratione curandi ac icteri flavi, inquit *Mercurialis in Practica*, maximéque chalybeatis pulveribus. *Senertus.*

Regii morbi prognostica selectiora.

Ictericis si fiat hepar durum, [a] malum. *Aph. 42. sect. 6.*

Icterici multùm [b] fœdati pereunt, iisque alba [c] dejectio unà prehendit. *Ex Coac. 36.*

Mala est ex morbo regio [d] fatuitas, aut stupiditas. *Lib. 1. Prædictorum. Sentent. 32. & Coac. 198.*

In morbo regio affectis, nec multùm inde sentientibus, quibus singultus adest, iis alvus effunditur, fortè etiam supprimitur, atque hi cum virore pallescunt. *Coac. 490.*

Qui morbo regio laborant non admodum [f] ventosi fiunt. *Aph. ult. sect. 5.*

In spirituosis & anhelantibus morbo regio laborantibus & febre acuta cum præcordiorum duritie & tumore, si corporis summa perfrigerentur magnorum circa aures abscessuum exortum fortassis [g] expectare

a Quod hepatis durities ejus inflammationem vel scirrhum denotet. *Galen.*

b Seu ab hepatis inflammatione scirrhove; seu à veneno potione aut morsu admisso, seu à motu morbi acuti.

c Non amplius commeante bile in intestina. *Duretus.*

d Ista enim sunt signa heterogenea prædominantis bilis quæ denotant collapsum prorsus naturæ calorem. *Ex Dureto*, vel incinerationem humorum. *Ex Martiano.*

e Icterici aliquando non sentiunt quod bile diffusa per totum corpus defraudetur suo elementari calore, & veluti sale cerebrum. *Ex Dureto.*

ſtare oportet. *Lib. 1. Prædictorum. Sentent.* 164.

Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum [h] accidit, malum.

Quibus verò ſeptimo vel nono, vel undecimo, vel decimo quarto ſupervenerit, bonum: niſi dextrum hypochondrium. Obduruerit; at eſi obduruerit, non bonum. *Aph. 62. & 64. ſect. 4.*

In febribus ardentibus ſi morbus regius & ſingultus quinto die contingat, [i] lethalis eſt. *Lib. de Judicat. p. 69.*

In bilioſa febre morbus regius ante diem ſeptimum cum rigore ſuccedens [k] febrem ſolvit. Citra rigorem verò intempeſtivè obortus, lethalis eſt. *Lib. de Acut. pag. 391. 392.*

Quoſdam etiam ſexto die morbus regius prehendit. Verùm iſtos per veſicam expurgatio, aut commota alvus, aut longa narium hæmorrhagia ſublevavit, quale quid Heraclidæ apud Ariſtocydem decumbenti contigit, quippe qui largum è naribus ſanguinem profudit, & alvum conturbatam habuit, & per veſicam purgatus eſt. At Phanagoræ famulus cum nihil horum ipſi ſuperveniſſet, periit. *Lib. 11. Epid. Stat. 3. pag. 961.*

Hermocrates ſexto die auriginoſus factus [l] obiit vigeſimo ſeptimo die. *Ex Hiſtor. 2. ſect. 1. Lib. 3. Epid.*

Abderæ Apollonius diu rectus & obambulans morbum ſuſtinuit; in tumorem autem ei elata ſunt hypochondria, & conſuetus hepatis dolor diu perſeveravit, ac tum ſanè auriginoſus factus eſt, [m] flatibus abundabat, & colore erat ſubalbido. Ex intempeſtivo verò potu, & bubulæ uſu, aliquantò primum incaluit & decubuit, deindè uſus lacte tum bubulo, tum caprillo crudo & cocto; & vitioſa victus ratione, febres inde exaſperatæ ſunt, & præcordia dextra cum dolore intumuerunt, &c. Quarto & trigeſimo obiit. Huic perpetuò alvus fuit turbata. Urinæ tenues nigræ, ſopore detentus & inſomnis, per totum morbum deliravit. Phreniticus tandem periit. Carptim *ex Hiſtor. 13. ſect. 3. Lib. 3. Epid.*

NOTÆ.

f Non fiunt ventoſi ratione bilis; at ſæpe propter ventriculi imbecillitatem fiunt flatuoſi, ut accidit Apollonio ægro decimo tertio. *Lib 3. Epid.*

g Hanc Sententiam non carere ratione cenſet *Galenus*, eamque ipſa experientia comprobari.

h Nam ante ſeptimum diem bilem motu critico in corporis ſumma effundi impoſſibile *ex Galeno*: At *Martianus* annotat *in Textu Lib. de Judicat.* aliquando id accidere ſalubriter.

i Eſt enim in ardentibus tanta bilis copia, ut per ſolum icterum excerni nequeat. *Ex eodem Martiano.*

k Quod ſcilicet is rigor denotet naturæ robur, quæ vel ſudore, vel vomitu, vel diarrhœa humorem noxium criticè expellit, quod confirmat *Avicenna*, dum ait icterum ante coctionem malum eſſe ſignum, niſi superveniat alvi fluxus, vide *Martiani* annotationem.

l Reduc ad memoriam ante morbum concoctum nullum abſceſſum proficere, nedum auriginoſum. *Galenus.*

m Ex eo quod Apollonius auriginoſus flatibus abundarit & colore fuerit ſubalbido, collige ictericos aliquando eſſe flatuoſos ex pituitoſi humoris proventu; undè proverbialiter jactatur ictericos eſſe bilioſos foris, pituitoſos verò intus. Itaque minus mirum eſſe debet quod ſegnitie, ſtupore, fatuitate & ignoratione detinentur, quod pluribus explicat *Duretus ad Coac. 440.* *Quæ eſt ſecunda Tractat. 26. de Phymatis.*

Philiſtidem Heraclidæ conjugem febris acuta invaſit. Sub veſperam tertiæ diei, color in regii morbi modum verſus eſt. Quarto die ſanguis è nare ſiniſtræ probè effluxit, & menſtrua pauca ſuo ordine comparuerunt. Quinto die ſudor toto corpore effuſus eſt. Menſtrua effluxerunt; noctu dormivit. Sexto urinam confectam, multam, denſata quædam innatantia, & paucam ſubſidentiam concolorem habentem reddidit. Circa meridiem autem, paulum inſuper riguit, aliquantùm incaluit, ſudor toto corpore dimanavit, noctu dormivit. Septimo die parum recaluit, facilè tulit, toto corpore ſudavit. Urinæ probè coloratæ erant. Cuncta judicatione ſunt [n] abſoluta. Carptim. *Lib. 7. Epid. Circa finem.*

Puerperæ maritus propè Sitodocum aurigine conflictatus, mortuus eſt octava die, neque urinam reddens, neque alvum dejiciens. Præcordia magna erant & dura; ſpiratio crebra: hic moriens ne præ dolore quidem frontem ſudore madefecit. *Lib. 4. Epid. pag.* 1028.

n Nil mirum evaſiſſe cum tot ſalutares evacuationes ſucceſſerint, menſtruorū, urinæ, ſudorum. Puerperæ verò maritum ex ſequenti Hiſtoria obiiſſe, cui neque urina effluxiſſet, neque alvus quicquam dejeciſſet.

Regius morbus popularis.

Sub Autumnum Aquilonii flatus erant, [a] aurigine abundè fœdati quidam. Atque hi quidem cum horroris ſenſu, alii verò minimè, &c. Hi verò non ſincerè judicati in morbum reciderunt. Carptim. *Ex Lib. 4. Epid. pag.* 1028.

a Regius morbus hic deſcriptus popularis fuit ex aeris ſcilicet vitio, non ex ſolius diætæ errore, qualis eſt icterus popularis ſupra deſcriptus, ut ibi notatum, ſic *Holerius* mentionem facit icteri epidemii, qui Luteriæ anno 1549. invadebat ægros circa primos dies febrium tertianarum.

Renum [a] *ſitus, conformatio.*

Ren cavitate ſua ad venas magnas ſitus eſt, unde procedunt ex ipſo [b] venæ in veſicam, qua parte potus per [c] venas ad renes trahitur, deinde aqua per renes velut excolatur & per ipſa inteſtina per quæ ſimul emittitur. Spongiæ enim eſt ſimile, quod ab his ad

a Quos natura geminos condidit, non tam ad æquilibrium corporis, quam ut uno præpedito, alter vicem ſuppleat profundendi ſeri. *Ex Riolano.*
b Uretheres poſteri vocarunt.
c Emulgentes ab officio dictas.

vesicam tendit, illicque urina à sanguine percolatur, & secernitur, eamque ob causam rubra est. *Lib. de Ossium nat. pag.* 243.

Renum affectus in genere.

Quibus insidens [a] pingue ac simul totum, in [b] his acutum renum vitium significatum. *Aph.* 35. *sect.* 7.

Renum ac vesicæ vitia in senibus non [c] admodum curantur. *Aph.* 3. *sect.* 6.

Renum vitia supra quinquagesimum annum sanata non vidi. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 8. *text.* 4.

Ad renem doloris gravitas urget, cum cibo implentur, pituitamque vomitione rejiciunt; *& cætera Lib.* 6. *Epid. adducta & annotata in Calculo renum.*

a Quibus in urina pinguis superficies est, & plurima confertim micta *ex versione Heurnii.*

b In aliis siquidem partibus liquata pinguedo particularim exiret, non universim cum urina, inquit *Galenus.*

c Naturæ earum partium munus nunquam otiosum, caretque quiete ad curationem necessaria; difficilius verò sanantur senibus quod eorum morbi omnes, maximéque longi vix sanentur. *Galen.*

Renum morbi [a] *quatuor.*

Quatuor ex renibus oriuntur morbi. In primo [b] dolor acutus in renem, lumbos & testem ad renis regionem ingruit, frequenter urinam reddit, & paulatim urina supprimitur, simulque cum ea arena egreditur, &c. Cum urinam reddit, colem præ [c] dolore infricat. Plerique Medici cum morbum non norint, si arenam videant, vesicam calculo laborare existimant. Hæc autem minimè, sed ren calculo laborat. Hic morbus ex [d] pituita oritur. Cum eam ren in se receptam non dimittit, sed illic indurescit in totum, fiuntque calculi parvi ut arena. Huic cum sic habuerit Scammoniæ succo aut radice ipsa totum corpus, prius tamen adhibito fomento, aliquantùm purgato. Post hæc sorbitionibus, eduliis, & balneis curato. Cum [e] dolor urget, multa calida lavato, & qua parte præcipuè dolor est, tepefactoria adhibeto. Ubi verò [f] intumuerit & [g] extuberarit, sub hoc tempus juxta renem secato, & ex fracto pure arenam medicamentis urinam cientibus curato. Si enim sectus fuerit, eva-

a Monet *Martinus* solos diuturnos hic describi renum affectus.

b Renum scilicet calculo, seu lithiasi.

c Sentitur in præputio pruritus & titillatio præsertim dum grandior hæret in vesica calculus ob sympathiam & communicationem. At dum vesica constringitur ad meiendum dolor intenditur.

d *Hippocrates* meminit solius causæ materialis acrisque pituitæ nimirum, reticet efficientem calorem scilicet, tum etiam causam instrumentalem renis intemperiem infirmitatemque.

e Nota urget: extra enim summam doloris urgentiam abstinendum balneo, quod renes affœminat.

f. g Dum à rene propagatur abscessus in incum-

dendi ſpes eſt, alioqui morbus ad mortem uſque comitatur.

In ſecundo [h] renum morbo dolores ut in priore urgent. Oritur cum ex vehementiore labore [i] venulæ, quæ ad renem feruntur, ruptæ fuerint. Hoc caſu ſanguinem cum urina reddit. Deinde pus temporis progreſſu. Hic [k] corporis quiete citò convaleſcit, at dolores labore exaſperantur. Ubi igitur purulentus ren fuerit, ad ſpinam intumeſcit. Huic ita ſe habenti, qua parte tumor eſt, altiſſima ſectione ad [l] renem ſecato; quod ſi ſectionem aſſecutus eris, ſanum reddes ſtatim; at ſi [m] aberraveris, periculum eſt, ne ulcus per linamenta curatione indigeat. Si verò ulcus coaluerit renis, venter intus pus colligit. Et ſiquidem pus intus rumpatur & ad rectum [n] inteſtinum feratur, evadendi ſpes eſt. Medicamentis autem iiſdemque omnibus quibus priorem curato. Ex eo autem plures [o] ad tabem tranſeunt. In renum [p] morbo urina carnium bubularum aſſatarum ſucco [q] ſimilis oritur ex atra bile, quæ per venulas ad renes delata eos exulcerat. Ex ulcere igitur tale quid cum urina prodit. Dolores autem in lumbis, veſica, interfœmineo, & in rene ipſo pauco tempore detinet, & ex intervallis redeunt. Huic ventrem epithymo, aut Scommoniæ [r] radice aliquantùm purgato. Eadem quæ ſtranguria laboranti exhibeto, &c. Si anni tempeſtas ferat, ſerum & lac bibat. Serum quidem ad purgationem, lactis [f] autem potione utatur 45. diebus.

Quartus [t] ex bile & pituita æſtate potiſſimùm oritur, quin etiam ex venere; atque ſic afficitur æger; dolores ad lateris mollitudinem & inanitatem urgent, & ad lumbos, lumborumque muſculos. Non ſecus ac cum mulier partus doloribus conflictatur, neque decubitum in ſanam partem ferre poteſt; ſed valde laborat, &c. Urina ob pituitæ copiam & craſſitudinem vix egreditur, & ſedimentum velut urinam craſſam deponit, ac ſi bilis ſuperarit ipſum fulvum videbis. Si verò pituita album & craſſum. In annum produ-

bentes muſculos, in quibus ſectio fieri tutò poteſt.

h Secundus morbus renũ ruptio.

i Hæ quod refertæ ſint craſſo ſanguine, & præterea nudæ facilè rumpuntur.

k Si ruptio ſit levis, ſin autem per loca contraria revellendus ſanguis & per collectica coercendus.

l Ad muſculos dorſi verſus renem non tranſverſim, ſed obliquè.

m Aberrat Chirurgus non vitatis venis & arteriis, unde puris loco manat ſanguis.

n Partim per inſenſilem tranſcolationem è rene in inteſtina, partim per refluxũ puris ab emulgentibus venis in hepar, & ab hepate in meſaraicas venas.

o Ex corruptione ſubſtantiæ renalis.

p Tertius morbus renis exulceratio.

q Ex admixtione ſeri melancholici.

r Quæ mirius purgat quã ſuccus, ideóque præfertur hic ubi moderatè purgandum.

f Primùm vaccino, tandem ovillo.

t Quartus morbus renis inflammatio. *Ex Martino adverſus Cornarium.*

producitur [v] morbus, aut longius. Quod si producatur tum magis laborat, & purulentus evadit. Tunc qua parte intumuerit ad renem secato & pus emittito, & si sectio prospere cedat, statim sanum reddes. Carptim. *Ex Lib. de Intern. Affect. pag.* 560. 561. 562.

NOTÆ.

v Ergò si annua affectio sit, non est consenda inflammatoria respōdet *Martinus* hanc renis inflammationem ex decidentia degenerate in suppuratum vel marasmum diuturnum. Hactenus *ex Martino*.

Renum calculus.

Calculo maximè tentantur, renum morbis ac urinæ stillicidio, qui ejusmodi aquas bibunt, aut de magnis fluminibus, aut de stagnis, *& cætera adducta in Aquarum differentiis.*

Ad renem [a] doloris [b] gravitas urget, cum [c] cibo implentur, [d] pituitamque vomitione rejiciunt: ubi verò dolores plurimùm exercuerunt, [e] æruginosa, & lenius quidem se habent. Liberantur autem doloribus, ubi cibi vacuati fuerint, arenæque fulvæ subsident, & cruentam urinam reddunt. [f] Femoris è directo stupor sentitur. Qui etim agere non conducit, sed exercitationes, cibis non repleri; juvenibus veratrum exhibendum, poplitem cædere, urinam cientibus vacuare, [g] attenuare ac [h] emollire. *Lib. 6. Epid. sect.* 1. *text.* 5.

Derepente obortus [i] renum dolor cum urinæ suppressione, calculorum aut urinæ crassæ mictionem significat. *Coac.* 589.

a Calculi dolor à [illegible] solis accidentibus epigenomenis perfectè dignoscitur fatente *Galeno Lib. de Loc. Affect.* se in sua causa hallucinatum, sed citra periculum cum per initia dolor uterque similibus remediis sedetur.

b Seu in renum pelvi, seu in parenchymate in quo etiam generantur calculi.

c Seu per ipsum intelligas ipsa alimenta, seu alimentorum recrementa, quæ intestino dum hærent, suo pondere renes onerant.

d. e Primùm evomuntur pituitosa propria, scilicet ventriculi excrementa, deinde æruginosus humor, corrupto ob dolorem & vigilias sanguine.

f Propter vasorum dorso incumbentium cum renibus & erutibus conjunctionem.

g. h Attenuare dictum de humoribus, emollire de membris solidis, ut commodior succedat per helleborum purgatio. Hactenus *ex Galen.*

i Etiam si unus tantum obstruatur calculo, sanus alter afficitur ob sympathiam, *Duretus.*

Resina.

Resinam oleo [a] dilutam bibendam dato. *Lib. de Nat. mul. pag.* 622. ad uteri strangulatum, & alibi passim.

a Etenim omnis resina ob tenuitatē substantiæ oleosæ; oleo sibi cognato facilè diluitur; inter varias autem species præfertur mastichina; deinde terebinthina.

Respiratio, infra *Spiratio.*

[a] *Revulsio.*

Revellenda sunt omnia, quæ quò non oportet vergunt. Sin autem vergunt quò decet, iis viam struere oportet, quam nam in partem singula tendunt. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text. 21.*

Capitis partem posteriorem dolenti vena in [b] fronte secta prodest. *Ibidem. text. 29. & Aph. 68. sect. 5.*

Oculis fluxione tentatis revulsiones ad fauces facere convenit, si conferre videantur. *Ibidem. text. 24.*

Sic in uvæ inflammatione occipitio deraso cucurbitæ duæ admovendæ, & sanguis plurimus detrahendus, & pituitæ cursus in posteriora revellendus. *Lib. de Affect. pag. 528.*

Studendum est ut quam longissimum [c] à locis in quibus dolores fieri & sanguis colligi consuevit, venarum sectiones fiant. Hac namque ratione cum minimè magna mutatio derepente contingat, tum etiam consuetudinem tollendo feceris, ut ne amplius ad eumdem locum coeat. *Lib. de Nat. Hominis. pag. 179. & de Ossium Natur. pag. 245.*

Superiorum partium dolores, genuum, ac coxendicum dolor, aut anhelatio oborta, hæc omnia solvit. *Lib. 2. Epid. sect. 6. pag. 996.*

a Revulsio in contrarium fit, secundùm longitudinem quidem sursùm ac deorsum; secundùm latitudinem verò dextrorsum & sinistrorsum, & secundùm profunditatem ante & pone. *Gal. ad Aphor. sequentem.*

b Hæc revulsio particularis est, habens in uno eodemque membro contrarios terminos. *Gal.*

c Quando principia fluxionum sunt nota, ad ea revocanda est fluxio, licet non sint remotissima à parte affecta; sic in narium hæmorrhagia cucurbitæ hepati admoventur. At dum non constat de fluxionis principio, aut ex toto corpore affluunt humores, revulsio fit ad remotissima, qua autem ratione hæc sint concilianda ipsi Hippocrati proximũ ventrem purganti, proximumque vas secanti explicabitur Articulo *de Vacuationum delectu.*

Rhamnus.

Si uteri inflammatione [a] laborent, lentisci aut Rhamni succum infundito, &c. *Lib. de Nat. mul. pag. 604.*

a Siccat enim & digerit secundo gradu, & refrigerat primo. *Galen. Lib. 8. Simplicium.*

Rheuma, [a] *Rheumatismus.*

In corpore ubi in una quaque parte plus quam par sit, aut quam continere possit, affuerit, altera ad al-

a Sunt synonima *Gorreo.* Fit autem Rheumatismus *ex Galen. 2. ad Glauc.* cum collecta multitudo humorum defluit in partium omnium infirmissimas.

-teram transmittit. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 664.

Loci alterius noxios humores loca quædam excipiunt, aut ob dolorem, aut ob gravitatem, aut aliud quidem, aut quòd cum aliis communitatem habeant, liberant. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 6. *text.* 29.

Rhombus, [a] *piscis. Gallis Turbot.*

[Supra facta mentio inter pisces errones & undas verberantes.]

a Lautioribus mensis expetitur licet difficilioris coctionis, si magnus fuerit; aliquando enim visus ponderis 45. librarum, longitudinis cubitorum quinque. *Ex Cardano.*

Rhombus, *deligationis* [a] *species.*

a Chirurgis familiaris in capite ad constringendas ulceris oras, estque figuræ ferè rotundæ in Rhombi piscis similitudinem.

Rhos, *rhois*, [a] *Rhos coriaria vulgò.*

Rhois folia & fructum ex vino bibenda dato ad uteros expurgandos. *Lib. de Nat. mul. pag.* 606. 607.

a Vocatur etiam Rhos opsoniorum, quòd ejus pulvis olim aspergeretur cibis pro condimento opsoniorum salis loco. Vocarut ab officinis sumach. Maximè prodest dysenteriæ in fotu & potu. *Ex Dioscor.*

Ricinus, [a] *Palma Christi vulgò.*

Uteros in pristinum locum restituunt; ricini radix pota, aut cuminum Æthiopicum, aut apium, &c. *Lib.* 2. *de Morb. mul. & alibi passim.*

a Ricini semen cheruam majorem officinæ vocant, pituitæ susdeque expurgatoriam. *Ex Mesuæo.*

Rigor, [a] *horror*, *utriusque causa.*

Quando corpus cibis expletum, tum spiritus magna quaque copia accedit diutius immorantibus cibis, qui cum nequeant præ copia exire diutius immorantur. Obstructo autem inferiore ventre in universum corpus flatus percurrunt, & ad sanguine refertas corporis partes illapsi eas refrigerant. At refrigeratis iis locis in quibus fontes & radices sanguinis continentur, per universum corpus horror occupat. Hanc igitur ob causam horrores ante febrem oriuntur, & quo majore copia & frigiditate flatus irruperint, talis quoque rigor consequitur, à pluribus quidem &

a Rigorem, horrorem, & frigus differre secundùm magis & minus docet *Gal. Lib. de Symptomatum causis.* Est autem omnis rigor *ex Dureto in primam Coacarum* aut criticus in febribus continuis, aut periodicus in intermittentibus, aut symptomaticus, ut qui sexto die ægrum debilem invadit. Quartum addit *Martinus ad cap.* 1. *Lib. de Intern. Affect.* Ut sit præterea rigor quidem plethoricus ex crudi humoris redundantia citra febris secutionem, quem *Galen.* agnovit. *Lib. de Symptomatum causis.*

frigidioribus vehementior, à paucioribus minusquè: frigidis minus quoque vehemens, cum horroribus autem corporis quoque tremores sic contingunt. Sanguis enim prorumpentem humorem metuens per totum corpus perreptat, & ad maximè calidas partes concurrit. Atque hi sunt ejus saltus. Desiliente autem sanguine ab extremis corporis partibus, & viscera & carnes contremiscunt. Aliæ enim corporis partes copioso sanguine refertæ, aliæ exangues existunt. Atque exangues quidem ob frigus minimè conquiescunt, sed concutiuntur, quod eas calor destituerit. Quæ verò sanguine replentur ob sanguinis copiam contremiscunt & inflammationes excitant. Neque enim fieri potest, ut sanguinis copia conquiescat. *Lib. de Flat. pag.* 276.

Rigor in morbis fit quidem etiam ab externis, ventis, aqua, aere, sereno & similibus. Fit & ab ingestis cibis & potibus, precipuè autem vehementior fit cum bilis & pituita, aut ex his alterum aut utrumque sanguini permixtum fuerit; magis autem si sola pituita. Hæc enim natura frigidissima est, sanguis [b] verò calidissimus, bilis autem sanguine aliquanto frigidior. Ubi igitur hæc cum sanguine permixta fuerint, aut utraque aut eorum alterum, sanguinem condensant, non penitus etiam, neque enim homo vivere possit, si sanguis multò densior & frigidior se ipso evaderet. Ubi igitur sanguis refrigeratur, totum corpus refrigerari necesse est, idque cum evenit, rigor appellatur, & siquidem vehemens rigor extiterit, vehementior etiam est tremor, sanguine enim in se coeunte & condensato dum contrahuntur venæ, corpus contrahunt, & tremorem excitant. Quod si minus in se coeat sanguis, hoc modo rigor appellatur. Horror autem dicitur, quod est debilissimum. At verò quod post rigorem necessariò [c] major aut minor febris prehendit, sic se res habet Cum sanguis per vim quandam incaluerit rursusque in suam naturam abierit, quod pituitæ & bilis sanguini permixtum est, simul incalescit, sanguis

[b] Distinguendum de sanguine; congenitus enim ob spirituum abundantiam calidior bile; at recens genitus, tantùm abest ut calidior sit bile, ut ab Auctore *Lib. de Corde*, deinde ab Aristotele dicatur frigidus; ut amplius constabit, infra *in Sanguine*.

[c] Nostris temporibus frequens rigor sine febris consecutione, quod Hippocratis temporibus inusitatum colligit *Galen. ex hac Text*, siquidē ejus ævo.

ſanguisque ſe ipſo multò calidior evadit. His igitur percalefactis poſt rigorem ad ſanguinis caliditatem febrem ſupervenire neceſſe eſt. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 445.

Nonnulli poſt exercitationes in [d] horrorem incidunt, & ubi quis exuitur donec prelium conſerat. Cum verò refrigeratur rurſus inhorreſcit, & dentium fremitus occupat, &c. *Lib.* 3. *de Vict. rat. pag.* 35.

Conturbatur [e] homo cum febricitat, iſtiuſque rei indicium eſt horror, qui ſubinde impetu quodam per totum corpus fertur, quod ſanè non contingeret, niſi conturbaretur humor, & ab ipſo copioſior aut parcior ſecerneretur, & alius alium ſuperaret. Maximè verò conturbatur diebus imparibus cum ęgrotat, tuncque horror præcipuè contingit, &c. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 512.

Rigores incipiunt mulieribus ex [f] lumbis magis, & per dorſum ad caput. Sed & [g] viris parte capitis poſteriore magis, veluti ex cubitis & femoribus, quod & indicat cutis raritas, quam etiam pilus oſtendit. *Aph.* 69. *ſect.* 3. *&* Lib. 6. *Epid. ſect.* 3. *text.* 15.

[Ubi hæc adduntur] ſi verò aliunde rigent & vaſis rigor inchoat. Ex ſuperioribus [h] ventris partibus rigor. Febris verò ex inferioribus ferè ortum ducit. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 5. *text.* 29.

NOTÆ.

homines forent minùs gulæ dediti. At *Martianus* convincit etiam notos fuiſſe Hippocrati rigores febris expertes; idque maximè colligit *ex Textu Lib.* 2. *de Vict. rat. hic à nobis ſubuncto.*

d Nulla ſubſequente febre.

e Conturbatur ſanè, ſiquidem acceſſionum principiis tum calor univerſus, tum humores in profundum cogantur, iis præſertim quibus vel horror, vel rigor, vel vehemens eſt partium ſummarum refrigeratio. *Ex Galen. ad Aph.* 1. *ſect.* 2. Hæc verò conturbatio fit ideò diebus imparibus, quod horror ſeu rigor fiat à bile, cujus proprium eſt alternis diebus moveri.

f Nota particulam (magis) incipiunt enim aliquando rigores ab extremis partibus, ut notat *Mercurialis*, cujus conſule *Commentar.*

g Cum non minus viris rigor incidat; id tamen diſcriminis eſt, quod iis præcipuè ex dorſo, brachiis & cruribus; fœminis verò à lumbis. *Ex eodem Mercuriali.*

h *Galenus* interpretatur hunc rigorem de eo quem affert ciborum in ſuperiori ventre corruptio, non de rigore febris præcurſore.

Rigoris, horroriſque prognoſtica ſelectiora.

Si rigor incidat febre non deficiente ægro jam debili, [a] lethale eſt. *Aph.* 46. *ſect.* 4.

A febre ardente habito rigore ſuperveniente [b] ſolutio. *Aph.* 58. *Ibidem*, *&* ex fine. *Lib. de Judicat.*

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie [c] febres ſolvuntur. *Aph.* 63. *Ibidem.*

a Eſt hic rigor ſymptomaticus ſummam arguens imbecillitatem naturæ, quæ non poſſit ferre vacuationem criticam.

b Eſt ſiquidem hic rigor criticus, quem ſæpius ex-

In rigore familiares non agnoſcere, ac eorum quæ geſta ſunt oblivisci, [d] malum. *Coac. 6. & Lib. 1. Prædictorum. text. 61.*

Qui ex rigore perfrictione detinentur cum capitis ac cervicis dolore, ac tenui ſudore, ii ubi vires [e] reſumpſerunt, ac veluti ſe recollegerint, [f] moriuntur. *Coac. 1.*

Rigores cum ſopore periculum [g] denunciant, &c. *Ex Coac. Septima.*

Crebri ex dorſo horrores ſubinde [h] locum mutantes, graves ſunt [i] & difficiles. Laborioſam quippe urinæ ſuppreſſionem minantur. *Coac. 8.*

Continenter & aſſiduè vexans rigor, imbecillo jam corpore, lethalis eſt. *Coac. 9.*

Qui crebrò tenuiter exudant ac ſubinde rigent, ii pernicioſè [k] habent, & tandem ſub mortem [l] ſuppurati deprehenduntur & alvum conturbatam habere. Séu *ex Dureto*, rigoris & ephydroſeos crebra viciſſitudo funeſta. *Coac. 10.*

Qui rigores ex dorſo proficiſcuntur graviores [m] & moleſtiores, &c. *Ex Coac. 11.*

Rigores multi cum torpore malignum quid [n] prænunciant. *Coac. 14.* Inde mentis alienatio ſignificatur. *Lib. 1. Prædictorum Sent. 15.*

Rigores qui in ſextum diem incidunt, difficile [o] judicium adferunt. *Coac. 15. & Aph. 29. ſect. 4.*

Qui per [p] ſanitatem crebrò inhorreſcunt, ex ſanguinis fluxu purulenti [q] evadunt. *Coac. 16.*

Ubi horror morbis ſubinde incidit, cum ſpirandi [r] difficultate tabes denunciatur. *Coac. 17.*

Continui [ſ] in acutis rigores pravi. *Coac. 21.*

Rigor cum partium poſteriorum diſtentione [t] lethalis. *Coac. 23.*

Urinæ quæ cum rigore reſtitant, malum [u] denunciant, præcipuè ſi alto ſopore æger detentus fuerit. In his parotides [x] expectandæ. *Coac. 25.*

Rigores velut in iis febribus quæ ad tertianarum naturam accidunt, ſi in medio ingraveſcunt, febre nul-

NOTÆ.

cipit ſudor, aliquando verò diarrhœa, vel vomitus. *Galen.*

c En exemplum rigoris periodici.

d Inde enim ſignificatur refrigeratio cerebri. *Ex Galen.* vel quod bilis fuerit ſymptomaticè in cerebrum tranſlata. *Ex Dureto*

e. f Ubi videntur vires reſumpſiſſe, pereunt tamen ex inſidioſa levatione facta ſine ſignis. *Duretus.*

g Sunt imò lethales, cum non ex vitio humoris qui potius vigilias inducat, ſed ex emortua facultate oriatur hujuſmodi ſopor. *Duretus.*

h *Duretus* legit cum cita caloris viciſſitudine.

i Inde enim denotatur inflammatio medullæ ſpinalis, cui ſuccedat urinæ ſuppreſſio.

k Siquidem fractis viribus nulla ſpetanda bona criſis.

l Siquidem à rigore hujuſmodi denotatur pulmonis empyema, à ſudatiunculæ verò viciſſitudine virium infirmitas. *Duretus.*

m Ob ſuſpicionem empyematis.

n Ob rationem nota ſeptima adductam.

o Quod ex Hippocratis experimento conſtet ſexto die Tyranno ea ratione dicto non fieri bonas criſes. *Galen.*

p. q Seu *ex Dureti verſione*, quibuſcumque morbo defunctis horrores crebri cientur, iis loco hæmorrhagiæ fit empyema.

r Tabes ſcilicet ſecundaria ut in empyemate pleuritidem excipiente. *Duretus.*

ſ Vix animo concipi poſſunt rigores continui, itaque Coaca emendatur à

lum ordinem servante, valde maligni, &c. *Ex Coac. 26. explicata in Febre Tritæophya.*

Quæ ex rigore fiunt vocis defectiones, tremore [y] solvuntur, &c. *Coac.* 27.

Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores sentiunt, in dubium de vita veniunt. His [z] urina cruenta prava. *Coac.* 28.

Quibus rigor adest, iis urina [aa] restitat. *Coac.* 29. seu *ex Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 110.

Quibus rigores imminent urina, restitat. Rigores urinæ suppressiones præcedere solent, si cum bonis signis processerint, alvus permeet, & somni affuerint. *Lib. 6. Epid. sect.* 1. *text.* 9.

Affectus [bb] qui ob vehementes rigores tendunt, fere non nisi propè vigorem mitescunt. *Lib. 6. Epid. sect.* 1. *text.* 8.

Quibus rigores fiunt, nil [cc] abscedere solet. *Ibidem. sect.* 1. *text.* 10.

Ex rigore perfrictiones quæ non recalescunt [dd] malæ. *Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 65.

Liberalium ab initio sanguinis eruptionum cursum [ee] rigor sistit. *Ibidem. Sent.* 150. Rigores ubi hæmorrhagiæ succedunt [ff] diuturni fiunt. *Ibid. Sent.* 151.

Dureto, qui crebrò cientur in acutis rigores pestiferi: ratio autem repetenda ex nota decima.

t Quod simul usum respirationis augeat, & ejus ineundæ commoditatem adimat instrumentorum usu prohibito. *Duretus.*

u Transmota materia ad nervos.

x Sunt sperabiles parotides repleto cerebro humore crasso & frigido soporis parente. *Duretus.*

y Si hujusmodi aphoniæ morbi initio & viribus constantibus tremori junguntur solvi possunt venæ sectione, ut notat *Galenus*, ad Historiam Pithyonis. At si superveniant cum virium exolutione morbus cum vita solvitur. *Duretus.*

z Ob incendium seri bile saturati. *Duretus.*

aa Si in acuto morbo alia tibi signa salubria videantur, & crisis tempus instet, re scite oportet suppresso lorio, rigorem futurum judicatorium. *Gal. Comment.* 1. *Lib.* 6. *Epid.*

bb *Galenus* intelligit præcipuè de febribus quartanis, aliisque ad rigorem fortem ascendentibus.

cc Rarò fiunt abscessus iis quibus adest rigor ut tertianariis & quartanariis quibus à rigore succedunt evacuationes materiæ febrilis adeò perfectæ, ut nullus supersit abscessui locus. *Galen.*

dd Quod caloris naturalis languorem extinctionemque talis refrigeratio indicet. *Galen.*

ee Dum materiam tevellit per successionem sudoris, vomitus vel dejectionis. *Ex Galen.*

ff Quòd refrigerat à prægressa hæmorrhagia, corpus difficulter incalescat. *Galenus.*

Risus.

Nosse convenit non aliunde voluptatis, lætitias ac jocos quàm ex [a] cerebro contingere, *& cætera adducta in Cerebro. Ex Lib. de Morb. sacro.*

Tichoni in pectore & diaphragmate vulnerato ex catapulta risus [b] cum perturbatione excitatus fuit; deinde tertio die obiit. *Lib.* 3. *Epid. pag.* 1054.

a Est enim cerebrum sedes facultatis animalis ipsiusque intellectus, qui percipit objecta risum & dilectationem moventia.

b Veteres in diaphragmate præcipuam hilaritatis sedem constituebant, ob hoc in præliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu trajecta præcordia attulerunt. *Riolanus ex Plinio.*

Rosa, Rosaceum tum oleum, tum unguentum.

[Passim meminit Hippocrates in morborum curatione.]

Ructus.

Qui postridie cibos eructant, & quibus præcordia cibis non concoctis attolluntur, iis longior [a] somnus confert. Quin etiam ad alios corporis labores cogi debent, vinumque copiosius & meracius bibere, & sub idem tempus paucioribus cibariis uti. Constat enim ventriculum præ imbecillitate & frigiditate ciborum multitudinem concoquere non posse. *Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 300.

Qui natura sunt sanguinei, & aliquantùm [b] biliosi, acidis ructibus [c] conflictantur. Atque adeo verendum est ne in atræ bilis morsum desinant. *Lib. 2. Epid. sect. 3. pag. 990.*

Qui acidum eructant, non admodum morbo laterali [d] corripiuntur. *Aph. 33. sect. 6.*

a Intellige de acido ructu à pituita ventriculo contenta, aut ab intemperie frigida ventriculi. *Ex Gal. ad Aph. 1. Lib. 6.* Cui quidem affectui nil convenit magis quam somnus, quo conciliatur revocaturque calor versus ventriculum.

b Quorum temperamentum ex sanguinis adustione vergit in melancholiam.

c Melancholici enim præsertim hypochondriaci habent ventriculum debilem, cruditatum flatuumque parentem.

d Ob rationem supra in *Pleuritide* adductam.

Ructus [a] ciens morbus, seu Ructuosus morbus.

Dolor acutus prehendit, vehementerque laborat, seipsum disjicit, vociferatur, frequenter eructat, ac ubi eructaverit, melius habere videtur. Plerumque paucam bilem vomitione rejicit, dolor ex visceribus ad imum ventrem & laterum mollitudinem pertingit, cúmque id contigerit, melius [b] habere videtur, venter inflatur & indurescit, somnum edit, neque flatus, neque stercus demittitur, &c. Cum dolor & flatus in ventre extiterit per infusum subluito, & Mercurialis succum cum ptisanæ succo admisceto, & vinum dulce aquosum superbibendum dato, &c. Postquam

a Affectum quem *Lib. de Acutis* choleram siccam vocat, nunc ructuosum appellat, eadem quæ illic enarrantur symptomata, hic recensens paucis aliis adductis, inquit *Salius hic.*

b Intellige ubi flatus ad superiora eructati fuerint, unde levatio doloris. *Ex eodem Salio.*

quam dolore vacuus fuerit, medicamēto alvum per inferiora purgato. Hic morbus si juvenem invaserit, progressu temporis discedit. Senem verò ad mortem comitatur. *Lib. 2. de Morb. pag.* 484.

Rumex [a] *Lapathum, Oxylapathum.*

Rumex calefaciendo alvum movet. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.*

Semel in die cibum capientibus, indeque amaram bilem colligentibus, inter olera conveniunt lapathum, malva & beta, &c. *Lib. de Acutis. pag.* 392.

Rumicis agrestis radix aceto vinoso trita ad impetigines efficax. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 743.

a Quatuor lapathi genera ponit *Dioscorides*, quibus sit commune alvum emollire. Radices ex aceto coctæ & illitæ lepram, prurigines & impetigines sedant, quod fotu & balneo etiam præstant. Coctæ vino & instillatæ aurium & dentium dolorem mulcent. Lienem cum aceto extenuant.

Rupta, Ruptiones.

Rupta [a] quæ ex dorso ad cubitum descendunt, venæ [b] sectio solvit. *Aph. 22. sect. 6.*

Quibusdam cum imbecilla in carnibus ac venis convulsa facta fuerint, non suppurant, sed diuturni fiunt dolores, & ruptiones [c] vocantur; & quæ in carne fiunt, ad hunc modum fiunt. Cum caro aut divulsa, aut ex plaga, aut aliquo modo affecta dolorem aliquem habuerit, livida evadit, non syncero sanguine, sed tenui & aquoso, eoque pauco. Ubi verò plus solitò resiccata fuerit, tum incalescit, tum dolorem exhibet, & ad se ex venis & carnibus propinquis humiditatem trahit, ac ubi supra modum humectata fuerit, eaque humiditas à carne admodum incaluerit, per totum corpus dispergitur. Et magis sanè in venas quàm in carnes spargitur. Cum hæ magis quam carnes trahant, quanquam etiam carnes trahunt: cum verò ad copiosam corporis humiditatem pauca à carne attracta fuerit, obscura & doloris expers evadit & pro morbosa temporis tractu sanescit. *Lib. 1. de Morb. pag.* 441. Ubi plura.

a Præstitisset dixisse dolores vel fluxiones ex ruptione ortum habentes. Nam ruptiones ipsas descendere absurdum. *Galen.*
b Ex brachio opposito dūfluit humor ad revulsionem. Ex affecto consistente jam fluxione ad derivationem. *Heurnius.*
c Ruptiones vocantur à causa externa quæ præcessit, violenta scilicet ruptione.

Ruptio pectoris & dorsi, appendix *ad hæmoptysim.*

Si pectus aut dorsum ruptum fuerit, dolores pectus & dorsum per totum detinent, calor subinde invadit & sputum subcruentum tussi rejicit, per quod [a] capillus velut cruentus intercurrit. Eaque maxime contingunt, si manibus laborarit, aut in currum, aut in equum conscenderit. Hunc anteriore & posteriore parte inurito, ita ut utrinque dividas, sicque convalescit. Per annum à labore [b] compescito, & ab inustione incrassato. *Lib. 2. de Morb. pag.* 480. 481. *& Lib. de Intern. Affect. pag.* 555.

Plerique rupto pulmone ad mortem [c] usque perseverant. *Ibidem. pag.* 551.

a Seu *ex versione Marinelli* velut pilus cruentus per salivam transcurrit.

b Per annum à labore se contineat & pinguefaciendo corpori studeat. *Ex eodem Marinello.*

c Vitam degunt donec motiantur. *Ex Marinello.* Seu *ex Martino*, vitam transigunt quoad naturaliter fato fungantur.

Rupturæ, ramices, Herniæ vulgò.

Quod ad imum ventrem rupta sunt, si circa pubem accedunt, ut plurimùm statim sunt indolentia. Quòd si dextram umbilici superiorem partem attingant, dolorem & corporis jactationem afferunt, & stercoris per [a] vomitum eductionem velut Pitacco accidit. Fiunt autem rupta ex plaga, aut divulsione, aut alterius assultu. *Lib. 2. Epid. sect.* 1. *pag.* 980.

a Stercoris hujusmodi eductio fit ob comprehensionem coarctationemque intestini *ex Dureto*. Certissimumque tunc exitium portendit, ut docet *Fernelius in Pathologia.*

[a] *Ruta.*

Urinam magis quàm alvum movet, quandam enim agendi vim habet, & præpota, adversùs venena valet. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

a Ruta agrestis quarto gradu calefacit & siccat; hortensis tertio, crassos lentosque humores incidit, urinam movet, flatus dissolvit, & venerem cohibet. *Galen.*

S

Saliva, Salivatio, infra *Sputatio.*

Sal; [a] *Salsamenta.*

SAlsa alvum & urinam cient. Lib. *de Affect. pag.* 546.

Pisces [b] sale conditi siccant & attenuant, plerique etiam alvum [c] leviter dejiciunt. Ex salitis autem siccissimi marini, deinde fluviatiles, &c. Lib. 2. *de Vict. rat. pag.* 327.

Quæ muria condiuntur, meliora sunt obsoniis ex pinguedine, & minimè æstuosa sunt. *Ibidem. pag.* 322.

a Sal anima ciborum *ex Heraclito*. Corpus Diis & hominibus amicum *ex Platone*. Est autem facultatis adstringentis sive marinus sit, sive palustris, sive fossilis. *Galen.*

b Salsamenta *ex Marinello*, hæc si quidem intelliguntur de piscibus salitis.

c Ob acrimoniã qua punctis intestinis eorum expultrix sollicitatur, licet aqua salsa adstringat, quod propter tenuitatem citius permeet ad urinas *ex Martiano* hic. Cum itaque simul alvum & urinam cieat; magis tamen urinam movet, quo respectu salsa adstringere dicuntur *Galeno*.

Salvia.

Salvia sicca est, alvum [a] sistit. *Lib. 2. de Vict. ratione. pag.* 329.

a Menses ciet, & partus, & urinas. *Dioscorides.*

Sambucus.

Sambucus alvum potius quàm urinam [a] movet. Lib. 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

Sambuci folia conizæque tenellæ decocta edenda dato. Lib. *de Intern. Affect. pag.* 585. *In Vulvulo.*

a Sambuci eadem vis ac ebuli detrahendi aquam ex alvo. Stomacho inutilis. Folia olerum more incoquuntur ad pituitam bilemque detrahendã, quod præstat & radix in cibis data. *Ex Dioscor.*

Sanguis. Sanguinis natura.

Quomodo & quam ob causam sanguis in corpore gignatur, dicendum. Cum quis quid sanguineum aut biberit, aut comederit, id totum ad se corpus trahit. Trahit etiam cor ad se quod [a] sanguineum est. Lib. 4. *de Morb. pag.* 506.

a Humorum fit varia generatio partim ob vim caloris viscerum, partim ve-

Vere adhuc viget in corpore pituita, ſed ſanguis increſcit, quod & frigora remittant, & imbres ſuccedant. Tuncque ſanguis augetur tum ex imbribus, tum ex dierum calore. Eorum enim naturæ id anni tempus cum ſit calidum & humidum maximè reſpondet. Quod hinc cognoſcas quod homines verno æſtivoque tempore potiſſimùm [c] inteſtinorum difficultatibus corripiantur, iiſque ſanguis ex naribus profluat, & ſint maximè calidi & rubicundi. Æſtate verò ſanguis adhuc viget, & bilis in corpore attollitur, & in Autumnum protenditur. At per Autumnum modicus ſanguis gignitur quod illius naturæ Autumnus adverſetur, bilis autem æſtate & Autumno in corpore obtinet, &c. At ineunte hyeme bilis perfrigerata pauca gignitur & pituita augetur, tum ob pluviarum copiam, tum ob noctium longitudinem. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 175. 176.

Sanguis humidus & ſanguis [d] ſolidus. Sanguis humidus probus, ſanguis ſolidus vitioſus. *Lib. de Alimento. pag.* 363.

Sanguis omnium humorum [e] calidiſſimus, ipſaque bile calidior, *& cætera adducta nuper in Rigoris cauſis.* *Ex Lib.* 1. *de Morb.*

Neque ſanguis [f] natura calidus eſt, ut neque alia quædam aqua, ſed caleſcit, pleriſque etiam natura calidus [g] videtur. *Lib. de Corde. pag.* 237.

Cum quis manum aut caput aut aliam corporis partem [h] ita affectam ſecuerit, ſanguis ater & turbidus ac morboſus effluit, quamvis neque [i] ſanguinem nominare æquum ſit, niſi qui ruber & ſincerus effluit. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 452.

Sanguis & ſpiritus pervagantur ex venis & arteriis, *& cætera adducenda infra in Venis. Ex* Lib. *de Alimento.*

Sanguinis [k] fons eſt cor. *Lib.* 4. *de Morb. fere initio.*

Sanguis quidem cum morbum facit, dolorem [l] inducit; pituita verò ut plurimùm gravitatem. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 416.

NOTÆ.

rò ex alimenti chylive diverſa materia, etenim ex temperatiore ſanguis, ex calidiore bilis generatur. *Fernelius.*

b Ita ut humorum diverſæ qualitates & conditiones reſpondeant diverſis anni tempeſtatibus.

c Tunc maximè viget dyſenteria, quæ propriè ſanguinea dicitur plethoricorum familiaris.

d Sanguis calidus & humidus, quod inſitam temperiem ſervet probus; at ſolidus ſeu craſſus & fœculentus terreſtriſque pravus.

e Intellige de ſanguine inſito ſpirituum penu, cui opponitur ſanguis recens genitus; de quo intelligendus Textus proximè ſequens.

f. g Imò abſolutè calidus eſt, nec admitti poteſt quod hic ex Auctore. *Lib. de Corde* & ex Ariſtotele dicitur frigidus niſi comparatè ad ſanguinem congenitum. Vide *Martiani annotat.*

h Ibi loquitur *Hippocrates* de ſanguine admodum impuro quem ſuperevomant venæ.

i Eſt enim potius ſanguis tabes, ſeu ſanies quàm verus ſanguis.

k Sanguinis fons eſt cor; at non venarum origo, ut notabitur Articulo de Venis adversùs Ariſtotelis Sententiam.

l Quod acceſſat inflammationem pulſationi junctam qua ſolvitur continuitas partium.

Sanguinis

Sanguinis extra vaſa conditio.

Sanguis ſi in ventrem effundatur, neceſſariò [a] putreſcit. *Aph. 20. ſect. 6.* Sanguis in alienum locum effuſus mora computreſcens in pus vertitur, neque ſurſum conſcendere, neque infra deſcendere [b] poteſt. *Lib. de Flatibus. pag. 278.*

a Hanc ſanguinis in pus converſionem ſi exactè accipiamus, minimè vera fuerit Hippocratis Sententia. Sæpe enim quod ad exiguas cavitates attinet, certum eſt in corporibus ſuggillatis & in vibicibus ſanguinem extra venas effuſum in cavitates ſubcutaneas attenuari, & in halitus digeri. In majoribus verò capacitatibus ventriculi, thoracis, inteſtinorum ſæpius grumeſcere; itaque accipiendum hic puris vocabulum pro converſione ſanguinis in deteriorem ſtatum, ſeu is liveſcat, ſeu grumeſcat. *Galen.*

b Quod ſtatim evaneſcant ſanguinis ſpiritus.

Sanguinis profluvium; ſupra *Hæmorrhagia.*

Sanguinis ſtillicidum; ſupra *in Naribus.*

Sanguis è gingivis manans.

Sanguis ex gingivis cum humecta alvo profluens perniciem [a] minatur. *Coac. 241. & Coac. 648.*

a Siquidem indicet diſtillationem ferinam in pulmones. *Duretus.*

Sanguinis vomitus; ſupra *in Hæmoptyſi.*

Quicumque evomunt [a] ſanguinem, ſi ſine febre quidem [b] ſalutare, ſi verò cum febre malum. Curare verò acerbis & refrigerantibus. *Aph. 37. ſect. 7. Coac. 408. & 426.*

a. b Nonnulli priſci enarratores Aphor. interpretantur de hæmoptyſi, quos redarguit *Gelenus.* Nullo enim caſu ſalùtare fuerit ſanguinem expui, itaque intelligenda Sententia de rejectione per ſtomachum, quæ ſine noxa depleat aliquando totius corporis plethoram.

Sanguinis dejectio.

Sanguis quidem ſupra [a] qualiſcunque fuerit, malum, infra verò niger bonus eſt. *Aph. 25. ſect. 4.*

Sanguis ſplendidus alvo per ſeceſſum rejectus malo eſt, præſertim ſi dolor [b] aliquis adſit. *Coac. 606.* Ni-

a Fit comparatio hic inter hæmoptyſim, quæ improbatur, & vacuationem hæmorrhoidalē, quæ laudatur. *Galen.*

b Etenim hujuſmodi do-

grum etiam cruentum [c] malum cum febre, atque aliàs; Carptim, *ex Coac. 611.*

Chartadæ febris ardens fuit, bilis sursum deorsumque multa rejectio, insomnia, & ad lienem tumor rotundus. Ipso die mane ad desidendum surrexit, strepitu circa ventrem absque dolore oborto. Cum verò ventrem exoneraret sanguinis recentis plusquam congii mensura per alvum subiit, & pauca interposita mora, etiam tertiò sanguinis grumi [d] concreti; oris autem ventriculi [e] anxietas erat cum parvo sudore & febricula, &c. Ubi aliquid sibi infra demitti velle dixisset. Defixis oculis, non longa interposita mora vitam finivit. Carptim *ex Lib. 7. Epid. pag.* 1087.

lot denotat venam ruptam excesam vel apertam in alvo. *Duretus.*

c Quoniam insanabili vitio exolutorum viscerum demittitur. *Duretus.*

d, e Hæc Historia adducta jam in Febre anxiosa, iterum affertur hic in exemplum dejectionis tum sanguinosæ, tum grumosæ, quæ sit lethalis.

Sanguinis [a] mictio, hæmorrhois renum.

Sanguinis mictus rarus quidem & sine febre ac dolore nil indicat. Verùm [b] lassitudinis sensus solvitur. Quod si sæpiùs mictu reddatur, aut [c] horum aliquid accesserit, periculum minatur. At prædicendum est sive cum dolore, sive cum febre mictu reddatur, pus insuper [d] per urinam effluxurum, atque eo pacto dolorem tolli. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 95.

Si sanguinem aut pus mingat, aut renum, aut vesicæ exulcerationem significat. *Aph. 75. sect. 4.*

Quicunque sponte [e] sanguinem mingunt, his à renibus venam ruptam significat. *Ibidem. Aph. 78.*

Si sanguinem mingant & grumos, vel stillicidium urinæ habeant & dolor in imum incidat ventrem & pectinem, & fœmen circa vesicam [f] labor est. *Ibidem. Aph.* 80.

Si sanguinem & pus minxerit, aut [g] squamulas, & gravis dolor adsit, visicæ exulcerationem significat. *Ibidem. Aph.* 81.

Abderæ Cleonigus cum renum doloribus vexaretur, sanguinem paucum meiebat, plerumque cum molestia, & alvus intestinorum difficultate laborabat.

a Nonnulli sunt qui per circuitus sanguinem mingunt hæmorrhoidum instar similique totius corporis constitutione. Pallent enim, torpent, graves sunt, cibum fastidiunt, cruditate laborant, & si suo tempore sistatur sanguinis mictus, dolent capite, hallucinantur oculis, quidam etiam convelluntur. *Ex Arethæo.*

b Depletis ea ratione venis.

c Febris scilicet ac dolor.

d Succedente sanguinis mictioni puris aut purulentæ urinæ mictione.

e Id est sine causa manifesta, uti venere, dura exercitatione, lapsu, casu, ictu, vel acrioris medicamenti potu. *Heurnius.*

f Etenim ubi dolor, ibi morbus.

g Sanguinis purisque mictio renum ac vesicæ morbis est communis, at graveolentia squamulis juncta vesicæ peculiarem affectum denotat. *Galen.*

Huic mane lac caprillum cum quinta aquæ parte exhibitum, ita ut tota mixtura esset trium heminarum. In lactis usu perseveravit tantisper, dum urinæ restitutæ sunt. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1114.

Sanguinis [a] *supervomitus tum in cerebrum, tum in caput.*

Si venulæ copiosum sanguinem circa cerebrum superevomuerint & cerebrum calefecerint, febris ac dolor vehemens ad tempora, sinciput, & posteriorem capitis partem detinet, aures tinniunt, flatibus implentur, nihil audit, æstuat, & præ dolore se incontinenter jactat. Hic quinto aut septimo die moritur. Cum sic habuerit, caput calefacito. Etenim si per aures, aut nares aqua proruperit periculum effugit.

Alius morbus; si venæ in [b] caput superevomuerint, dolor levis totum caput detinet, & ad cervicem pertingit, interdumque ad alias capitis partes transmittit; deinde ubi surrexit, eum tenebricosa vertigo occupat. Febris non prehendit. Cum sic habuerit, deraso capite, nisi calefactoriis cesserit, à capite frontem qua pilus defluit scindito, sectam cutem diducito. Ubi sanguis defluxerit totam sectionem duplici filo involutam componito, &c. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 458. 459.

a Supervomitus dicitur de venis; quæ redundantem sanguinem effundunt *ex Fœsio*. Quam effusionem in cerebri spatia inania fieri vult *Salius*. Hinc cerebrum incalescit; febris ingens emergit, quæ subsequuntur enumerata hic symptomata.

b Hæc sanguinis supervomitio differt à superiore, quod illa in cerebrum, hæc in partes extimas à cerebro per calvariam separatas fiat. *Salius*.

Sanguinis missio.

In morbis acutis sanguinem [a] detrahes, si vehemens fuerit, & qui ægrotant ætate [b] florenti fuerint & virium robore valuerint. *Lib. de Victu in acutis. pag.* 382. Potissimùm verò jecoris vehementissimi dolores, & lienis gravitates, atque aliæ inflammationes, & gravissimi supra septum transversum dolores, & morborum collectiones solvi nequeunt, siquis eas primùm medicamento purgante aggressus fuerit; verùm in his venæ [c] sectio præferenda est, &c. Quicumque autem

a Aurea hæc Sententia tot gravia paucis complectitur, ut miretur *Gal.* cur non fuerit à divino Auctore inter Aphorismos collocata.

b Ætatis conditionem cũ satis indicetur à virium robore obmitti hic potuisse censet *idem Galenus*.

c Licet hæc regula videatur generalis, monent ta-

men *Valesius & Martianus* contingere aliquando inflammationem prævalenti cacochymiæ ita junctam, ut præferenda sit purgatio, adducto exemplo pleuritidis inferæ, quæ præsupponit inflammationem veram, sine qua nulla fiat pleuritis, quod pluribus insuper exemplis & rationibus confirmant.

statim per initia morborum inflammationes medicamento purgante solvere tentant. Ii de contenta quidem atque inflammata parte nil detrahunt, cum nil cedat quæ adhuc cruda est affectio. Quæ verò morbo resistunt & sana sunt, contrabefaciunt & debili reddito corpore morbus superior evadit, qui ubi corpus superarit, curationem non admittit. *Ibidem. pag.* 383.

[De sanguinis missione etiam in mera cacochymia plures in variorum affectuum curatione adducti Textus. Puta in Hydrope, in Cardialgia, in Colico affectu, Summæ virium imbecillitati, corporisque extenuationi juncto, ex Historia ægri in Oeniadis ventris tum strepitu, tum dolore laborantis sola venæ sectione per vices celebrata donec exanguis fieret adjuti.]

Quibus à venis Sanguis mittendus.

Quibus à venis sanguinem mittere oportet, his venam [a] venam oportet secare. *Aph.* 53. *sect.* 7. Junge & *Aph.* 47. *Lib.* 6.

In doloribus leniendis proximum ventrem [b] purga, proximum vas seca. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 6. *text.* 7.

Danda opera, ut quæ [c] longissime à dolentibus locis, & quibus sanguis colligi debet, venæ sectionem faciamus. *Lib. de Ossium nat. pag.* 245.

In pulmonum inflammatione & pleuritide confert venam pertundere in brachio, splenitidem appellatam aut jecorariam, ad utram [d] sane morbus vergit. Sicque lateris & aliarum partium dolor levior contingit. Vena enim quicquid in ea est pituitæ [e] & bilis & sanguinis morbosi unà cum his magna ex parte foras emittit. *Lib.* 1. *de Morbis. pag.* 447. 448.

Anginam & lippitudinem venæ sectio solvit. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6.

In angina parasynanche dicta vena præsertim sub [f] mamma secanda est. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 490. 491. Unde adductus annotatusque Textus in Angina, passim verò secatur lingua in eodem morbo.

a Tunc enim vigent vires, ac ferunt hanc vacuationem, faciléque jacturam, quæ inde sequitur, resarciunt. *Heurnius.*

b. c Postquam scilicet totius corporis plenitudo sublata fuerit & materia fluens revulsa, ut notatum *in Revulsione.*

d Secundùm rectitudinē, ut constat ex Articulo de *Rectitudine.*

e Ergo ex Hippocrate venæ sectio etiam medetur cacochymiæ, si stabuletur in venis.

f Ob rationem redditam in *Angina.*

Capiti parte posteriore dolenti vena [g] in fronte secta prodest. *Aph.* 68 *sect.* 5. *& Lib.* 6. *Epid. sect.* 2. *text.* 19.

In pulmonis tumore ex calore mittendus sanguis ex cubitis, nare, lingua, & quavis [h] corporis parte. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 489.

In lumborum & pudendi doloribus ex venis poplitis vel malleoli [i] mittatur sanguis. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 179.

NOTÆ.

g Videtur ex hoc Aphorismo desumpta tota divertendi in doloribus, aliisque in affectibus disciplina, ut earum ratione fit frequens in ore Medicorum. *Mercurialis.*

h Quo citius efficaciusque temperetur partium vitalium incensarũ æstus.

i Partes enim infra renes sitæ exonerantur facilius tracto ex his venis sanguine. *Galen.*

Sanguinis missionem impedientia.

In corporis perfrictione cum torporis [a] sensu sanguinis detractio nocet. Seu (*ex Dureti Versione*) in torpida perfrigeratione venæ sectio nocet. *Coac.* 343.

Lateris dolores leniter firmatos, & absque ulla significatione venæ sectio [b] lędit, &c. Quinetiam in corporis perfrictione torpescentes non sine febre sanguinis detractio lædit, & cum videantur melius habere moriuntur. *Coac.* 491.

Si cui sanguinem detrahere confert, alvum [c] firmam reddere atque hoc modo detrahere oportet, & inediam imperare vinumque demere. Quòd si tibi condensata alvus videatur, molli infuso alvum subluito. *Lib. de Victu in Acutis. pag.* 396.

Mulier utero gerens sanguine misso ex vena [d] abortit, & magis si fœtus sit major. *Aph.* 31. *sect.* 5.

Venæ sectionis impedimentum est in his qui cruenta expuunt, [e] anni tempus, lateris [f] dolor, [g] bilis. *Lib. de Humoribus. pag.* 65. *& Lib.* 6. *Epid. sect.* 6. *text. Ultimo.*

Quod multi ex immoderato sanguinis profluvio perierint animadvertendum. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 9.

a *Duretus* interpretatur refrigerationem quæ habeat conjunctum torporem virium que languorem, ita ut æger subinde dilabatur ad pedes; nam quæ per viscerum inflammationem ut in lipyria febre accidit refrigeratio, venæ sectionem postulat.

b Vide explicationem in *Pleuritide.*

c Ergo alvo fluente venam non secabis, inquit *Galenus* hic & *Lib.* 1. *ad Glauc.* ubi docet currente alvi profluvio cum febre non esse alia vacuatione opus. At nimis hic meticulosum Galenum convincit felix passim curatio hujusmodi febrium communi recentiorum suffragio celebrata venæ sectione.

d Vide explicationem supra in *Abortu.*

e Ut æstas calidissima & siccissima. *Duretus.*

f Accipit *Galen.* Sententiam de sputi cruenti libertate cum levi dolore, quo casu mitiorem pleuritidem se sæpius curasse sine sanguinis missione testatur.

g Ut quæ sit frenum sanguinis quod pleuribus demonstrat *Martianus*, adducta experientia infœ guium hæmorrhagiarum ex qualibet causa quibus succedit febris.

[a] *Sanitas.*

Quicunque intelligentia valet, is ſecum reputare debet quàm plurimùm æſtimanda ſit ſanitas, & ex utilitate ſui conſilii fructum in morbis rectè percipere *ex fine Lib. de Salut. Victu. pag.* 300. Neque pecuniarum, neque corporis, neque ullius rei utilitas citra ſanitatem æſtimanda eſt. *Lib. 3. de Vict. rat. pag.* 342.

Hominis corpus in ſe ſanguinem & pituitam & bilem duplicem flavam nempe & nigram continet, ex quibus corporis ipſius natura conſtat, & per hæc dolet, & ſanum eſt. Sanum quidem cum hæc moderatam inter ſe tum facultate tum copia temperationem habuerint, idque præſertim ſi permixta fuerint. Dolet autem ubi horum quicquam vel minus vel copioſius fuerit, aut in corpore ſeparatum nec reliquis omnibus contemperatum. Cum enim horum aliquid ſeceſſerit, & per ſe conſtiterit, neceſſe eſt non ſolum locum in quo exceſſit, morbo tentari, ſed etiam in quem nimia copia influxerit dolore & labore vexari. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 173.

Corpus humanum ubi temperationem ex tenuiſſima aqua & rariſſimo igne adeptum fuerit, ſaluberrimum habitum efficit, &c. At ſi quod eſt in igne validiſſimum & in aqua tenuiſſimum, temperaturam adeptum fuerit, ſicca & calida ea eſt natura, iique in ignis acceſſionibus morbo corripiuntur. In aquæ verò acceſſionibus ſanitate fruuntur, ætatibus florentibus quoad pleniorem corporis habitum comparandum [b] morboſiſſimi ſunt. Senes verò & ad utroſque accedentes admodum ſani. Victus ratio quæ refrigeret & humectet, & labores minimè calefacientes & colligentes plurimam refrigerationem exhibebunt. Ejuſmodi naturæ longiſſimæ ſunt vitæ, & maxima ſanitate [c] fruuntur. Carptim, *ex Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 314. 315. Ubi præclara alia multa.

a Sanitatem an naturalem habitum dixeris nil intereſt. *Ex Gal. Lib.* 13. *Meth.* conſtat autem ejus *Comment. in Lib.* 2. *Epid.* in quatuor qualitatum ſymmetria. At *Martianus* colligit *ex Textu Lib. de Nat. Hominis* hic proſtante omnes morborum cauſas ab humoribus dependentes ad hæc tria reduci, quando ſcilicet humores aut corpora peccant aut qualitate, aut diſgregantur ab invicem nec congruam commoderationem ſervāt.

b Nil mirum hos quod ſint ſuapte natura ſicciſſimi in ætate florenti eſſe morboſiſſimos; febribus ſcilicet & inflammationibus obnoxios. Quod hæc florens ætas ſit præ cæteris calidiſſima ſimul ſicciſſimaque.

c Eſt enim ſiccum propius ſano, humidum propius

Qui admodum crassi sunt [d] citius intereunt quàm graciles. *Aph.* 44. *sect.* 2.

Procaritas corporis juventæ quidem nec indecens, nec illiberalis existit. Senectæ verò inutilis & [e] deterior parvitate. *Ibidem. Aph. Ultimo.*

Hominem minimè [f] tenuem esse oportet; pectus verò laudandum quadratum & hispidum, cujusque cartilago exigua & admodum carnosa est. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 96.

Corporis naturæ probandæ sunt leves, moderatæ, firmis visceribus præditæ, neque admodum carnosæ, neque duræ; tum quæ sunt colore albo, aut nigro, aut rubro: hæ etiam omnes probantur si puræ sunt. Deterius est si ex pallido mixtum colorem aut lividum habeant. Quæ verò naturæ supra positis adversantur, deteriores esse constat. *Ibidem. pag.* 99.

Hoc profluvii genus (lienteriæ scilicet) corporis habitus densiore carne preditos magis exercet, &c. Hæc siquidem natura est lubrica & ad utramque partem vertitur. Et hujusmodi naturis parvo tempore viget bona corporis [g] habitudo. At rariores & hirsuti corporis habitus labores magis sustinent, diutiusque in bona corporis habitudine perseverant. *Ex Lib. de Salut. Vict. ratione circa finem.*

In his qui alarum instar prominentes habent scapulas, flatus causa est. Sunt enim [h] flatulenti. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 9.

Quicumque alata latera à natura habent, quòd à tergo scapula operta alarum instar emineant, idque ex causæ imbecillitate accidit; ii in malignis destillationibus sive excretio fiat, sive non, malè habent. *Ibidem. text.* 14.

Qui calido sunt [i] ventriculo, frigidas habent carnes, & graciles existunt. In his venæ prominentes apparent & ad iram sunt proniores. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 4. *text.* 23.

Jugula in quibusdam conspicua [k] videntur, & venæ apparentes. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 22.

NOTÆ.

ægro. *Ex eodem Hippocrate. Lib. de Vlceribus.*

d Optimum justo & quadrato corpore nasci, (εὔσαρκον Græci vocant) idest inter crassitudinem & gracilitatem modum tenere, quod si à mediocritate recedatur, præstat gracile quàm crassum esse. *Galen.*

e. f Quod virtus animalis reddita debilis nequeat capitis & scapularum onus erectum ferre; unde inclinatur corpus in partem anteriorem. Vide *Mercurialis Commentarium.*

g Bonum corporis habitum appellavit compacta carne præditum, quique faciat celebrem mutationem, ita ut *Polibius* hujus Libri Auctor videatur insinuare idem quod Hippocrates docuit in Aphorismis de habitu exercitatorum periculoso. Rariores autem & hirti, ideò commodius esum carnis ferunt, quod facilius transpirent. Labores etiam sustinent quòd minus sint laboribus obnoxii. *Galen.*

h Ob caloris penuriam, cum enim cor habeant exiguum, calor hinc secundum cordis proportionem exiguus promanat in totum corpus, unde alatos omnes flatulentos expertum se testatur *Galen.*

i Ventriculo calidos non debemus hic intelligere

infito calore abundantes, sed mordacem improbumque calorem in intemperato ventriculo possidentes quos carnibus turgidos meritò affirmat Hippocrates; ut pote bonæ & copiosæ alimoniæ penuria tabescentes quàm ex sanguine laudabili in temperatis corporibus hauriri necesse sit. *Galenus.*

k Vide explicationem *ex Galen. Articulo de Jugulo.*

l Loquitur *Hippocrates* de naturis frigidis & humidis, in quibus solis locum habeat Sententia hæc.

Corpora hyeme quàm æstate, & vere quàm Autumno [l] morbosiora. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 314.

Sanitas summa periculosa, supra *in Athletico habitu*.

Sanitatis Studium. vide plura *Articulo de Victus ratione Sanorum*.

a *Plutarchus* tertium addit ex veterum Medicorum placitis parcum esse seminis.

b Huc etiam pertinet Sententia hæc *ex Lib. 6. Epid. sect. 6.* Labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia mediocria.

c Ob rationem afferendā in *Victus ratione*.

Valetudinem excolunt citra satietatem cibis vesci & impigrum esse ad [a] laborem. *Lib. 6. Epid. sect. 4. text. 20.*

Cognoscendum utrum cibi [b] labores, an cibos labores superent, an moderatè inter se habeant. Quodcunque enim superetur, ex eo morbi contingunt, ex mutua verò contemperatione sanitas adest. *Lib. 3. de Vict. rat. pag.* 345.

Sanis periculosus [c] existit valde exquisitus victus, quoniam errores prægravius ferunt. *Aph.* 5. *sect.* 1.

Sapa, [a] *Defrutum.*

a Vinum ad tertiam vel dimidiam usque partē decoctum. *Gorreus. Rob* Arabibus dicitur, & extenditur ad alios etiam succos Solis aut ignis calore inspissatos.

Sapa calefacit & humectat & subducit. Calefacit quidem quia vinosa. Humectat verò quod nutrit; subducit autem quia dulcis. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 328.

[a] *Saperda.*

a Piscis quoddam genus sale condiri solitum ut diutius asservaretur.

Pro opsonio salsamentum Gaditanum aut saperdam habeat in Hydrope ex liene. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 569.

Sapientia pro Prudentia. ſupra *in Prudentia.*

Sapientia pro Philoſophia, ſcientia.

Sapientiæ cognitionem Medicinæ ſororem & familiarem eſſe duco. Sapientia ſiquidem animi perturbationes exhaurit; at Medicina corporis morbos pellit, &c. In Medicinæ cum Sapientia affinitate adducta. Multi admirantur, at pauci [a] ſcientiam habent. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 310.

a At ſcientiam tandem parit admiratio, unde Philoſophia dicitur Thaumantis filia.

Saporum differentiæ, ſupra *in Alimentorum differentiis à ſaporibus.*

Satureia [a] Thymbra, Cunila.

a Satureia trivialis notitiæ eſt thymo ſimilis, ejuſdemque facultatis. *Dioſcor.*

Origanum calefacit, bilioſa tamen ſubducit. Thymbra eadem facit. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 329. Ad molam expellendam ſatureiam ex aceto & aqua tritam potui exhibeto. *Lib.* 2. *de Morb. mul. pag.* 740.

Scabies, [a] Pſora, Pruritus.

a Probabile eſt ſcabiem deſignari ab Hippocrate nomine lichenis, impetiginis & lepræ etiam, potius quam pſoræ. Siquidem. *Lib. de Nat. mul.* muſcum quendam oleæ & lauri truncis adnaſcentem pſoram vocat, nec alibi meminit. *Fœſius.*

Pungentes prurigines & atræ bilis vitia minus ſentiunt mulieres quàm viri, niſi menſtrua defecerint. *Lib.* 2. *Prædictorum.*

Rumicis agreſtis radix aceto trita impetigines ſanat. Supra in *Rumice.*

Athenis quidam pruritu totius corporis, præcipuè tamen teſtium & frontis detinebatur, ac vehementer vexabatur. Cutis toto corpore craſſa erat, ac qualis in lepra videri ſolet, neque ex ulla parte præ craſſitudine apprehendi poterat. Hic nullis remediis juvari potuit. In malum autem ad aquas calidas profectus prurigine & cutis craſſitie liberatus eſt. Hydrope tamen [b] periit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1039.

b Quia humores pruritum excitantes denſata à balneo cute in hepar remearunt; itaque melius conſultum præfuiſſet ægro aquæ dulcis balneo, quam ſulphuratæ. *Martianus.*

[a] *Scammonium.*

Cum in febribus initio purgare volueris, &c. Si alvi egeſtiones bilioſæ fuerint, ſcammonio moderatè purgandum, *& cætera adducta Articulo de Purgandi opportunitate.*

Huic cum ita habuerit ventrem epithymo, aut ſcammoniæ radice aliquantulùm purgato. Supra in *Renis ulcere. ex* Lib. *de Intern. Affect. pag.* 561.

NOTÆ.

[a] Vulgò diacridium propriè δακρύδιον, ſeu parva lacryma, quod lacrymæ inſtar ſtillet ab arbore, bilem & pituitam purgans ʒ. unius aut ſcrup. IV. pondere. *Ex Dioſc.* unde conſtat diverſum à ſcammonio recentiorum ad 12. tantùm grana uſurpati ſolito. Adde hic æquiparari epithymo.

Scilla; [a] *Schinus.*

Purulentis diſſectos ſcillæ orbiculos ex aqua coquito, dum molles apparuerint, &c. *Lib. de Acutis. pag.* 397. Scillam in ſubdititio apponito ad ſedandos uteri dolores. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 738. Schinum tenuem ſcillæ ſpeciem mordeat in uteri ſtrangulatu. *Ibidem. pag.* 747.-748.

[a] Scilla duplex, vera ſcilicet ex Hiſpaniæ oris requirenda; altera minoris efficaciæ Pancratium dicta; utraque facultatis acris & ferventis. *Dioſcor.*

[a] *Scolopendrium*; *Ceterach*, *Aſplenium.*

Urinam movet & purgat. *Lib.* 2. *de Vict. rat. p.*330.

[a] Scolopendrii folia aceto decocta per 40. dies, epota lienem abſumunt. *Dioſcor.*

Scorpius [a] *marinus.*

Ex piſcibus ſicciſſimi ſcorpii, &c. ſupra *in Piſcibus.* Cibis utatur carnibus ovillis, & volucrum, piſcibus cartilagineis, mollibuſque & ſcorpiis coctis. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 474. *&* Lib. *de Intern. Affect. in Peuco-phelgmatia. pag.* 556.

[a] Sic dictus quod ſcorpii terreſtris inſtar, aculeo ad ſpinam afflixo pungat, & veneno vulneratam partem afficiat. *Martinus.*

Screatio, infra *Sputatio.*

Scrotum. Scrota.

[Fit frequens Hippocrati mentio ſcroti, non modò in ſingulari, quatenus ſumitur pro exteriore tunica & quaſi marſupio teſtium, ſed etiam in plurali pro quadam uteri prominentia; ut notat *Fœſius in Oeconomia.*]

Secessus pro egestione, supra *in Dejectionibus.*

Secessus pro abscessu, supra *in Crisi per abscessum.*

Sectio, Præcisio, Amputatio.

Quæ medicamenta [a] non sanant, ea [b] ferrum sanat; quæ ferrum non sanat, ea [c] ignis sanat: at quæ ignis non sanat, ea sunt insanabilia censenda. *Ex Aphorismis spuriis.*

Quæcumque ad digitorum articulos ex toto præciduntur, ea plerisque sunt innoxia, nisi quis sub ipso vulnere, in animi deliquium incidat, iisque ulceribus curatio quævis satis erit. Sed & quæ non ad articulos, rùm ad aliam quandam ossis rectitudinem præciduntur, etiam hæc sunt innoxia, & adhuc cæteris promptiorem curationem recipiunt, &c. Præcisiones autem ossium ex [d] toto ad articulos, & in pede, & in cubito, quibusdam ad proximam palmæ partem, plerumque citra noxiam fiunt, si non protinus animi defectio oppresserit, aut quarto die febris assidua accesserit. *Lib. de Articulis. pag.* 867.

Partes corporis quæ infra terminos denigrationis fuerint, ubi jam prorsus emortuæ fuerint, & dolorem non senserint ad [e] articulos auferendæ, ea [f] cautione dolor inferatur; nam ubi quod exciditur dolet, neque dum qua parte exciditur emortuum fuerit, neque sub dolore animus deficiat, admodum periclitatur; ejusmodi verò animi defectiones multos jam confestim è medio sustulerunt. *Ibidem. pag.* 868.

Maximæ constitutiones temporum observandæ, *& cætera Articulo de Temporibus anni afferenda. Ex Lib. de Aere, Loc. & aqu.*

a Trium instrumentorum quibus utitur Medicus in morborum curatione, is est ordo, ut primùm debita victus ratio administretur, quæ ni sufficiat, remedia ex pharmacia desumpta usurpentur, quibus victis deveniatur ad manus operationem. *Mercurialis.*

b. c Ferri nomine intelligendum quicquid incidere, abscindere & amputare potest. Per ignem verò quicquid potest urere, ut sunt cauteria, cucurbitulæ, oleum, sal, fungus, linum crudum, aurum, argentum & ferrum igne candentia. *Ex eodem Mercuriali.*

d Ne pars sincera trahatur in consortium demortuæ, tunc enim præstat Decium mori, ut Roma servetur.

e Ob facilitatem & securitatem operationis majorem in ipsa articuli commissura.

f Notanda aurea *Galeni* verba *Lib. 9. Meth. cap. 4.* scilicet carnem circuncidere rem esse promptissimam, majus verò quippiam atque arte dignum medicamentis sanare, quò pertinet vulgata Medicorum Sententia servandam esse quantum fieri potest corporis integritatem.

a Caveat quantum poterit Chirurgus, & abstineat à magnis sectionibus, quæ non modò cicatricem turpiorem reddunt, sed partem ipsam infirmiorem ad quemlibet motum. *Galen. cap.* 5. *Lib.* 13. *Meth.*

Sectio, seu *per gladiolum*[a] *divisio.*

Æquabile tuberculum reddere, & ex æquo omne conçoquere oportet, neque ante tempus aperire, neque ut sponte rumpantur sinere, *& cætera in Phymate adducta.*

Secundæ, *Secundinæ*, supra *in Partu.*

Sedes, supra *Anus.*

a Sunt qui distinguunt semen tanquam quid generalius etiam plantis conveniens, à genitura quæ prodeat à solis animantibus perfectioribus.

Semen, [a] *Genitura.*

Viri genitura ex universo humido, quod in corpore continetur proficiscitur, ubi id quod validissimum est, excernitur. Cujus rei argumentum est, quod ubi rem veneream exercemus tantillo emisso imbecilles evadimus. At istud ita se habet, ex toto corpore & venæ & nervi in pudendum procedunt, quorum attritu, excalefactione, & repletione velut pruritus oritur, indeque ad totum corpus voluptas & calor promanat. Trito autem pudendo & moto homine, humidum in corpore concalescit, & diffunditur, & motũ agitatur & [b] spumescit, non secus ac reliqua omnia humida agitata spumescunt. Sic in homine quod calidissimum est & pinguissimum à spumescente humore secernitur & ad spinalem medullam progreditur. In hanc enim ex toto corpore viæ quædam feruntur, & ex cerebro in lumbos, universum corpus, & spinalem medullam diffunditur. At ubi ad spinalem medullam genitura pervenerit, per venas quasdam quibus illi via patet, ad renes [c] fertur, quibus exulceratis interdum etiam unà sanguis defertur. A renibus autem per medios testes ad pudendum pervenit; neque qua via urinæ est prodit, sed alia huic proxima. *Lib. de Genitura. pag.* 182.

b Ideò definitum semen à Pythagora spuma optimi sanguinis; à Platone medullæ defluxus; ab Alchmæone cerebri porticuncula, ab Epicuro animæ & corporis fragmentum, à Zenone hominis abstractum. *Laurentius.*

c Imò per venas arteriasque, ideò spermaticas dictas in medios testes defertur seminis materia, ex communi Anatomicorum consensu.

Qui juxta aures sectionem experti sunt, ii venerem quidem

quidem exercent, verùm semen paucum imbecillum & infœcundum emittunt. Maxima siquidem seminis pars è capite secundùm aures in spinalem medullam fertur. *Ibidem.*

Prodit & mulieri & viro ab universo [d] corpore, & ab imbecillis imbecillum, & à validis validum, eodemque modo distribui necesse est, cumque plus ex viri quàm ex mulieris corpore ad genituram accesserit, fœtus ille patri magis erit similis. Cum verò plus ex muliere prodierit matrem magis refert, &c. *Ibid. pag.* 185. Quin etiam interdum tenues & imbecilli fœtus ex partibus crassis & robustis gignuntur. *Ibidem.*

Si ex calvis calvi gignantur, ex cæsiis cæsii, ex distortis ut plurimùm distorti; cur non etiam ex macrocephalis, macrocephali.? *Lib. de Aere, Loc. & Aqu. pag.* 265.

d Materia seminis duplex est, residuum scilicet ultimi alimenti per vasa spermatica in testes delatum; ubi dealbatur & excoquitur, quod crassiorem seminis partem constituit. Altera verò pars est spiritus ex totius corporis spiritibus desumptus, qui singularum corporis partium ideam & facultatem præ se fert & per arterias spermaticas ad testes delatus crassiori sanguini permiscetur. *Laurentius.*

Senium, [a] *Senectus.*

Senibus parum [b] calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis [c] extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt. Frigidum enim eorum corpus. *Aph.* 14. *sect.* 1.

Istud nosse convenit hominem prima ætate in omni vita esse calidissimum; postrema verò frigidissimum. *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 180.

Senes frigidi & humidi: quoniam [c] ignis decessio, aquæ autem accessio adest, & siccitatis quidem summotio, humidorum verò constitutio. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 316.

Senibus valida corporis constitutio non inest, carnesque circum ossa [d] diffluunt, cutisque carnes ambiens rara est ac debilis. Nec senior similiter ut junior afficitur, [e] statimque manifestum redditur. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 444.

Renum & vesicæ vitia in [f] senibus difficulter sanantur. *Aph.* 6. *sect.* 6.

a Hujus tres partes; prima à quinquagesimo anno ad sexagesimum, quæ viridis & cruda senectus vocatur. Secunda à sexagesimo ad septuagesimum absolutè senectus dicta. Tertia decrepita & Acherontica innumeris incommodis reliquum vitæ absumens. *Mercurialis ad Aphoris.* 40. *sect.* 2.

b Sive qualitatem calidi spectes jam imbecillioris, sive ad ejusdem substantiam quantitate imminutam *Gal.*

c A multis enim obruitur senum calor, ut lucernarum exigua flamma à multo oleo. *Galen.*

d Sensim evanescente humido illo pingui, quo connectuntur inter se corporis partes.

e Idest non diu resistunt senes vitæ incommodis, sed à levioribus noxam sentiunt.

f Decrepitos intelligo quis

Raucedines & gravedines in valde senibus coctionem non admittunt. *Aph.* 40. *sect.* 2.

Si hyems Australis & pluviosa & serena fuerit; ver siccum & Aquilonium, &c. Senibus fiunt distillationes [g] quæ brevi interiment. *Aph.* 12. *sect.* 3.

Senibus spirandi difficultates, distillationes cum tussi, urinæ [h] stillicidia, urinæ difficultates, Articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus [i] totius corporis, [k] vigiliæ, alvi, oculorum, narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graves. *Ibidem. Aph.* 31.

Senes [l] facillimè jejunium ferunt, &c. *Aph.* 13. *sect.* 1.

NOTÆ.

...bus prætereà commoriuntur nephritis, podagra, coli & splenis frigidi affectus. *Ex Galen.*

g Ne intelligas consuetos catarrhos, sed eas fluxiones quæ per venas in partes subjectas feruntur. *Galenus.*

h Stranguria, dysuriaque fiunt ob acriorem redditam urinam à pituita salsa, tum ob ipsius vesicæ infirmitatem. *Heurnius.*

i Assiduè scabūt pruriuntque, quòd superflui humores cohibeantur juxta cutem quam ipsis ob refrigerationem densari & cogi constat. *Galen.*

k Vigiles sunt tum quod anxii & solliciti, tum propter corporis sicciratem. *Galen.*

l Hi scilicet qui in prima & viridi senecta sunt; decripiti enim ne brevem quidem inediam ferunt. *Galen.*

Sensus.

Cor precipuè & septum transversum sentiunt; neutrum tamen prudentiæ jus habet, sed horum omnium cerebrum auctor est. *Lib. de Morb. Sacr. propè finem.* Ex omni corpore potissimùm circa thoracem sensus inest, &c. *Ex fine Lib. de Ossium Natura*, unde adductus locus integer Articulo de *Colorum ratione.*

Sensus in homine quinque habentur, visus, olfactus, auditus, gustus, & tactus. *Lib. de Structura Hominis apud Marinellum.*

Sepia. Sepiæ ova & testa.

Polypi & sepiæ oculos gravant; illorum tamen jus alvum movet, *& cætera in Piscibus adducta.*

Sepiæ ova menses [a] cient. *Lib. de Nat. mul. pag.* 598.

Sepiæ testa tenuiter trita, minio & stercori asinino sicco mixta & in linteo uteri sinui indita hæmorrhagiam [b] compescit. *Lib. de Sterilibus. pag.* 772.

a Ea etiam in cibis sumpta urinam ciere renesque expurgare tradit *Plinius.*

b Exusta viriliginibus & scabiei utilis, & antequam exuratur frictione & illitu dentes deterget. *Galen.*

Septum transversum : [a] *Diaphragma.*

Septum transversum (φρένες Græcis dictum) temerè ac fortuitò sortitum nomen videtur & ex instituto, non revera, neque à natura. Neque sanè video quamnam vim ad prudentiam & intelligentiam septum transversum habeat, &c. *Lib. de Morbo sacro.*

Septi transversi natura in latum propensa, & renitens; cumque sit nervosior & robustior; ideò doloribus minus opportuna. *Lib. de Prisca Medicina. pag.* 26.

Septum transversum ad vertebram juxta costas situm habet, qua parte renes & arteriæ utrinque eminent, arteriæ verò ex his enascuntur quæ utraque ex parte nervum habent. *Lib. de Ossium natura. pag.* 246.

Septi transversi vulnera [b] alia esse. *Aph.* 18. *sect.* 6. In oppugnatione circa Datum, Tychon catapultæ in pectus vulnus accepit, parumque post [c] risus ei aderat cum delirio. Videbatur autem Medicus cum lignum exımeret circa septum hastilis partem reliquisse; cumque sub vesperam ei dolor commotus esset, infusumque per clysterem & per medicamentum alvum dejiciens exhibuit : primùm noctem implacidè transegit. Sub diluculum verò & Medico & reliquis omnibus melius habere visus est. [d] Prædictum est convulsione accedente celeriter periturum. Posterà ergo nocte, implacidus, insomnis, in ventrem plerumque recumbens, sub tertiæ diei exordium convulsione tentatus periit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1054. & *Lib.* 7. *Epid. in fine.*

Sermo, infra *Vox.*

Serpens [a] *os ingressus.*

Serpens in adolescentis post meri potum sub dio obdormientis os apertum ingressus est, quem cum sensisset nec loqui posset, stridere dentibus cœpit, & serpentem devoravit, posteaque convulsione periit. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1054.

---

a Ideò Antiqui φρένεις vocarunt, idest mentem, quod eo inflammatione affecto mens quoque lædatur. *Gal. Lib* 5. *de Loc. affect.* Uti docet etiam diaphragmatis nomen a Platone excogitatum, quod septi instar irascibilem animæ vim in corde contentam à concupiscibili in jecore residente secernat.

b Præsertim si accepta fuerint in parte nervosa.

c Risum comitari vulnera septi notatum ex *Plinio Articul. de Risu.*

d Junge hoc mirum prognosticū quibusdam aliis supra notatis.

a Auxilium inventum à Medicis, ut æger prono capite in ventrem incumbat substrato vasi lacte calente pleno, cujus vapore & odore grato ex ventriculo alliciatur & eliciatur seu lacerta, seu serpens. *Sennertus.*

Serpentis exuvium, Semen, Adeps.

Si secunda intus hæreat, membranæ vernationis obolum ex vino tritum propinato. *Lib. de Morb. mul. pag.* 684.

Serpentis semen in ignem inspergito pro suffitu uteri sanguinem copiosiorem fundentis. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 705.

Serpentis adeps præscribitur passim, ut *Lib. de Sterilibus. pag.* 763, pro subdititio parando ad uteri clausuram.

Serpillum.

a Olim hortis excultum excalefacit, menses & urinam movet. *Dioscor. Gal.*

Serpillum [a] & violæ albæ radicem cum in aqua mulsa decoxeris, colluito uterum. *Lib. de Nat. mul. pag.* 625.

Serum. supra *in Ichore, & in Lacte.*

Sesama.

a Sesamum olim panibus inspergebatur, licet stomachum subvertat, tardè concoquatur, fit quæ crassioris succi. *Gal.*

Caseus & [a] Sesama vires reficiunt, & pituitosa sunt. *Lib. de Affect. pag.* 546.

[b] [Sesamorum usus frequens in ægrorum diæta.]

Sesamoides.

a Sesamoides duplex *Dioscor.* Utrumque purgans, nobis ignotum *Mathiolus.*

[a] Sesamoides sursum purgat sesquidragmæ pondere ex aceto mulso tritum potu exhibitum. Admiscetur etiam veratris tertia portionis parte, & ita minus suffocat. *Lib. de Victu in acutis. pag.* 397. *& de Veratri purgatione. pag.* 1172.

Seseli.

Alvum movet & expurgat. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 330. Menses movet, uterumque expurgat. *Lib. de Morb. mul. pag.* 677.

Sextula)

Sextula, [a] *Menſuræ ſpecies paſsim.*

Sexus diviſio; Similitudiniſque puerorum cauſa.

Si quod ab utroque ſemen prodit robuſtius fuerit, mas [a] generatur, ſi debile fœmina. Utumlibet verò copia ſuperarit illud ipſum generat. Si namque debilius ſemen multo majore copia valentius ſuperet, evincitur quod valentius eſt, & debili permixtum ad fœminam transfertur: quòd ſi validum debili copoſius fuerit, ſuperatur debile, & ad marem redigitur. *Lib. de Genitura. pag.* 184.

Cum plus ex viri quam ex mulieris corpore ad genituram acceſſerit, fœtus ille patris magis erit ſimilis; cum verò plus ex muliere prodierit, matrem [b] magis referet; neque fieri poteſt ut per omnia matris ſimilis ſit, patrẽ nil referat; verùm utriuſque aliqua in re ſimilem eſſe neceſſe eſt, ſi quidem ex utriſque ſemen ad procreandum fœtum provenit, &c. *Ibidem. pag.* 185.

Cum marem procreare volet, menſibus deſinentibus [c] aut ceſſantibus, uxorem adeat, & quàm peniſſimè intrudat dum ſemen excernat. Ubi fœminam generare volet, cum mulieri menſes fluxerint. Dexter [d] autem teſtis obligandus; ſiniſter verò ſi maris generatio expetitur. *Lib. de Superfœtatione. pag.* 229. 230.

Videndum uter teſtis extra promineat, quod ſi dexter, mas; ſi verò ſiniſter, fœmina portenditur, *Lib. 6. Epid. Sect. 4. text.* 25.

Mares in dextris magis, [e] fœminæ in ſiniſtris. *Aph. 48. ſect.* 5.

Si contigerit ab utriſque maſcula corpora ſecerni, pro re præſenti creſcunt, procreanturque viri animo clari & corpore validi, niſi à ſubſequente victus ratione vitium contrahant. Quod ſi à viro maſculum ſemen ſecernatur, à muliere fœmineum, & maſculum

Fffff

a Sextula Romarorum, Græcis exagium pendet ʒiiii. Eſt autem ſcrupulus, ſeu Gramma pars vigeſima quarta unciæ. *Gorreus.*

a Cur autem ſæpe contingat maſculũ fœtum quoad mores & corporis effigiem ſimiliorem eſſe matri; fœmineum verò patri, ita ut alterutrius genitura præpolleat ad ſolius ſexus deſtinctionem. Ardua ſanè quæſtio quam exagitat *Valeriola in Locis communibus.*

b Hac ratione ceu validiſſimo telo expugnatur à *Galeno* Ariſtotelis Sententia muliebris ſeminis concurſum inutilem ad generationem exiſtimantis.

c Tunc enim purius calidiuſque prodit muliebre ſemen, quale exquiritur ab Hippocrate pro fœtus maſculi generatione.

d Quòd ſemen dextri lateris cenſeatur calidius & compactius, procedatque à rene dextro calidiore ob hepatis viciniam, *Mercurialis.*

e Id non ſemper ſed ſæpius, quod uteri dextra pars ſit calidior eadem ratione vicini Jecoris.

supervenerit, eo casu ad validiorem aut imbecilliorem genituram commiscetur, cum nil ex iis quæ adsunt habeat ad quæ se conferat, & cum quo melius nutriatur, &c. At si à muliere masculum quidem secretum fuerit, & à viro fœmineum; masculumque dominetur, eodem modo quo prius incrementum accipit, hoc verò minuitur, [f] androgyni, hoc est semiviri procreantur, hocque nomine rectè nuncupantur, &c. Fœminæ verò eodem modo procreantur, si quidem ab utrisque fœmineum secretum fuerit, maximè ad mollitiem comparatæ nascuntur. Quòd si mulieris quidem semen fœmineum, viri autem masculum fuerit; obtinuerit verò fœmineum, eodem modo increscit, & prioribus audaciores sunt, venustæ tamen & ipsæ. At si viri semen fœmineum fuerit, mulieris verò masculum, prævalueritque fœmineum, eodem modo incrementum accipit, & prioribus longè audaciores nascuntur, viraginesque vocantur. *Lib. 1. de Vict. rat. pag. 312. 313.*

f Androgyni Hippocratis, cum intelligantur de imbecillioribus, mollioribus & effœminatis viris vel potius semiviris, differunt omnino ab androgynis vulgò hermaphroditis, qui possidere existimantur utrumque sexum. De quibus consule *Laurentium. Lib. 8. quæst. 4. de Monstris.*

Siccatorius [a] *morbus*; Αὐαντή.

Non inediam non cibum sumptum ferre potest, sed jejuno viscera rugitum edunt, ventriculi os mordetur, & varia vomit, bilem, salivam, pituitam, & acre, postque aliquantò melius habere videtur. Ubi autem cibum sumpsit, ructus ei contingunt, cum rubore inceditur, semper se copiosum alvi recrementum dejecturun existimat. Cum verò desederit, flatus demittitur, caput dolet, corpus hic & illic aciculis pungi videtur, crura gravantur, & imminuuntur, & debilis evadit. Hunc primum per inferiora, deinde per superiora [b] purgato, caput etiam purgato; deinde lac aut serum asininum, utrum tibi magis necessarium videbitur propinato; frigido balneo vere & æstate utatur. Autumno verò & hyeme unguento exercitatione modica, frigidis cibis, & alvum dejicientibus utatur. Morbus ferò ad mortem comitatur. *Carptim ex Lib. 2. de Morb. pag. 482.*

a Pertinet hic morbus ad eum affectum quem post Dioclē & recentiores describunt sub nomine hypochondriacæ affectionis. Siccatorium autem vocat Hippocrates à symptomate, summa scilicet extenuatione exsiccationeque in toto corpore subsequente ut notant *Salius & Martianus*.

b Ideò succenset *Martianus* tum Galeno tum Neotericis, qui curationem affectionis hypochondriacæ non modò auspicantur solis catarthicis obmissa sursum purgatione.

Siccus [a] *morbus.*

Si ſiccior morbus fuerit [a], non exhibenda magna ſorbitionis copia, & cætera afferenda infra in *Victu ægrorum. Ex Lib. de Acut. pag.* 482.

a Siccus morbus triplici modo intelligendus apud Hippocratem, primò dum in morbis pectoris nil expuitur; deinde dum alvus ita exſiccatur ut fæces nullas demittat. Tandem ſiccus etiam morbus dicitur quoties venæ & arteriæ ita exſiccantur, ut inde totum corpus ſquallidum reddatur, ut hic pluribus explicat *Mercurialis*.

Sicci & humidi ratio.

Siccum [a] propius ſano, humidum ægro. *Lib. de Ulcerib. pag.* 898.

In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, &c. *Aphoſ.* 7. *ſect.* 3. Ex anni conſtitutionibus ſiccitates imbribus ſalubriores, & minus morbiferæ. *Ibidem. Aph.* 15. Quibus à natura inſunt humidæ affectiones, iis vehementior eſt morbus; at quibus natura & conditio morbi ſicca, hi minus conflictantur. *Lib. de Diebus Judicat. pag.* 75.

Quòd ſiccius eſt morbis [b] obnoxium eſſe, magisque dolere ſolet, humidum verò minus. Morbus namque in parte ſicca fixus, nec interquieſcit. Qui verò in humida [c] difluit, & aliàs aliam corporis partem occupat, & ſemper commutando quietem facit, carptim. *Ex Lib. de Loc. in Homine. pag.* 399.

a b Licet habitus ſicci abſolutè & ſimpliciter loquendo ſint humidis ſalubriores; quod docent Textus hi primùm adducti, experientia ipſa ſuffulti. Attamen dum in iis ſtabilitur figiturque morbus, ideò contumacior redditur, nec tam citò dimovetur ac in humidis naturis.

c Humidæ enim naturæ ut citò admittunt, citò etiam dimittunt, niſi putredo gravior introducatur.

Sidus, infra *Sydus.*

Similago, infra *in Tritico.*

Similium & diſſimilium ratio.

Per ſimilia morbus oritur, & per ſimilia oblata ex morbis [a] ſanantur, veluti ſtranguriam cum non adeſt, idem facit & ſi adſit ſedat. Tuſſis verò eodem modo ut ſtillicidium ab jiſdem fit & ſedatur. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 418. 419.

Quæ plurimùm differunt maximè conveniunt, quæ

a Quomodo hoc conciliari poſſit cum vulgari Hippocratis oraculo contrariis curanda eſſe, vide apud *Senertum de Chymicorum cum Galenicis conſenſu & diſſenſu, cap.* 18.

minimùm differunt, minimùm conveniunt. Quòd si quis omnia similia faciat, nulla aderit delectatio. Plurimæ & variæ mutationes delectant. *Lib. 1. de Vict. rat. pag. 309.*

Similitudo erroris causa.

Optimis Medicis similitudines [a] imponunt, & difficultates pariunt. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text. 49.* Dolores qui sunt in lateribus, pectoribus, atque aliis partibus an [b] multùm differant perdiscendum. *Aph. 5. sect. 6.*

a Unum siquidem ex humanæ sapientiæ principiis retum similium dissimilitudines & dissimilium similitudines dignoscere. *Joan. Riolanus ex Platone & Aristotele.*

b Dolor enim membranæ pungens, arteriæ pulsans, in carne gravis, ex membranæ repletione distendens. *Heurnius.*

Sinapi.

Calidum est, & alvum [a] dejicit, sed & urinæ difficultatem parit. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.*

a Virtutis dejectoriæ in sinapi nec meminetunt *Dioscor.* nec *Galenus.*

Sincera, [a] *Impermixta*, Ἄκρητα.

Sinceræ vomitiones pravæ. *Ex Lib. Prænot.* Sputum flavum & sincerum pravum. *Ibid.* Sinceræ dejectiones pravæ. *Aph. 6. Sect. 7.*

a Sinceri dicuntur humores tum ab alio humore separati, tum qui privati eo ichote quem cuilibet humori inesse docet passim *Galenus.*

[a] *Singultus.*

Convulsio à repletione fit vel vacuatione; ita verò & singultus. *Aph. 39. Sect. 6.* Ubi sanguis plurimus fluxerit singultus aut convulsio superveniens, malum. *Ibid. Aph. 4. & Coac. 565.*

Si [b] senioribus supra modum purgatis singultus supervenerit, non bonum. *Ibid. Aphor. 41.*

In hepatis inflammatione singultus, [c] malum. *Aph. 17. Sect. 7.*

In febribus ardentibus si morbus regius & singultus quinto die [d] contingat, lethalis est. *Lib. de Indicat. pag. 69.*

a Singultus motus convulsivus ventriculi tentantis expellere vitium quod suis tunicis inhæret. *Gorreus.*

b Senioribus enim omnia mala ut singultus & superpurgatio, ratione senectæ graviora. *Gal.*

c Non enim supervenit, leniusaffecto hepati, sed ipsa inflammatione fortiter detento. *Gal.*

d Cum enim is ictetus non fit criticus portendit inflammationem hepatis singultui junctus.

Desipientia

Desipientia cum difficultate spirandi & [c] singultu, lethalis. *Ex fine Coac.* 89.

A Singultu habitum sternutatio [f] superveniens liberat. *Aph.* 13. *Sect.* 6.

NOTÆ.

c Quod exaruerint alvi tunicæ, vel jecur sit inflammatum. *Duretus.*

f Hac enim veluti vecte quodam excutitur è ventriculo noxius humor. *Ex Gal.* Adde aquæ potum & spiritus cohibitionem apud *Plutarch.* & *Platonem.*

Singultuosa febris, supra *in Febribus.*

Sirius ardens. supra *Canis*, *Canicula.*

Sitis.

In gravi morbo sitim præter rationem ac temerè cessare, [a] malum. *Coac.* 58. & *Lib.* 1. *Prædictor. Sen.t.* 57.

Quibus plurimùm siccæ tusses lenter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multùm siti [b] infestantur. *Aph.* 54. *Sect.* 4.

Quos sitis occupat, iis cibi & labores subtrahendi, & vinum tum [c] aquosum, tum maximè [d] frigidum propinandum. *Lib. de Salut. vict. rat. pag.* 300.

Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus si supra dormierint, [e] bonum. *Aph.* 27. *Sect.* 5.

Vinum Thasium vetus 25. partibus aquæ [f] mixtum indubitanter sitim sedat. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 501.

Sitim prohibet os claudere, tacere, auram cum potu frigidam inducere. *Lib.* 6. *Epid. Sect.* 4. *text.* 24.

Levem [g] inter vigilandum sitim somnus sedat, eam verò quæ ex somno est orta vigilia interdum. *Lib.* 6. *Epid. Sect.* 4. *text.* 21.

In febribus acutis [h] siti oppressi à Medicis, aut sua sponte potu interdicto vexati, multùm posse bibere videntur. Iis frigida exhibita, ut vomitio provocetur, conducit. Sic namque biliosa aderunt. *Lib.* 4. *Epid. in fine.*

a Inde enim significatur delirium, aut extinctio facultatis naturalis. *Duretus.*

b Siccæ tusses à materia tenui & miti linguam & fauces irritante, sitim compescunt. *Gal*

c d Sua enim aquositate frigiditati juncta sitim sedat hujusmodi vinum.

e Coquetur enim & per somnum discedet sitis causa quæcumque ea fuerit.

f Vinum enim hoc generosum tantæ aquæ mixtum citò penetrat aquæ ductus, promptiusque extinguit sitim. *Gal. Lib.* 1. *de Aliment. facult.*

g Superficialem sitim intelligit. *Gal.* quæ neque à toto corpore, neque ex magno ventriculi affectu excitata fuerit.

h Idque perperam cum febriũ acutarum æstus refrigerationem per copiosiorem potum postulet, & si coctio appareat etiam actu frigidum. *Gal.* passim.

Smegmata. Detersoria medicamenta.

Vide supra in Balneo.

Solanum.

a Hortense hic intelligendum quod innoxiè refrigerat, estque esculentum. Ex Dioscor.

Solanum refrigerat,[a] & in somnis veneris ludibria cohibet. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 329.* Si uteri ex partu laborarint, solani succum infundito, &c. *Lib. de Nat. mul. pag. 604.*

Soli mutatio.

a In acutis enim præstat quiescere.
b Maximè si eligatur contrariæ temperaturæ, verbi gratia in humido morbo eligatur locus siccior. *Gal.*

In longis[a] morbis solum vertere[b] conducit. *Lib. 6. Epid. Sect. 5. text. 19.*

Solo cuique subesse Naturam.

a Adeò verum est illud Poëtæ, *Non omnis fert omnia tellus.*

Id quod è terra producitur, pullulare nequit, nisi humorem secundùm[a] naturam habeat, &c. Nec fieri potest ut in Jonia aut Peloponeso Laser producatur, cum in Lybia sponte producatur, &c. Suntque agrestia non pauca quæ ad ulnæ spatium translata, non amplius produci comperias. Carptim ex *Lib. 1. de Morb. pag. 503.*

Omnia quæ à terra producuntur, terræ ipsius naturam sequuntur. *Ex fine Lib. de Aere, Loc. & Aquis.*

Solstitia, Æquinoctia.

a Vide locum integrum, infra Articulo de Temporibus.

Maximi periculi plena ambo[a] Solstitia, præcipuè que æstivum. Periculosa etiam ambo Æquinoctia t maximè Autumnale; in medicamentorum purgantium usu & partium circa ventrem ustione aut sectione, &c. *Lib. de Aere, Loc. & Aquis.*

Somnus, [a] *Vigilia.*

Noctu [b] dormiendum, interdiu vigilandum. Contra verò malum: minimè autem offendit, si quis tempore matutino ad tertiam diei partem dormiat; qui verò ab hoc tempore somnus est, malus. Pessimum tamen si neque interdiu somnus accidat. Id enim ob dolorem laboremque accidit, vel delirium fore significatur. *Coac.* 407. *& Lib. Prænot. pag.* 47. 48. Lethale [c] quoque hianti ore dormire. *Ibidem. pag.* 45.

In quo morbo somnus laborem facit, [d] mortale; si verò juvat, non mortale. Ubi somnus delirium, [e] sedat bonum. *Aph.* 1. *& 2. Sect.* 2.

Somnus atque vigilia utraque si modum [f] excesserint, malum. *Ibidem. Aph.* 3.

Labor articulis & carnibus [g] confert; visceribus verò [h] somnus. *Lib. 6. Epid. Sect. 5. text. 9.* Per somnum sanguis ad interiora magis se recipit. *Ibidem. text.* 28.

Somnus in loco frigido [i] stragulis corpori injectis capiendus est. *Lib. 6. Epid. Sect. 4. text.* 14. Dormire oportet hyeme sine frigore, æstate sine calore. *Lib. de Acut. pag.* 371.

Vigilantem externis partibus calidiorem esse, internis autem frigidiorem apparet: [k] dormienti autem vice versa. *Lib. 6. Epid. Sect. 4. text.* 12.

Somni in jejuno quidem extenuant non nimis longi, eam quæ adest humiditatem vacuando, longiores verò calefaciendo carnes colliquefaciunt, corpusque diffundendo resolvunt & imbecillum reddunt, post cibum autem calefacientes humectant alimentum in corpus diffundendo. Somnus post matutinas deambulationes maximè siccat, vigilia post cibos, noxia cum cibum colliquefacere non sinat. Jejunos autem extenuat quidem, at minus lædit. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 333.

Vehemens vigilia cibos potusque tum crudos tum incoctiores reddit, ac rursum quæ in contrarium fit mutatio corpus dissolvit & [l] excoctionem aut capitis

NOTÆ.

a Pro caloris intrò forasve motione fit somnus aut vigilia. *Ex Gal. ad Aph.* 2. *sect.* 2. is verò in definitionibus Medicis vigiliam definit extersionem animæ à principio seu centro in omnes corporis partes.

b Noctu naturalis calor intrò recurrens somnum ex tenebrarum appulsu inducit, at interdiu foras excurrens lucis appulsu vigilias parit. *Duretus.*

c Hujusmodi enim hiatus significat atoniam nervorum & musculorum, aut eorum convulsionem Tetanon dictam ex Crotaphitæ vitio. *Duret.*

d Etenim si quicquam quo tempore utilissimum esse solet, lædat, id meritò perniciem ostendit. *Gal.*

e Ergo delirantibus procurandus somnus omni arte. *Mercurial.*

f Consistit enim natura in mediocritate.

g Dum iis robur adest.

h Somnus verò dum calorem ad viscera revocat. *Gal.*

i Dormiendum in loco frigido. Galli dicunt *à la fraische*; sed sine frigoris sensu, qui tollendus est moderatis stragulis. Sic enim vitata omni caloris & frigoris ametria allicitur facilius somnè.

k Elicienda ratio ex alia Sententia supra adducta. *Ex Lib. 6. Epid sect. 5. text.* 28. per somnum scilicet sanguinem ad interiora revocari.

l Excoctionem interpretatur *Galenus*, de redundan-

gravitatem inducit. *Ex Lib. de Acutis. pag.* 376.

Qui postridie cibos eructant, & quibus præcordia non concoctis cibis attolluntur, iis somnus longior confert, &c. afferenda in *Ventriculi torpore. Ex Lib. de Salutari victus ratione.*

Tum aqua [m] tum vigilia voraces homines efficiunt. *Lib. 6. Epid. sect. 4. text.* 18.

In vigilia convulsio vel desipientia [n] malum. *Aph.* 18. *sect.* 7.

Oportet considerare in dormientibus oculorum subapparitiones, & cætera adducta in *Oculorum affectibus. Ex Aph.* 52. *sect.* 6.

Turbulentæ [o] è somno exurrectiones convulsionem minantur. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 112. *& Coac.* 83.

In febribus ex somnis pavores vel convulsiones, malum. *Aph.* 67. *sect.* 4.

tia habituosorum excrementorum à diuturno somno in faciem præsertim delatorum; unde capitis gravitas & totius corporis quædam dissolutio contingit, desumpta Metaphora ab excoctis carnibus quas Galli vocant. *Consommées de cuire.*

m Adducta ratio supra in aqua.

n Etenim post vigilias tum convulsio, tum desipientia accidit ex nimia corporis siccitate & bilis copiosiore generatione. *Gal.*

o. Ex delirio tunc maximè expectanda est convulsio quando peccantes humores ad atram bilem vergunt, quæ nervosis partibus bellum indixit, inquit *Martianus*. Attestatur autem *Gal.* hic se sæpe vidisse in morbis perniciosis & pavores & labores & convulsiones à somno conciliatas.

Somnum [a] *conciliantia.*

Quæ medicamenta somnum conciliant, ea sanguini quitem præbent. *Lib. de Affect. pag.* 540. Somnum conciliat aqua calida capiti affusa, & aliis partibus. *Lib. de Liquid. usu. pag.* 424.

a Hæc sunt duplicis differentiæ, quædam enim somnum inducunt stupefaciendo potius quam refrigerando, Narcotica vulgò dicta, quæ sæpius agunt vi occulta, quædam simpliciter refrigerando inter quæ præcellit lactuca. *Gal.*

Somnia, supra *Insomnia.*

Sopor, supra *Caros.*

Sorba.

Sorba, [a] mespila, corna acerba sunt, & alvum sistunt. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 330.

a Sorba adstringentem habent qualitatem, sed inferiorem mespilo. *Gal.*

Sorbitiones [a] *ægrorum.*

Sorbitiones in omnibus morbis exhibendæ, aut ptisana, aut milium; aut farina, aut alica. *Lib. de Affect. pag.* 545.

a Sorbitiones seu Rophimata differunt à Cyceone, quòd hic sit liquidior & bibatur, non verò sorbeatur. *Ex Martino, ad Text. 5. Lib. de Intern. Affect.* No-

pag. 545. [Plures alii Textus adducendi infra in *Victu ægrorum.*].

tat autem *Salius Comment. in Lib. 2. de Morb.* Antiquos victus rationem reduxisse ad tria. Potionem scilicet (uti vinum, mulsa, aqua) sorbitionem, & cibos, quorum nomine fructus, ova, pisces, carnes, horumque opsonia intelligantur.

Spasma, Distentio.

[Vide quæ supra annotata sunt in *Pulmonis Vasorum distentione.*

Spasmus, supra *Concussio.*

Spectrum, infra *in Terrore.*

Sphacelos, infra *Syderatio.*

Spina dorsi, infra *in Vertebra.*

Spiratio, [a] *respiratio*, infra *Spiritus.*

Hominum & reliquorum animalium corpora triplici alimento constant, cibo, potu, spiritu. At spiritus quidem qui corpori insunt flatus nominantur, qui extra corpus aër; mortalibus autem hic tum vitæ tum mortis causa est, tantaque corporibus omnibus spiritus inest necessitas, ut siquidem aliis omnibus & cibis & potibus quis abstineat, duobus, vel tribus, vel pluribus diebus possit vitam sustinere. At si quis spiritus in corpus vias [b] intercipiat, vel exigua diei parte homini pereundum sit. Ad hæc cum ab aliis omnibus quiescant, quòd immutationibus innumeris vita sit exposita, ab hac tamen sola actione nunquam desistunt animantia quin spiritum adducant, aut reddant. *Lib. de Flatib. pag.* 274. 275.

[a] *Gal. Comment. 6. Lib. 6. Epid.* per respirationem intelligit spiritus per totum corpus ex arteriis factam emanationem, & ore factam expirationem.

[b] Quòd à quibusdam voluntariè factum docet *Galenus* productis Historiis eorum qui cohibita omnino respiratione sibi mortem attulerunt.

Spiratio [a] per poros; perspiratio.

Quibus corpus probè perspirat, ii [b] imbecilliores, & [c] salubriores existunt, promptéque restituuntur. Quibus malè perspirat, ii priusquam ægrotent robustiores fiunt. Cum verò in morbum inciderint ægrius [d] restituuntur. *Lib. de Alimento. pag. 362.*

Carnes ex [e] ventre & [f] extrinsecus attrahunt. Dicat autem sensus ipse, corpus totum tam foras quam intrò spirabile esse. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text. 1.*

Venulæ [g] sanguinis multitudine calidior effecta æstuosum quiddam producit, confestimque excernit. *Ibid. tex. 2.*

a Hujus vim clarè ostendit *Gal.* adversus Erasistratum. *Lib. 9. de Loc. Affect. Capit. 2.*
b c Imbecilliores quidem ob jugem effluxum spirituum; salubriores autem quod agiliores & leviores sint discussis per poros tertiæ coctionis reliquiis.
d Cohibitis excrementis, unde putredo introducitur in humores.
e f Ex ventriculo scilicet cibum attrahunt, extrinsecus verò aerem.
g Arteriam intelligit *Galenus*, hæc autem sanguinis multitudine incalescens exustum procreat & secernit, dum sanguinis calefacti quandam fuliginem expellit.

Spirandi, respirationisque difficultas.

Serpentia circa fauces ulcera, quæ magnam molestiam exhibent, & acuta magis sunt, ut plurimùm spirandi difficultatem [a] adferunt, *Ex fine. Lib. de Dentitione.*

Necesse est eos qui [b] largiore potu utuntur difficilius spirare, & majorem urinæ copiam reddere. *Lib. 2. Prædictor. pag. 92.*

Ubi in febre non intermittente difficultas [c] spirandi & [d] delirium acciderit, [e] lethale. *Aph. 50. sect. 4.*

Senibus [f] spirandi difficultates familiares. *Aph. ult. sect. 3.*

Spiratio frequens aut parva, aut inflammationem, aut dolorem partium sprirabilium denunciat. Magna verò ex longis intervallis delirium. Et frigidus quidem spiritus [g] lethalis. Mortem quoque adfert febriculosus [h] & fuliginosus, frigido tamen minus, & magnus quoque foras expiratus; parvus verò intrò & parvus foras. Magnus verò intrò, pessimus quidem ad mortemque proximè accedit, & qui protensus est,

a Tum ob febrem quæ respirationis usum auget, tum maximè quod larynx spirationi inserviens difficilius explicetur.
b Quo facilius est impleri quàm cibis: impletus autem ventriculus distensionem septi transversi respirationi necessariam impedit.
c d Utraque affectio fit ob eandem causam, affecto scilicet cerebro: peculiariter verò fit dyspnœa affectis etiam partibus respirationi servientibus.
e Saltem periculosissimum. *Gal.*
f Ob duritiem siccitatemque organorum.
g Frigidus spiritus ita lethalis ut nulla spes amplius affulgeat, quamvis denuò recalescant ægri. *Duretus.*
h Æstuosus & fumidus ex versione *Dureti.*

æ urgens & obſcurus, duplicataque intrò revocatio, qualis in ſpirationem duplicantibus. Facilis autem reſpiratio in omnibus morbis qui cum febre acuta infeſtant, & in 40. dies judicantur, magnum habere ad ſalutem momentum [i] exiſtimanda eſt: partim *ex Pronoſt. pag.* 45. partim *ex Coac.* 260.

[Junge etiam plures ſpirationis differentias commemoratas. *Lib. 6. Epid. ſect.* 2. *text.* 8. Et alias adductas ſupra in *Aſthmate* & *Orthopnœa.*

i Bene eunt res ægri, qui in morbo ſpiritum ducit ex facili, ſiquidem nemi- nem viderit Hippocrates qui in ſpirationis libertate cum doloris acerbiſſimi circa viſcera vacuatione perierit.

Sputatio, Salivatio.

Vehementi inſania detenti tremuli cum crebra ſputatione, metus eſt, ne [a] phrenitici evadant. *Coac.* 94. Excreatio frequens ſiquidem aliud quiddam ſignum adfuerit phrenitidem portendit. *Coac.* 244.

Qui vomituri ſunt, iis antea [b] os crebra ſalivatione impletur. *Coac.* 566.

a Ratio adducta in *Phrenitide*: at crebrò phreniticis os ſalivat tum propter imbecillitatem oris ventriculi, tum propter tenuem humorem defluentem è cerebro in eandem partem. *Duretus.*

b Quòd tenuior portio humoris ſtabulantis in ventriculo irrepat ad fauces per interiorem membranam utrique parti communem. *Duretus.*

Sputum. Appendix ad Articulos de Pleuritide, Pulmonum inflammatione, & Empyemate.

In omnibus pulmonum & laterum morbis ſputum [a] celeriter promptéque expui convenit, ſputoque flavum valde permixtum [b] apparere. Quòd ſi multò poſt dolorem flavum aut non commixtum rejicitur, nec ſine multa tuſſi, vitioſum cenſetur. Omnino autem pravum ſi ſincerum eſt & glutinoſum & candidum & rotundum, itemque vehementer ex [c] virore pallescens, quodque ſpumoſum eſt, & lividum & æruginoſum. Aliquantò verò deterius, quod ſic eſt ſincerum, ut nigrum quoque videatur. At [d] flavum cui parum ſanguinis admixtum eſt, initio quidem ſalutem

a Etenim anacatarſeos opportunitas laudem habet in celeritate.

b Exquiſita hæc permixtio indicat robur naturæ.

c Vox χλωρὸν qua utitur Hippocrates ſignificat tum viride, tum pallidum, unde quidam vertunt viride & pallidum ſimul, alii viride tantùm, ſed quomodocunque vertatur, eſt

pollicetur. Quod verò septimo die, aut [e] longiore spatio tale apparet, non adeò totum, admodum autem sanguinolentum, [f] aut quod statim initio livescit perniciem [g] præ se fert. *Ex Lib. Prænot. Coac.* 390. Ubi plura.

Lividum sputum à sanguine evadit, si pauci sanguinis ad multam salivam commixtio fiat, neque confestim spuatur, sed aliquandiu intus remaneat semiputrefactum, & in corpore effœminatum. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 449.

Sputum quodcunque dolorem non tollit, malum significat. Quod verò solvit, [h] bonum. *Ex dictis Locis Lib. Prænot. & Coac.* 391.

Concocta sputa sunt, ubi puri [i] similia extiterint. *Lib. de Acut. pag.* 391.

Rotunda sputa qualia in pleno visa sunt [k] delirium portendunt. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 27. Qualia visa sunt ei qui in Plinthio decumbebat, qui postquam sanguis è nare sinistra profluxit, die quinto absolutus est. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 6. *text.* 21.

Excreationes in febribus non intermittentibus, lividæ, cruentæ, fœtidæ, & biliosæ omnes [l] malæ, & si benè exeant sive per alvi excretionem, sive per urinas [m] bonæ, *Aph.* 47. *sect.* 4. *& Coac.* 242.

Stercus usuale [a] *in Medicina.*

Stercoris caprilli globuli quinque, aut sex vino odoratissimo permixti exhibeantur ad menses ciendos. *Lib. de Nat. mul. pag.* 595. Si fluor muliebris contingat asininum stercus in vellere ligatum subdito. *Ibidem. pag.* 622. Muli stercus ustum tenuiter tusum & cribratum vino maceratum propinato. *Ibid.* 623.

[Frequens præterea occurrit usus stercoris bubuli anserini, columbini, murium, accipitris, muli, asini.]

semper malum, ob significationem immodici caloris bilem ejusve serum comburentis. *Mercurialis in Prognost.*

d *i* Flavum cui paucus sanguis immixtus ideò bonus, quod sit ex *Galeno* proximus sputo pusi, sanguis quale in mitissima pleuritide excerni censet pessimum. Quòd verò bile permixtum sit, præstantius ideò existimatur, quòd conjiciendum sit tale non effluxisse per hiatum venæ apertæ aut diruptæ, sed resudasse potius cum ichore bilioso per simplicem transpirationem.

e Sputum etiam alioqui laudabile, minus semper tutum post septimũ diem, quò enim citius prodit eo melius. *Ex Aph* 12, *sect.* 1. *ex Mercurali*, hic.

f Quod vasis ruptionem portendat.

g Ob necrosim partis & humoris ab ea manantis.

h Bonum est quidem ex se doloris levatione, non tamen ad salutem sufficit, nisi alia bona signa concurrant, inquit *Mercurialis*. At *Duretus* difficilem hanc sententiam existimat.

i Alba scilicet lævia & æqualia.

k Modò accedant alia signa, hoc enim solum non sufficit ad præsagiendum delirium. *Gal.*

l m Convenientius erat doctrinæ Aphoristicæ dicere omnes ejusmodi excreationes malas, si tamen commodè prodeant, ad bonum pervenire exitum. *Gal.*

a *Galenus Lib.* 10. *Simplicium* vires commendat stercoris præsertim humani & canini in digerendis inflammationibus. Humani quidem admoti anginiosis, canini verò etiam cum lacte sumpti in dysentericis, & adfert mira hujus remedii experimenta.

Sterilitas[a] *muliebris.*

Quænam mulieres magis aut minus sint uterum gestare idoneæ sic judicandum; in primis in [b] formas intuendo; parvæ namque [c] grandioribus ad conceptum præstant, tenues crassis, candidæ rubris, nigræ liventibus. Præstant itim quibus venæ extant, iis quibus non apparent; quin etiam grandiori natæ exturbans carnis moles mala est. Mammæ autem turgidæ & [d] magnæ probantur, atque ista sunt quidem visui exposita. At sciscitari oportet num menstrua singulis mensibus appareant, & num idonea copia, an sint boni coloris, & ratis mensium diebus effluant, quod quidem optimum. Locus verò conceptui idoneus, quem uterum nominamus, sanus & [e] siccus, & [f] mollis esse debet, ac neque [g] contractus, neque proclivis, neque ore [h] distento, aut [i] compresso, aut diducto. Nam quicquid horum contigerit, conceptum impedit. *Lib. Prædictorum. pag.* 105. 106. 107. Ubi plura.

Quæcunque præter naturam crassæ non concipiunt, his omentum [k] os uteri comprimit, & [l] priusquam extenuentur non concipiunt. *Aph.* 46. *sect.* 5.

Quæcunque frigidos [m] & spissos uteros habent, non concipiunt, & quæcunque [n] præhumidos habent, non concipiunt. Extinguitur enim in iis genitura. Et quæcunque siccos [o] magis & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcunque verò ex utrisque mediocrem habent temperaturam, hæ sunt fœcundæ. *Ibidem. Aph.* 62.

Si mulier non concipit, scire [p] autem velis si conceptura sit, pannis circuntectam desubter suffias, & si videatur per corpus ire ad nares & os, scito quod ipsa non ex se ipsa sterilis est. *Ibid. Aph.* 59.

Non concipitur ex magnis uteri ulceribus. *Dicto Lib. Prædict. & Lib.* 1. *de Morb. mul.* Nec ex uteris ad medios lumbos progressis, aut ad coxam decumbentibus, aut si lubrici fuerint, vel plus æquo dehiscant, aut si prolabantur. Carptim *ex Lib. de Sterilibus.*

a Præmittimus sterilitatem muliebrē virili, quod sit longè frequentior: notat autem *Galenus ad Aph.* 62. *sect.* 5. *ex Platone* præcipuum olim obstetricum munus fuisse apta ad procreationem corpora conciliare inter se, & internoscere qui sint infœcundi viri, quæque steriles mulieres.

b Molem corporis & habitum.

c Duo extrema opponit & præfert parvas nimium proceris; licet præstent quæ mediocriter se habent.

d Ob lactis ingenerandi copiam.

e f Siccus esse debet sine duritie, mollis sine lubricitate.

g Neque contractus supernè, vel ad latera, neque prolapsus ad inferiora.

h Ut in uteri hiatu.

i Ut in clausura & physosi cervicis.

k Intellige os internum, non autem os cervicis; in illud si quidem uterus definit, quod dum comprimitur ab aqualiculo pinguiori semen virile non admittit. *Gal.*

l Donec scilicet extenuentur. *Gal.*

m n o Frigidum adversari generationi constat; adversatur etiam humiditas superflua qua extinguitur genitura; uti Cerealia uliginoso solo commissa: obstat & siccior intemperies, quemadmodum si ardente Canicula grana committantur sicciori terræ. *Gal.*

p Si obstetrix pronuba id explorare velit, adhibeat suffitum aromatum inter-

Quæ citò concipiebat, si concipere desinat bis in anno [q] manuum & [r] crurum venas sibi secari jubeat. *Lib. de Superfœtatione. pag. 226.*

Mulierem juvenculam fluor muliebris ruber infestabat, & medicamento sumpto, capite purgato, vena secta nil proficiebat. Hæc [f] autem causa videbatur ne conciperet. Ei autem radicum aspalathi decoctum ex vino albo manè & ante cœnam exhibitum, fluorque cessavit, & non longè postea concepit & marem peperit. *Lib. de Sterilib. pag. 768.*

quæ priocipatum tenebat myrrha, cum rarius adhuc foret cynnamomum, nec adhuc innotuissent Garroph. Moschus, zybethum, Ambarum. *Mercurialis.*

q r. Manuum ad deplendam plethoram: Pedum ad sanguinem versus uterum deducendum.

f Ita sanè nulla frequentior causa muliebris sterilitatis quam dum uterus à fluxu copiosiori infestatur.

Sterilitas [a] *virilis.*

Quicunque juxta aures sectionem experti sunt, ii venerem quidem exercent, verùm semen paucum infœcundum & imbecillum emittunt. Maxima si quidem pars seminis è capite secundùm [b] aures fertur in spinalem medullam. Ipse verò transitus sectione ad cicatricem perducta solidior evadit. *Lib. de Genitura, pag. 182. 183.*

Scythæ perpetua equitatione fracti ad coitum imbecilliores redduntur, &c. Cum ægrotare cœperint, utramque venam post aures incidunt; & mihi quidem videntur hac curatione seipsos prodere, juxta aures enim venæ [c] sunt quas siquis incidat, sectione sterilitatem inducit. *Lib. de Aere, Loc. & Aquis.*

Quin & reliqui homines ubi plurimùm & creberrimè equitarint diuturnis ex fluxione affectibus, coxendicumque morbis, pedumque laboribus corripiuntur, & ad venerem exercendam pessimè se habent. *Ibid. pag. 270.*

a Hujus 4. causas ponit *Duretus ad Praxim. Holerii*; inopiam scilicet materiæ spermaticæ; ejus impotentiam, imperfectionem-ve, obstructionem & imbecillitatem pudendi non subeuntis sinum pudoris muliebris.

b c At nullus manifestus hujus modi ductus Anatomicis huc usque apparuit. Itaque hæc Hippocratis Sententia excusanda, quod nondùm suo tempore exculta fuisset Anatomia. Itaque si verum fuerit Schytas steriles fuisse; tres possunt hujus sterilitatis assignari causæ; frequentior scilicet eorum equitatio, dolor ischiadicus illis familiaris; nimia denique sanguinis ex venarum pone aures sectione dissipatio. *Laurentius in quæst. Anatom.*

Sternum, supra *in Pectore.*

[a] *Sternutamentum.*

Sternutamentum fit ex capite calefacto cerebro, aut humectato, eo quòd est in capite vacuum. Aer

a Sternutamentum ex Aristotele est flatus eruptio violenta ex cerebro. Huic proximus locus datur à *Galeno* inter symptomata à natura irritata, stimulante scilicet spiritu co-

enim intus contentus foras erumpit. Sonat autem quoniam ipsi per angustum exitus est. *Aph.* 51. *sect.* 7.

In omnibus pulmonum morbis coryzas seu gravedines & sternutamenta [b] præcessisse, aut [c] subsequi, malum. In reliquis autem, minimè lethalibus sternutamenta [d] prosunt. *Ex Lib. Prænot. pag.* 50. *&* *Coac.* 349.

Anethum [e] odoratum sternutamentum sedat. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 329.

Mulieri quæ uterinis molestatur, aut difficulter parit, sternutatio superveniens, bonum.

Secundæ procidant sternutatorio indito, nares & os apprehendito. *Aph.* 35. *&* 49. *sect.* 5.

piosu vel acri circa cavitates cerebri commoto. Seu ab interna humoris redundantia, seu à causa externa ut acribus pulveribus, indita penna Solis radiis.

b Denotat enim plenitudinem cerebri, quæ diu fovet pulmonum morbos.

c Concutit enim & lacerat pulmones, nec inde quicquam elicit. *Gal.*

d Significant enim naturam esse causæ morbificæ potentem.

e Efficacissimum veratrum *Lib.* 1. *de Morb. Mul.*

f Tanquam signum potentis naturæ, & tanquam excussionis facilioris fœtus, & secundarum causa.

Stertor, [a] *sibilus*, *strepitus tum in larynge*, *tum in pectore.*

Malum ubi nil expurgatur, neque sputum projicit pulmo, sed propter multitudinem [b] fervet in pectore. *Lib. Prænot. pag.* 50.

Quibus in morbis lateris plurimus in pectore strepitus sonat, lethale, *Coac.* 386. Pleuriticis prodest nullos strepitus audiri. *Coac.* 388.

Fauces sono implentur, & veluti per [c] arundinem sibilum reddunt tabidi deplorati. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 567.

[Stertorem esse ferè lethalem ostendunt Historiæ quædam sese consequentes. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1089. Hermoptolemi, Anonymi cujusdam, Posidonii, & auriginosæ apud Metrodorum decumbentis. At puellæ quæ ex alto deciderat, gravibus oppressa symptomatis cum stertore, evasit tamen. *Ibid. pag.* 1105.]

a Græcis ῥέγχος unde latina vox runchus & runchiso apud *Plautum* Galli vocant *ronfler*; *Aurelianus* vocat stridorem pectoris sanis etiam frequentem. *Mercurial.* At de eo hic tractemus quatenus est symptomaticus ex summa pulmonum infirmitate.

b Fervet dum agitatur à fumido vapore qui non expirat liberè, unde fit ut materia sputi in via hærens ferveat & strepat, moriunturque ægri cum Orthopnœa. *Duretus in Coacas.*

c Ob siccitatem summam asperæ arteriæ.

Stolidi, *stoliditas*, *fatuitas*, [a] Μώρωσις.

Siquis paulò inferiorem ignis quàm aquæ potentiam sortitus sit, tardiorem eum esse necesse est; appellanturque hujusmodi stolidi, &c. Quod si magis ab aqua

a Morosis est fatuitas, stoliditas, stupiditas-ve, mentis scilicet læsio qua unà cum memoria etiam ratio perit; quam etiam mentis torporem vocat *Galenus*. *Hippocrates* νωθρότην. Est itaque Sympto-

ignis ſuperetur, jam alii dementes, alii attonitos appellant; eorum autem inſania tardior exiſtit, &c. At ſi aqua inferiorem quàm ignis facultatem adepta ſit, cum ſynceram contemperationem habeant, ſanitate corporis & prudentia valent. Ejuſmodi animus citò quæ ingruunt percipit, neque ad alia frequenter ſe transfert. Carptim *ex Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 317. 318.

Eo tempore homo ſapit quó cerebrum quieſcit; at cerebri corruptela ex pituita & bile oritur, tuncque ſic cognoſces. Qui ex pituita inſaniunt, quieti ſunt neque clamoſi, neque tumultuantes. Qui ex bile, hi verberant, malefici, neque quieſcunt, ex cætera repetenda *ex Tractatu de Inſania. pag.* 1169.

Mala [b] ex morbo regio fatuitas. *Ex fine Coac.* 198. *& Lib. 1. Præditor. Sent.* 32.

In virginibus ex refluxu menſtruorum cor [c] obſtupeſcit, indeque torpor, & ex torpore dementia. *Lib. de Virginibus. pag.* 593. ſeu ex verſione *Marinelli.*

Cor fatuum fit, & ex fatuitate torpor, ex torpore delirium.

ma in genere animationis læſæ citra delirium, ægros natura fatuis ſimiles, reddens, quod aliquando ſeneſcentibus conting t, ut notat poſt Galenum *Fœſius.*

b Imò ſignum eſt deſperatæ ſalutis ut notatum in *Ictero.*

c Cor ſumitur pro cerebro, ut notatum ſupra in *Menſium ſuppreſſione.*

Stomachus. infra *Ventriculus.*

Stomachus uteri paſſim *pro Vteri ore.*

Strangulatio, infra *Suffocatio.*

Strepitus ab aſſumpto potu.

Chartadæ febris ardens fuit, &c. Cum biberet circa pectus & ventriculum demiſſi potus ſtrepitus percipiebatur, quod ſanè maximè periculoſum erat. Decerptum ex Hiſtoria integra adducta in *Sanguinis dejectione.*

Stridor. Stridula vocis asperitas.

partim supra *in Raucedine*, *partim* infra *in Voce.*

Struma, [a] *Chœrades.*

Favus, strumæ, phygethla, furunculi & carbunculi ex pituita oriuntur. *Lib. de Affect. pag.* 540.

Cum glandulæ proprio morbo laborant, morbi suboriuntur, tubercula & strumæ subsiliunt, febrisque corpus detinet; quibus afficiuntur, ubi humore ad eas ex reliquo corpore confluente, repletæ fuerint. *Ex initio ferè. Lib. de Glandulis.*

Si pituitosa, copiosa, ac lenta fluxio fuerit, sic etiam inflammationem concipit, ex qua cùm humor sit stabilis, strumæ generantur. *Ibid. pag.* 239.

Quod ad ætatem attinet, tubercula quidem suppurantur atque eadem strumosa magna ex parte pueros exercent, faciléque ex his levantur. At iisdem ubi paululùm processerint, atque adoleverint, nascuntur quidem minus, ac difficilius tolluntur. Senibus verò ex hujusmodi tuberculis nullum accidit, at cancri latentes, qui summa corporis infestant, fiunt, & usque ad mortem comitantur. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 99.

Ab anno quadragesimo secundo ad sexagesimum tertium neque strumæ fiunt. *Ex Coac.* 512.

Cum magis adoleverint, accidunt pueris verrucæ, satyriæ, strumæ. *Ex Aph.* 26. *sect.* 3.

a Tumores scilicet duri glandularum, quæ in cervice, alis & inguinibus sunt ex pituitosiore, frigidioreque materia cysti inclusa, etiam aliquando in media carne musculoque humor superfluus, concrescens in glandulæ speciem formatur, & tunicam sibi procreat. Sunt autem aliæ mites, aliæ malignæ & cancerosæ, de quibus consule *Laurentium.*

Stultitia, supra *Insania.*

Stupiditas.

Post Vergiliarum occasum Attici famulus quartana correptus [a] stupidus permansit. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1023.

a Dubitari potest an stupiditas hæc fuerit animi, an corporis, quæ propriè stupor. Utrumque videtur intelligere *Martinus ad Text.* 40, *Lib. de In-*

tern. *Affect.* At *Martianus* vult Atticum non stupidum, sed cæcum permansisse.

Stupor, vide infra *Torporem*.

[a] *Styrax*.

[Meminit Hippocrates in suffitibus uteri. *Lib.* 2. *de Morbo mul. pag.* 746.]

a Excalefacit, emollit, concoquit, itaque tussi, catarrho, coryzæ prodest, Menses etiam seu assumptus, seu admotus in suffitu ciet. *Gal. Lib.* 8. *Simplicium.*

Subdititia, supra *Pessi.*

Subligacula.

Cum obambulare cœpit, subligaculum gestet. *Lib.* 2. *de morb. pag.* 728. *in Vteri prolapsu.*

Sudamina, [a] *Hydroa.*

[Sudaminum fit mentio. *Aph.* 21. *sect.* 3. *Inter æstivos Morbos.*]

a Sudamina sunt propriè pustulæ sparsim toto corpore erumpentes à sudorificæ materiæ acrimonia, quæ cum exire nequeat, in molem quandam attollit cutem. *Ex Heurenio.* post *Gal.* has esse *Essere* Arabum & Avicennæ contendunt *Zacutus Lusitanus*, & alii.

Sudatiuncula, *Ephydrosis.*

In febribus tenuiter exudantes cum capitis dolore & alvo intercepta ad [a] convulsionem proni. *Coac.* 154. *& Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 115.

Qui crebrò tenuiter exudant, & subinde rigent, perniciosè [b] habent. *Coac.* 10. *&* 13.

Ex tenuibus sudoribus pervigilii ad calorem revocati malè [c] habent. *Coac.* 41.

In febribus tenuiter exudantes malignè [d] habent. *Coac.* 42.

Qui in gravibus malis tenuiter [e] exudant cum incontinenti corporis jactatione, ii malè habent. *Coac.* 53.

Qui per accessiones [f] tussiunt, & leniter [g] exudant,

a *Gal.* parvi facit hanc decisionem ex singularibus quibusdam casibus desumptam, quæ itaque non faciat regulam.

b Hæc enim empyema denotant.

c Pervigiliũ enim & febris excandescentia denotant cacochymiæ feritatem; sudatiuncula verò naturæ infirmitatem. *Ex Dureto ad Coac.* 38.

d Ob feritatem cacochymiæ.

e Erumpente præsertim ex capite sudore miliari qui

ii malignè [h] habent. *Coac.* 112.

Qui in febre non intermittente tenuiter & crebrò exudant cum hypochondriorum tensione, ii ut plurimùm malignè habent, atque in his dolores in humeros, caput & jugulum affixi pravi [i] sunt. *Coac.* 32.

h Ob febris & ferini catarrhi conspirationem. *Duretus.*

i Hujusmodi enim dolor denotat partem convexam hepatis inflammatione obsessam, unde mors cito, nisi succurrat liberalis hæmorrhagia.

Sudor; [a] sudoris ratio.

Sudores quidem optimi per omnes morbos acutos, qui diebus [b] judicatoriis contingunt, & penitus [c] febre liberant; [d] boni verò quicunque toto corpore oriuntur faciuntque ut æger morbum facilius ferre videatur. At [e] qui nil tale efficiunt minimè sunt utiles. At pessimi [f] frigidi, quique circa caput tantummodo faciem & cervicem oriuntur; hi namque cum acuta febre mortem, cùm mitiori verò morbi longitudinem significant. Quique per totum corpus eodem morbo atque ex capite fiunt. Qui verò milii formam referunt, & per cervicem tantùm oboriuntur, pravi; boni autem, qui guttatim & cum exhalatione fiunt. Atque hoc animadvertendum quod nonnulli sudores ex corporis dissolutione, [g] quidam ex [h] inflammationis vehementia contingunt. *Lib. Prænot. pag.* 45. 46.

Sudor ille optimus qui die critico febrem exolvit, utilis autem qui levat. Malus verò frigidus, aut qui solùm circa collum & caput exudat; nam & temporis diuturnitatem & periculum denunciat. *Coac.* 572.

Sudores [i] febricitanti si incœperint boni; & tertio, & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & decimo quarto, & decimo septimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo, & trigesimo quarto. Hi enim judicant morbos. Qui verò non ita fiunt, laborem significant & morbi longitudinem & recidivam. *Aph.* 36. *sect.* 4. Frigidi sudores cum acuta quidem febre [k] mortem, cum mitiori autem morbi lon-

---

denotat exolutionem uti anxietudo denotat cacochymiæ feritatem.

f Ex feritate catarrhi.

g Primùm quidem ab oppressione, deinde ab exolutione partium solidarum.

a Effluvium tenuis & serosi humoris, qui dum fertur per renes urinam constituit, dum per cutim sudorem universum.

b Prægressis coctionis signis.

c Proponitur enim hic idea perfectæ criseos nulla superstite morbi materia.

d Quia verò rarissimè contingunt hujusmodi sudores perfectè judicantes; boni etiam sunt & secundum locum tenent qui ægrum levant.

e Tertia hæc differentia sudorum frequenter erumpentium sine levatione, qui non omnino mali, sed tamē inutiles dicētur hic.

f Quarta hæc differentia sudoris omnino mali & signo & causa; signo quidem, quoniam excrementum in habitu corporis friget contra naturam febris acutæ, cujus insigni æstu parerat totum corpus & humores incaluisse, ex quo apparet viscera conflagrare aut lipyriam adesse febrem. Causa verò quod ab humoris crudi copia frangantur vires & obruatur naturalis calor.

g Ab exolutione scilicet.

h Ab oppressione caloris nativi.

i Quemadmodum etiam aliæ vacuationes per alvum, urinas, & nares iisdem

gitudinem [l] significant. *Aph.* 37. *Ibidem*. Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum. *Aph.* 38. *Ibid.*

Febricitanti sudor superveniens febre non deficiente malum; [m] prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem. *Aph.* 22. *Ibidem*. A sudore [n] horror non bonum. *Aph.* 4. *sect.* 7.

Sudor unà cum febre acuta morbo [o] urgente malus. *Coac.* 17. seu *ex Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 58. Sudor in febribus acutis multus & copiosus damno est.

Sudores in diebus judicatoriis vehementes [p] & celeres sunt perniciosi, præsertim qui ex fronte tanquam guttæ & fistulæ salutares; pelluntur frigidi valde ac multi. Necesse est enim talem sudorem, multa vi, labore & longa expressione exire. *Aph.* 4. *Spuriorum.*

Sudor autem hâc ob causam suboritur. Morbi quipræcipuis [q] ad judicationē diebus judicātur, & ignis dimitit. In his quicquid est in sanguine pituitæ & bilis ternuissimum eliquatur, & secernitur, partimque foras prodit, partim verò intus in corpore manet. Quod autem à calore attenuatum est in vaporem vertitur, & cum spiritu mixtum foras prodit, &c. Cur autem interdum calidus, interdum verò frigidus fit, hac ratione contingit. Calidus certè & [r] percalefacto malo & exusto, attenuatoque ac debili, neque admodum multo secernitur eumque ex corpore calidiorem excerni necesse est; frigidus autem ex malo [s] copiosiore secretus, ex eoque quod remanet adhuc invalescente, nec dum putrefacto, neque attenuato, neque exusto frigidior, crassior, & graveolentior prodit. Quod inde manifestum fit. Qui frigidum sudorem emittunt, plerumque longis [t] morbis conflictantur, invalescente malo quod in corpore remanet. Qui verò calidum sudorem emittunt, celerius morbis defunguntur. *Lib.* 1. *Morb.* *pag.* 445. 446.

Sudor multus ex [v] somnio factus absque causa manifesta corpus uti pluri cibo significat. Si verò cibum non accipienti idem accidat, sciendum quod corpus indiget [x] evacuatione.

NOTÆ.

dìebus commodè apparent *Gal.*

k Ob extinctionem caloris nativi.

l Ob materiæ copiam & contumaciam. *Heurnius*.

m n Quod decretoria, si non decernant, sint pessima. *Galenus* passim.

o Sudor qui effluit statim oborta febre nulla prævia coctione pravus est in acuta felre; denotat enim summum ardorem. At in mitiori febre non ita pestiferus. *Duretus*.

p Notat *Mercurialis* hic agi de tribus sudoris differentiis, quæ id solùm habent commune quod sint periculosæ. Prima est sudoris vehementis & celeris. Secunda sudoris à sola fronte manantis miliaris *in Coacis*, alibi ephydroseos dicti. Tertia sudoris multi & frigidi.

q Præsertim septimo, decimo quarto, vigesimo.

r Humore scilicet quem ideò malum vocat, quòd ab eo morbus à quo actionum læsiones & omnia symptomata mala dependent, producitur. *Salius*.

s Quo obruitur calor nativus.

t Ob redundantiam humoris crudi, quem ægrè concoquit, & evincit calor naturalis.

v Idest coctione peracta sub finem somni matutino tempore, natura debet dare operam coctioni & distributioni alimenti; tunc enim noxius fuerit sudor. *Heurnius*.

Sudor

Sudor multus calidus vel frigidus [y] ſuperfluens, frididus magis, calidus minus ſignificat morbum. *Aph.* 41. 42. *ſect.* 4.

In conſtitutione morborum Perinthi deſcripta. *Lib.* 1. *ſect.* 3. *pag.* 986. judicabantur maximè omnia ad decimum quartum diem partim cum rigore, nec niſi admodum paucis recędivæ contingebant, quinetiam febrium initio quidam ſudores ſtatim initio fiebant, neque tamen malignè, & quibuſdam ſub hoc tempus judicatio cum ſudore facta eſt.

Eraſino ex acutiore morbo intra quintum diem perempto ad extremum uſque febres cum ſudore aderant, præcordiorum tumor, & contentio non ſine dolore; convulſiones [z] cum ſudore ſub mortem multæ. Carptim *ex Hiſtor.* 8. *Lib.* 1. *Epid.*

NOTÆ.

[x] Venæ ſectione aut purgatione. *Mercurialis.*

[y] Seu ex toto corpore, ſeu ex aliqua parte, ſine criticorum dierum delectu. *Heurnius.*

[z] Crebrò obſervavi, inquit *Huernius*, *ad Aph.* 71. *ſect.* 5. ſudoribus illis ſymptomaticis obortis ægros moriri, in aliis verò qui non ita madent contractiones tendinum ac nervorum manus dum pulſum contrectarem.

Suffocatio, ſupra *in Apoplexia*, & infra *in Uteri ſuffocatione.*

Suilla[a] *Caro, Porcina, Aprugna.*

Suillæ carnes corpus roborant, & abundè alvum dejiciunt, propterea quod tenues, paucumque ſanguinem continentes venas hoc animal habet, multam verò carnem. At porcellorum carnes ſuillis ſunt graviores. Hoc enim animal natura carnoſum & exangue, quandiu tenellum eſt ſuperabundantem habet humiditatem, &c. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 325. 326.

Suillæ & ad bonam corporis habitudinem & robur, laborantibus & benè exercitatis conveniunt; imbecillis [b] verò & privatis [c] valentiores. *Lib. de Affect. pag.* 545.

Porcilli carnes pravæ ſunt cum crudiores aut peram. buſtæ fuerint, nempe tum choleram magis gignent, & turbationem facient. Suillæ autem carnium opti-

[a] Suilla optima tum ad ſuavitatem tum ad cōcoctionem; modò animal mediam ætatem ſit aſſecutum. At deterrima caro vetuſtioris porci uti & porcelli ſtatim à partu, ob redundantem humiditatem. *Gal. Comment. in Libr. de Acutis.*

[b] Sunt ſanè valentiores, ut non poſſint ſuperari & concoqui à privatis hominibus, iis ſcilicet qui vitam otioſam degunt. Quorum calor non ita vegetus; At eorum qui laborant & exercentur.

c Propter eam quæ carnibus accedit ex assatione acrimoniam. *Gal.*
d Est enim pellis concoctu difficilior.
e Subfrigidas edendas admittit *Galenus* in iis tantùm ægris qui sunt calidiore temperamento.
f Intellige de annosiore porco.

mæ sunt, præstantissimæ verò quæ neque vehementer pingues, neque vehementer graciles, neque veteris victimæ ætatem assecutæ, edendæque [d] sine pelle [e] & subfrigidæ. *Lib. de Acutis. pag.* 394.

Ex carnibus caprina, cervina, [f] suilla, & canina ventriculum maximè conturbant. *Lib. de Morb. Sacr. pag.* 282.

Sylvestris suis caro siccat, robur affert, & alvum dejicit. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 326. Ferinæ carnes cicuratis leviores sunt, quoniam non similes fructus edunt. *Lib. de Loc. Affect. pag.* 545.

a Sulphur attrahendi vim possidet, estque calidum & tenuis substantiæ, adeò ut venenatis ictibus resistat si siccum inspergatur aut salivæ mixtum. Psoras etiam & lichenas sanat. *Galenus.* Prodest præterea tussientibus, suspiriosis & purulentis ex ovo sumptum *Dioscorides.*

[a] *Sulphur.*

Ubi simul cum tussi strangularint uteri, sandarachæ oboli pondus, sulphuris ignem non experti tantundem & amygdalas repurgatas tres vel quatuor commisceto, ex vino odoro exhibeto. *Lib. 2. de Morb. pag.* 447. In uteri strangulatu sulphur in suffitu exhibeto. *Lib. de Nat. mul. pag.* 603. & alibi passim.

a De superfœtatione fusè tractat *Laurentius in Quæstionib. Anatomicis.* Cujus plura exempla affert *Schenkhius*, notatque *ex Brasavolo* visam fuisse superfœtationis constitutionē quandam epidemicam.

[a] *Superfœtatio.*

Superfœtant mulieres quibus uteri os post primum conceptum non ita valde clauditur. *Lib. de Superfœtatione*, ubi plura.

Gorgiæ uxori in Larissa menstruæ purgationes quatuor annis suppressæ erant, præter valdè paucas, &c. fœtum tamen concepit hæc mulier, emissaque in lucem nono mense puella viva, in coxendice ulcus habens, ac secundarum exitus consecutus est, &c. Venter excluso primo fœtu exiguo quidem momento remollitus est, planè autem non concidit, sed durior perseverabat citra dolorem. Quadragesimo à primo die quod præposterè conceptum fuit excidit: caro quædam, & venter concidit tumoresque omnes. Carptim. *Ex Lib. 9. Epid. pag.* 1040. Terpidæ mater à Dorisco mense quinto ex casu per abortionem gemellos enixa est, altero

quidem velut tunica conclusa statim liberata; altero verò aut prius aut posterius quadraginta diebus, &c. *Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1111.

Supervomitus sanguinis, supra *in Sanguine.*

Suppuratio, seu [a] *Empyema in genere.*

Dum pus fit [b] dolores ac febres [c] accidunt magis quam pure confecto. *Aph.* 47. *sect.* 2. Ubi suppuratio fit, [d] horror & febris plerumque succedunt. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1103.

Quibuscunque suppuratio in corpore existens non innotescit, his ob crassitudinem loci vel partis non [e] innotescit. *Aph.* 41. *sect.* 6.

Quæ suppurationes foras vertuntur optimæ sunt ubi parvæ sunt, & quàm maximè [f] foras vertuntur, & in acutum tendunt. Pessimæ verò quæ magnæ sunt & latæ, & quæ minimè in mucronem attolluntur; & cætera videnda. *Lib. Prænotionum.*

Quod in pus [g] vertitur id morbi recidivam non facit, ipsa namque maturatio simul & judicationis & excretionis rationem habet. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 7.

Suppurationibus umbilicus [h] terminus, quæ si in pus verti debeant, his alvi pertubantur. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 2. *text.* 31.

Pus optimum album, æquale; & quam minimè graveolens; [i] huic contrarium pessimum. *Lib. Prænotionum. pag.* 46. 47.

a Puris scilicet confectio collectioque in quacunque parte. At quæ in pectoris vel abdominis spatio fit, empyema distinctius vocatur, ut notatum in *Pulmonis empyemate.*

b Ob continui solutionem dum pars distenditur.

c Febris autem à fervido vapore inde cordi communicato.

d Vellicatis membranis à pure.

e Sic in plurimis post obitum dissectis deteguntur interni abscessus hepatis, renum, pancreatis, musculorum, abdominis, innumerarum ægrorum querelarum causæ. *Heurnius.*

f Unde elucenr naturæ robur, materiæ præparatio, & mearuum libertas.

g Ut dum materia morbifica infernè transfertur in partem longè à morbo sitam, abscessusque continendi capacem, puta ab inflammaro pulmone in musculos crurales.

h Notarum in abdomine, ventris tumores minus abscedere quam hypochondriorum, minimum verò qui infra umbilicum, qui fit terminus quo separantur partes epigastricæ facilè suppurabiles ab hipogastricis quæ rarius suppurantur.

i Tale enim pus triumphantis de morbo naturæ & caloris animalis victoriam indicat.

Suppuratio facta, an statim sectionem requirat.

Æquabile reddere tuberculum & omne concoquere

oportet, atque non ante tempus aperire, neque ut sponte [a] rumpatur sinere. *Lib. de Medic. pag.* 31.

Si auris in suppurationem veniat, celeriter quidem aperiri non debet. Multa namque ex iis quæ suppurare videntur, quandoque nullo adhibito [b] cataplasmate resorbentur. At si coactus [c] aperieris, citò quidem sanescet, si in ulteriorem partem candens ferramentum adegeris. *Lib. de Articulis. pag.* 840.

a Habita maximè partium subjectarum, quibus à pure cunctante plus minusve periculi impendeat solerti consideratione.
b Præstat autem sæpe resolvi & digeri abscessus materiam quam sensibiliter vacuari.
c Notanda particula *Coactus*, à Chirurgis sæpe sine necessitate abscessum quemvis gladiolo aut cauterio aperientibus, quibus succenset *Galenus* etiam. *Lib. 13. Meth. cap.* 5. & enim, inquit, si pus aliquod notabile in pellicula sit contentum, non expedit protinus incidere, sed exhalationem idoneis medicamentis moliri.

Sura, supra *in Pede.*

Surditas.

Quibus in febribus [a] aures obsurduerint, his nisi febris solvatur [b] furorem contingere necesse est. Solvit autem sanguis & naribus fluens, aut [c] alvus biliosa effundens, aut intestinorum difficultas, aut coxendicum aut genuum dolor succedens. *Lib. de Judicat. pag.* 71.

a Ἀνάδρομε sanguinis Biliosi.
b Seu simplex delirium seu phreniridem intelligas.
c Revocata deorsum efferа cacochymia.

In morbis acutis & turbulentis obveniens surditas, perniciem [d] minatur. *Lib.* 1. *Prædictor. Sent.* 33.

d Extincta interdum facultate. *Gal.*

In febre ardente laborantibus aures obtusæ vehementem [e] insaniam portendunt. *Coac.* 196.

e Maniam scilicet seu ecstasim melancholicam per degenerationem bilis flavæ in atram. *Duratus.*

In morbis acutis quæ post paucam sanguinis eruptionem aut nigrorum per alvum refusionem surditas obvenit malum denunciat. In his sanguinis [f] egestio perniciem adfert, surditatem tamen discutit. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 129. & *Coac.* 331.

f Hæc sanguinis egestio symptoma est visceris exoluti. *Ex Dureto* cujus consule *Commentarium.*

Quibus biliosæ dejectiones superveniente surditate cessant, [g] & quibus surditas, supervenientibus biliosis dejectionibus cessat. *Aph.* 28. *sect.* 4.

g Intellige levem & fugacem surditatem minimeque fixam. *Gal.*

In febribus enata surditas [h] alvum remoratur & sistit. *Coac.* 191.

h Quoniam rarum est sursum simul deorsumque cõcitari humores; talis verò surditas alvum sistit non ratione sui, sed ratione causæ suppressæ alvum ducentis. *Duretus.*

Validum partium inferiorum dolorem surditas [i] ab-
levat. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 2.

E surditate abscessus ad aures contingere consentaneum est, præsertim si [k] implaciditas quædam, aut inquies corporis jactio succedat. *Lib.* I. *Prædictorum. Sent.* 159. & *Coac.* 208.[i]

Ex nigris vomitionibus orta surditas [l] noxia non est. *Coac.* 559.

Parmenisci filio surditate vexato contulit aures non eluere, verùm lana expurgare, oleumque solum aut nepopum infundere, deambulare, manè surgere, aut vinum [m] album bibere, oleribus abstinere, pane & piscibus saxatilibus in cibis uti. *Lib.* 5. & 7. *Epid. pag.* 1051. & 1103.

Hermocrates, cui acuta febre correpto [n] surditas confestim obnata est, sexto die auriginosus factus, post fallacem crisim in vigesimo, cum per totum morbum surditas permansisset, vigesimo septimo obiit. Urinæ crassæ & rubræ [o] non subsidebant, modò tenues & decolores erant, suspensum quid in medio habentes. *Histor.* 2. *sect.* I. *Lib.* 3. *Epid.*

Clazomenius verò etiam in acuta febre confestim surdus [p] factus cum insomnia, præcordiorum [q] contentione & delirio in die quarto. Parotidibusque in utraque aure die decimo septimo obortis circa quadragesimum, [r] evasit, &c. *Ex Histor. integra adducta in Parotidibus.*

i Id docet Historia Herotypi brevi adducenda in *Sympathia.*

k Hæc enim aliquandò parotides, aliquando delirium portendit; ita tamen ut nil inde certi sit præsagiendum. *Gal.*

l Imò exitiosa, inquit *Duretus*, mendosum textum existimans.

m Vinum scilicet oligophorum & tenue, quale existimatur ferè album apud *Hippocratem.*

n o Ex eo quòd surditas statim ab initio oborta, urinæque apparuerint crassæ. Constat ab initio malè affectum cerebrum, in morbi verò progressu ob fortem humorum agitationem, quam urinarum pessima conditio denotat omnino obrutum fuisse.

p q Observat *Mercurialis*, in Clazomenio focum duplicem febris acutæ hypochondria scilicet & cerebrum; huius ratione statim initio adfuisse surditatem & delirium: Illorum verò vitium apparuisse ex distensione.

r Evasisse Clazomenium censet *Galenus*, licet Hippocrates dicat tantùm, morbum constitisse.

Suspirium, suspiriosi, supra *Asthma.*

Suspiria ægrorum.

In acutis passionibus quæ cum febre fiunt [a] luctuosa suspiria, malum. *Aph.* 54. *sect.* 6.

a Duplex scilicet intrò revocata respiratio à fractis viribus & à siccitate asperæ arteriæ, & à musculorum thoracis convulsione, quæ idcirco lethalis est, ut omnis convulsio à siccitate orta, *Heurnius.*

Sutura capitis, ſupra in *Capitis fracturis*.

Syderatio univerſalis, ſupra *Apoplexia*.

Syderatio pro *Paralyſi*, ſupra *Paralyſis*.

Syderatio cerebri, ſupra in *Cerebro*.

Syderationem faciens morbus, ſupra *niger Morbus tertius*.

[a] *Syderatio*, [b] *Cangræna*, *Sphacelus*.

Carnium ſyderationes [c] contingunt & in vulneribus ſanguinem fundentibus & in validis conſtrictionibus, tum in oſſium fracturis plus æquo compreſſis. In aliis item quæ vinculis violenter intercepta fuerint, plerumque decidunt; & ex his plures evadunt, nec non quibus in femore carnis & oſſis pars aliqua excidit, & quibus in brachio; minus autem ex brachio & tibia cum quid decidat, hi adhuc facilè tolerant & ſuperſunt. Quibus igitur fractis oſſibus ſyderationes & denigrationes confeſtim contingunt, iis quidem cum jam antea oſſa ceſſerint, celeres corporis abruptiones fiunt, & quæ caſura ſunt citò decidunt. At quibus integris oſſibus denigrationes contingunt, iis quidem etiam celeriter carnes emoriuntur, oſſa autem tum qua parte nigrities terminatur, tum qua nudata ſunt tardè abſcedunt. Partes autem pectoris quæ infra terminos denigrationis fuerint, ubi jam prorſus mortuæ fuerint, & dolorem non ſenſerint, ad articulos auferendæ, ea cautione ut ne vulnus inferatur; nam ubi qui exciditur dolet, neque dum parte qua exciditur corpus emortuum fuerit, ne ſub dolore animus deficiat periclitatur. *Lib. de Articul. pag.* 867. 868.

Quæ ſyderatione periclitantur ea [d] vena intercepta ulcerare & curare convenit. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 5. *pag.* 994.

a Syderatio ſic dicta Latinis, quòd ut arbores, ſic corporis partes hoc affectu tanquam cæli injuria & peſtilenti quodam ſydere percuſſæ tabeſcant, nigricent, emoriantur. *Gal.*

b Gangræna dicitur partis alicujus ex inflammationis magnitudine mortificatio, non ea quidem abſoluta, ſed quæ adhuc fit; cum enim pars omnino emortua fuerit, ſphacelus ſeu ſyderatio vocatur. Gãgrænæ ſcilicet terminus. *Ex eodem Galeno*. Notandum præterea non rarò ſphacelum ſtrictius ſumi ab *Hippocrate* pro oſſis ſyderatione, de qua ſupra in Oſſe. Sæpe etiam confunduntur ſyderatio & gangræna.

c Duæ autem generaliores cauſæ ſtatuuntur ab *Avicenna*, interceptio ſcilicet ſpiritus vitalis & corruptio proprii temperamenti. Intercipitur verò ſpiritus primùm viarum obſtructione à materiæ copia; deinde conſtrictione (quã faciunt vinculum, contuſio, rumor, luxatio, fractura) tum ſectione vaſorum. Corruptio temperamenti fit extinctione, & diſſipatione caloris nativi.

Ariſtonis ſervæ ſponte ſua pes ſyderatione tentatus eſt, juxta pedis medium interna parte ex obliquo, & oſſa putrilagine concept adiſceſſionem fecerunt, ac paulatim fiſtuloſa prodibant, alvique profluvio ſuccedente emortua eſt. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1047.

Ariſtoni pedis digito vulnerato cum febre, vocis obſcuritas aderat. Gangræna ad genu uſque provenit, periit: Ulcus autem erat nigrum, ſubaridum & graveolens. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1113.

NOTÆ.

Extinctio fit à contrario[a] ut immoderato frigore aeris externi, ceu medicamentorum admotorum, aut venenati cujuſdam humoris ut in Peſte. Suffocatur calor à copia humoris, ut in ingenti inflammatione arterias opprimente. Diſſipatio fit partim poſt ingentem hæmorrhagiam vulnerum & partim ab alieno & potentiore calore nativum diſſipante, ut in Combuſtione, Pyrio pulvere, Cauſticis & acribus medicamentis, & Evulſa vena ulcerato ac curato. *Ex Verſione Marinelli.*

Sydere [a] *icti.*

Qui ſydere icti eſſe dicuntur, cùm multa vitioſorum humorum illuvie cerebrum oppletum fuerit; in primis capitis pars anterior ipſis dolorem exhibet, & aliqui quidem ambobus oculis, aliqui verò altero intueri nequeunt, ſopor ipſos detinet, mente alienantur, tempora ſaliunt, febris levis & corporis ad motum impotentia occupat; hic intra tertium aut quartum diem moritur, neque ad ſeptimum pervenit, ſed ſi pervenerit, incolumis evadit. Huic capiti fomentum adhibeto, & ut tranſpiret, ſectionem facito; ſed ſi dolor detinuerit, ſternutationes movere oportet, & caput levibus ac odoratis, ventremque inferiorem purgare, vino in totum abſtinere, & ptiſanæ ſucco uti. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 488.

a Salius exiſtimat ſyderationem hic deſcriptam eſſe ſpeciem quandam apoplexiæ non exquiſitæ, de qua iiſdem propè verbis tractarit Hippocrates ſub nomine ſyderationis cerebri. *Eodem. Lib. pag.* 450. & 451.

Sympathia, [a] *Conſenſus, in genere.*

Confluxio una, conſpiratio una, [b] conſentientia omnia. *Lib. de Alimento. pag.* 361.

Quæ propinqua, [c] & communia ſunt affectionibus, ea primùm & maximè afficiuntur. *Lib. de Humoribus. pag.* 59.

Una quæque à corporis pars altera alteri cum hinc vel illinc perruperit, ſtatim morbum facit. Venter ca-

a Duorum inter ſe naturalis quædam conjunctio & concordia, cujus cauſa referri ſolet ad totius ſubſtantiæ familiaritatem occultamque proprietatem ut Magnetis cum ferro. Cui contraria eſt antipathia occulta ſcilicet rerum inter ſe diſcordia, *Gorreus.*

b Spirituum ubique proſtantium & commeantium interventu præſertim.

piti, & caput carnibus ac ventri, & reliquæ omnes eadem ratione, quemadmodum venter capiti, & caput carnibus ac ventri: nisi enim venter moderatè subducatur, & si in eum cibus immittatur, ingestorum ciborum humiditate corpus irrigat, ipsa vero humiditas à ventre intersepta magna copia ad caput viam affectat. Quò cum pervenerit à capitis vasis minimè contenta, quocunque datur effluit, & in capitis ambitum, & in cerebrum per os tenue, & partim quidem os subit, partim verò circa cerebrum per os tenue fertur, &c. At si vel minima corporis pars malò aliquo afficiatur, eam affectionem, qualiscumque tandem fuerit, totum corpus sentiet, quod minima corporis pars omnia habeat quæ & maxima. *Initio Lib. de Locis in homine. pag. 399.* ubi plura.

NOTÆ.

c Vicina loco & situ, ut recto intestino uterus & vesica, hepatis gibbo diaphragma, cavo ventriculus, cerebro musculus crotophyta.

d Communia verò generis similitudine; operis societate, vasorum communione. *Duretus* hic.

Sympathiæ quarundam partium mutua mira exempla.

[a] Cerebri & ventriculi. *Ex Aph.* 50. *sect.* 6. Quibus enim prociditur cerebrum, his necesse est febrem & bilis vomitum supervenire.

Aurium & [b] coxæ in Heropytho Abderitano; cui superveniente surditate dolor coxæ remisit. Cessante surditate dolor femoris intendebatur. *Lib.* 3. *Epid.* 3. *Historia nona.* Aurium etiam & partium alvinarum in profluvio bilioso quod superveniens surditas solvit, quemadmodum surditatem vicissim solvit diarrhœa. *Aph.* 28. *sect.* 4. & alibi passim.

Capitis cum utero ex iis quæ adducta sunt Articulo *de Capitis dolore ab utero.*

Mammarum [c] & uteri. *Ex Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 17. Ubi morbosus uterus significatur, si mammarum papillæ & rubra circa eas circumferentia pallida fuerit. *Ex Lib.* 2. *de Morb. mul. pag.* 783. ubi *in Vteri erysipelate* mammæ cognatione quadam attolluntur.

Pectoris & pectoralium partium cum genitalibus. Etenim quibus testes intumescunt, ii tussi sicca vexan- tur.

a Nec minus compatitur cerebrum ventriculo, ut norunt hæmicraniæ obnoxii. Hæc verò sympathia fit ob nervos sextæ conjugationis in os ventriculi descendentium. *Gal*

b Aurium etiam cum pulmonibus vocalibusque organis, unde accidit ut si scapello auris tympanum vellices, statim concitetur sicca tussis, ut explicat *Laurentius in Quæstionib. Anatomicis*

c Superat admirationem hujusmodi sympathia quã & frequens humorum hinc illinc metastasis & morbosi uteri indicia ex mammarum immutatione detegenda declarant, de qua consule *eundem Laurentium.*

tur, & tuſſis vena ſecta in teſtium tumorem deſinit. Quin etiam febribus ex inguinum tumoribus obortis tuſſes ſuccedunt. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1037. Sic etiam *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 1. *pag.* 979. diuturnæ tuſſes in teſtium tumores deſinunt & ceſſant; unde fit ut teſtis ex tuſſi intumeſcens nos conſenſionis quæ eſt geniture & voci cum pectore & mammis commonefaciat. Quò pertinet *Hiſtoria Fullonum in Bubone adducta.*

Ventriculi cum [c] hepate gravius inflammato, unde ſingultus. *Ex Aph.* 17. *ſect.* 7.

Articulorum cum inteſtinis. Etenim qui articulari morbo detentus inteſtinorum dolore vexabatur quietior erat. Hoc autem curato magis dolebat. *Ex fine Lib. de Humoribus. pag.* 65. & *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 4. *text.* 3.

Sympathiæ vulgatioris exempla.

Molæ in ſeſe attritudentium ſtupor [a] oritur. Juxta foveam tranſeuntem crurum [b] tremor occupat. *Lib. de Humoribus. pag.* 61.

[a] *Syncope*, [b] *Lipothymia*, [c] *Lipopſychia.*

Qui frequenter ac [d] fortiter abſque ulla cauſa manifeſta exolvuntur, derepente moriuntur. *Aph.* 42. *ſect.* 2.

Virium exolutio quæ dolorem ſolvit, ventrem [e] humidiorem reddit. *Coac.* 629.

Mulier ſana & obeſa ex medicamẽto conceptus gratia deglutito ventris dolore & torminibus conflictabatur, ac intumuit; ſpirandi difficultas inſtabat & animi conſternatio cum dolore ſanguinem paucum vomitione rejecit, & quinquies emortua eſt, ut expiraſſe videretur. Ac neque vomitu ex aqua frigida dolor vehemens aut reſpiratio remittebat; frigidæ verò amphoræ ferè triginta corpori affuſæ ſunt; quod ſanè u-

NOTÆ.

d Inter has & illas concurrunt cauſæ omnes ſympathiæ, generis ſimilitudo, vaſorum communio, & operis ſocietas. *Duretus.*

c *Martinus ad cap.* 12. *de Intern. Affect.* addit ſympathiam œſophagi cum larynge & faucibus, quibus ille tanquam pulvillus ſubſternitur, qua ſympathia tandem ipſi ſtomacho per œſophagum communicata accidit ut tuſſientes ſæpius vomant.

a b Fateor hæc non pertinere propriè ad ſympathiã quam, poſuimus pendere ex conſenſu hujus partis cum illa. Attamen æqui bonique conſulet Lector, ſi hos caſus ab Hippocrate obſervatos hunc in locum retulerim cum non occurreret commodior ad quem revocarentur.

a b c Eſt præceps virium omnium lapſus; lipothymia verò & lipopſychia ab ea differunt gradu. Hæc enim aliis levior eſt exolutio, ἔκλυσις dicta. *Gorreus.*

d Cum nuſpiam Hippocrates uſurparit vocem ſyncopem, eam hic expreſſit per fortem exolutionem, quæ ut conſtet Aphoriſmi fides debet inſuper eſſe frequens ſine cauſa manifeſta. *Ex Gal.*

e Reſolvuntur per ſyncopem inteſtinorum fibræ, unde relaxata facultate retentrice confluunt in alvum humores. *Ex Dureto.*

f Hæc Hiſtoria ſuggerit exemplum fortiſſimæ ſyn-

nicum opem ferre videbatur; ac postea bilis copiosa infra demissa est. Urgente dolore nil secedere poterat. Vixit tamen. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1047.

Syrinx ulcus [a] *fistulosum*; infra *in Ulceribus*.

Syrinx, Syringua, Fistula, Clyster uterinus.

[Designatur passim his verbis alligata ad vesicam fistula, cujus frequens usus ad uterinas injectiones.] *Lib. de Nat. mul. & de Morb. mul.*

T

Tabes, [a] *Phthisis*, *Phthoë*.

Cum quis ex pulmonis vitio tabescit, huic sputum crassum aliquantulùm ex virore pallescens & [b] dulce per tussim rejicitur, dentium [c] stridor est, dolor pectus & dorsum occupat, tenuis sibilus in faucibus editur, eæque siccescunt, [d] cavitates rubent, vox gravis est, pedes intumescunt, ungues contrahuntur, partes superiores extenuãtur & imminuuntur, sputum ore cõtentum exscreaturus detestatur; manè & media nocte maximè tussis vexat, hicque morbus juvenculam [e] potius quam vetulam prehendit. Si capilli huic ex capite defluant, caputque velut ex morbo [f] nudetur, & super prunas expuenti sputum graviter oleat, hunc brevi periturum asserito. Et cum ita habuerit ne curato. At si per initia [g] tibi morbus obtigerit, lenticulæ cremorem propinato; deinde intermisso uno die veratrum ita temperatum ut alvum inferiorem [h] non cieat exhibeto, &c. Medicamenta autem purgantia, nisi eum febres [i] acutiores prehendant, quam paucissima bibat.

NOTÆ.

copes, in qua hæc mulier ex omnimoda virium ruina quinquies expirasse visa est.

a Oblongus & angustus sinus, callosusque abscessibus sæpius succedens. *Gal.*

a Perfecta corporis extenuatio ex insanabili pulmonis ulcere, inquit *Galenus. ad Aph.* 16. *sect.* 7. Hujus autem duas præcipuas differentias affert. *Comment. in Lib.* 1. *Epid.* Unam ex capitis fluxione, alteram ex vasorum pulmonis ruptione. *Ex ipso Hippocrate in Coac.* 438. hic prostante.

b Aliquando etiam salsum ut notabitur textu proximo. Dulcescit verò ex colliquatione cerebralis substantiæ, inquit *Martinus in cap.* 11. *Lib. de Intern. Affect.*

c Strident dentes dum sputum ore continetur, quod ob fœtorem desperatus tum æger execrat & abominatur. *Salius.*

d Oculorum cavitates. *Marinellus.*

e Periculosusque cum juvenculas adoriatur ex mẽsium suppressione cum summa desperatione.

Dracunculi radicem & veratri delingat; non tamen ex melle. Sic enim alvum minimè [k] movebit; &c. *Lib. 2. de Morb. pag.* 472. 473.

Tabis sunt tres [l] species. Prima ex pituita oritur, cum caput pituita plenum morbo affectum fuerit, & calor intus subortus fuerit, in capite pituita putrescit, ut quæ moveri nequeat ut secedat. Deinde cum crassiores venulæ redditæ fuerint, computrefactæ & supra modum impletæ, fluxio in pulmonem contingit, quam ubi pulmo susceperit, confestim morbo afficitur, &c. febris lenta initio invadit, & [m] rigor, ac pectoris & dorsi dolor, interdum vehemens tussis urget, & sputum copiosum, liquidum & salsum [n] expuit. In progressu verò totum corpus extenuatur exceptis cruribus. Hæc [o] autem intumescunt, pedes ac ungues [p] contrahuntur, ab humeris extenuatur & debilitatur. Fauces sono implentur, & veluti per arundinem [q] sibilum reddunt, sitis vexat, multaque [r] movendi impotentia corpus occupat. Hic intra annum [s] mala tabe perit. Primùm quidem veratrum propinādum & per inferiora purgandum epithymo aut peplio, aut grano Cnidio, aut tithymalide, eaque quater [t] in anno exhibēda, bis sursum, bis deorsum. Lac etiam [v] asininum coctum aut bubulum, aut caprinum, ut aliquantulùm purgetur, propinandum. Lac etiam bubulum crudum aquæ mulsæ tertia parte admixta bibat per dies 45. admixto [x] etiam origano. Ejus autem caput [y] admoto ad nares medicamento prius purgato. Cibaria & opsonia nec nidorulenta, nec valde acria exhibeto. Vinum [z] bibat austerum nigrum quàm vetustissimum & suavissimum, sed modicum. Deambulationibus si conferant utatur. Tabes [aa] altera ex vehementi labore oritur; eadem quæ prior ferè patitur, magis tamē intermittit, & per æstatē remittit. Sputum crassum expuit; & tussis senes [bb] præsertim urget, & dolor in pectore vehementior, eique velut lapis incumbere videtur, dolor etiam dorsum occupat, ejusque nimio humore permadescit, & si quid laborarit, flatus & anhelatio detinet; hic in tribus ferè an-

NOTÆ.

[f] Quod hæc jactura fiat ex morbi vehementia catarrhique feritate.

[g] Dum constant vires nondum stabilito morbo.

[h] Præfert enim Hippocrates purgationem per superiora, ut notabitur plenius infra.

[i] Dum turget humor efferaque materia, quam speres posse per alvum repurgari; vel cum *Salio*, ubi febres putridæ hic acutiores dictæ præter hecticam ægros vexant.

[k] Exhibetur enim hic veratrum ad solam vomitionem promovendam. *Salius.*

[l] Notat *Martinus* non hic poni veras tabis differentias quas attulimus *Coaca* 438. sed tabis nomen generalius usurpari; præmissis tamen phthiseos propriis formis dum orditur à fluxione ex capite.

[m] Fit rigor vel horror non à vasis, sed ab ulcere, ut in empyemate quod sæpe conjungitur tabi.

[n] Salsum expuunt deplorati, inquit *Martinus ex Gal.*

[o] Incidente tabe in cachexiam.

[p] Liquatis utrinque carnibus musculorum, quæ sunt unguium firmamenta. *Martinus.*

[q] Ob summam membranarum siccitatem.

[r] Discedit *Martinus* à communi lectione. Sic & plurima intemperies corpus habet.

[s] *Martinus* notat annum hic sumi pro longioris morbi longiore termino.

[t] Nota rarissimè purgandos tabidos seu supra seu infra; huc que pertinere hoc *Celsi*, alvus cita utique vitanda, vomitus si sit frequens perniciosus, unde

nis moritur. Iiſdem [cc] verò quibus priorem curato, Tertia [dd] fit cum ſpinalis medulla ſanguine plena exiſtit, aut cum venæ cavæ pituita & bile implentur. Homo confeſtim niger & ſubtumidus evadit, partes ſub oculis cavæ [ee] hypopya dictæ pallidæ ſunt, venæque per corpus diſtentæ pallidæ, quædam verò valde rubræ ſunt, &c. Hunc cibis, ſorbitionibus, potionibus, medicamentis cæteriſque omnibus quibus priores curato. Hic autem morbus ferè annos [ff] novem perdurat, & pauci [gg] evadunt [Curatio non admodum abſimilis, ſed inſuper præſcribuntur vomitoria & obambulationes, & per diem ad octoginta ſtadia, ante cœnã ſcilicet triginta, poſt cœnam viginti, & manè triginta; imo in progreſſu morbi quotidie centum & quinquaginta ſtadia conficiat, ante cœnam nonaginta, poſt cœnam viginti, manè quadraginta. Sic curatus per annum convaleſcit. Carptim *ex Lib. de Intern. Affect. pag.* 556. 557. 558. 559.

Tabes maximè periculoſæ quæ ex ruptione [hh] craſſarum venarum tum à [ii] catarrho è capite contingunt. *Coac.* 438.

Tabes fiunt maximè [kk] ætatibus à 18. anno ad trigeſimum quintum. *Aph. 9. ſect.* 5. *& Coac.* 439.

In tabidis primùm ſentientia corpora ab alvi [ll] ſuppreſſione malo ſunt. *Coac.* 440.

Præcordia in tumorem ſublata omnibus quidem prava ſunt, maximè verò his [mm] qui ex longo intervallo tabidi exiſtunt. *Coac.* 442.

Ex his qui cum pernicie conſumpti ſunt, nonnulli ante mortem ſubinde [nn] rigoribus capiuntur. *Coac.* 443.

Puſtularum [oo] eruptiones velut ſumma cute leviter lacerata aut vellicata pththiſim conſummatam oſtendunt. *Coac.* 444.

A ſanguinis ſputo puris ſputum; à puris ſputo tabes & [pp] fluxio, cum verò ſputum retinetur, [qq] moriuntur. *Aph.* 15. *&* 16. *ſect.* 7.

A ſanguinis vomitu [rr] tabes & puris purgatio, ſupra à tabo

NOTÆ.

colligimus ex *Celſi* Sententia vomitum magis cõvenire, de quo infra.

v Notandum etiam lac qualecumque hic præſcribi, ut aliquantum purgetur æger. *Ex Gal.* enim *Lib.* 5. *Meth.* Nondum deſperati pththiſici per hæc tria ſervantur, ſectionem venæ, purgationem, & capitis roborationem.

x Tragorigano *Dioſcoridis*, quod peripneumonicis & tuſſientibus prodeſt.

y Duobus modis providendum capiti tum errhino *ex Hippocratis Doctrina*, tum cerato ex dicto *Galeni* Loco, *Martinus.*

z Commendatur à *Celſo*, quod facilè coquatur & multum nutriat tabidos, at ſi obſtet febris *Paulus* præfert aquam pluviam aut mulſam ex ea conflatam. *Martinus.*

aa Hanc *Martinus* cenſet poſſe revocari ad tabem à ruptione craſſarum venarum.

bb At ſenes non ita obnoxii ruptioni venarum quod adverſatur. *Martino.*

cc Intellige quoad victum; at minus conveniunt purgantia præſertim vomitoria, quæ augerent venarum ruptionem; magis verò convenit venæ ſectio, *Martinus.*

dd Hanc differentiam cujus etiam fit mentio. *Lib. de Loc, in homine & de Gland.* Ut ratiſſimem nos hic breviter perſtrinximus hanc fuſè explicat *Martinus.*

ee Eaſdem partes vocavit Textu ſuperiori oculorum cavitates *ex Marinello* quas obſervamus paſſim in cachecticis intumeſcere.

ff Tandiu etiam durare veram tabem docuit *Hippocrates Lib. 2. de Morb. pag.*

à tabe fluxio ex capite, à fluxione alvi profluvium, ab alvi profluvio adstrictio superioris purgationis, ab adstrictione mors. *Ibid. Aph.* 80.

Sputorum retentiones in [ff] tabescentibus delirium afferunt. His spes est [tt] hæmorrhoïdes affuturas. *Coac.* 437.

Qui tabe molestantur, si sputum quod extussiunt grave olet injectum carbonibus, & pili à capite defluunt, [vv] lethale. *Aph.* 11. *sect.* 5. *& Coac.* 434.

Quibuscunque tabe laborantibus capilli è capite fluunt, hi alvi profluvio superveniente moriuntur, & tabidis si superveniant alvi profluvia, [xx] moriuntur. *Aph.* 12. *Ibid.*

Tabidis in aquam marinam spuentibus, si [yy] pus fundum petit, celerrimam mortem denunciat; fit autem marina aqua in æneo vase, seu *ex Dureto* fit mare ahenum. *Coac.* 435.

In phthisicis si fluxio fiat in gingivas & [zz] dentes, malum. *Coac.* 441.

Tabidis Autumnus [aaa] malus, &c. supra in *Autumno.*

Eum qui tabe levari volet, convenit sputum facilè rejicere, esseque album & æquale, unius coloris & sine pituita. Quod à capite defluit ad nares vertatur, neque febris prehendat, ut ne cibos impediat, neque sitim faciat. Alvus autem quotidie dejiciat, & quod secedit durum esto, & his quæ assumuntur conveniens. Hominem quam minimè tenuem esse convenit. Pectus verò laudandum quadratum & hispidum, cujusque cartilago exigua & admodum carnosa est, &c. minimè autem evadunt tum mulieres tum [bbb] virgines quibus ex menstruorum suppressione tabes contingunt. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 96. 97.

Polycratis conjugem circa Caniculam febris prehendit, difficultas spirandi manè minor aderat, post meridem verò major & paulò crebrior. Statim ab initio tussis & excreatio qualis purulentis. Intus ad arteriam & fauces stridula quædam inerat asperitas, facies bene colorata, malarum rubor non in plenum, sed

NOTÆ.

473. Ut minus sit mirum imperari valido ægro obambulationes tot in die ad tot stadia quæ plura milliaria æquant.

g g Morbi diuturnitate superatis viribus.

h h i i Præter primarias hasce duas tabis differentias, datur & secundaria empyematis aliorumque quorumdam pulmonis morborum succedanea.

k k Quæ præsertim fiunt à venarum ruptione, quæ enim pendent à catarrho ferino incidunt in omnem ætatem.

l l Hæc enim suppressio effetat cacochymiam.

m m Obruuntur enim tabidi tandem à cachexia.

n n Tum ab ulcere sordibus oppleto, tum à vasis transfusum ab ulcere pus in carnem & cutim exprimentibus. *Duretus.*

o o pustulata corpora velut ambusta. *Ex versione Dureti.*

p p Fluxio sanè succedit tum alvi, tum capillorum. *Ex Coac.* 434. 436.

q q Impotentia expectorandi.

r r Largum sanguinis expectoratum vocat *Hippocrates* vomitum passim.

s s t t *Duretus* intelligit tabescentes non à fluxione è capite, sed à ruptione crassioris venæ, unde solet iis si supprimatur sputum cruentum converso sanguine ad caput supervenire delirium leve, nisi secedat sanguis per hæmorrhoïdas.

v v Ob inemendabile pulmonis vitium à fœtore indicatum. *Duretus.*

x x Non movenda itaque alvus temerè in tabidis. *Heurnius* hic.

y y Cur pus demergatur in fundum aquæ marinæ, quæ præ omni alia aqua

leviter florulentus. Procedente verò tempore vox rauca [ccc] extitit, & corporis [ddd] colliquatio, & circa lumbos eruptiones, ad extremumque [eee] alvus liquidior. Septuagesimo die febris prehendit cum vehementi frigore externo ac in temporibus quies erat, spiratio autem increscebat. Post hanc verò quietem spiratio crebrior extitit, adeò ut quod avixerit, sedens permanserit. In arteria strepitus multus, sudores maligni, intuitus valde compositus ad ex mum usque: ipsa pluribus diebus quam quinque per frigerata est. Post primos autem dies fœculentum assiduè excreavit. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1086.

NOTÆ.

Injecta corpora sustinet, causa est ejus sputi gravitas & durities quam corruptione acquisivit vel potius ex morticinio cum in phthisicis, amiserit spiritum & vitalem auram: eligitur verò vas æneũ quod æs sit aquæ marinæ servandæ accommodatissimum. *Duretus.*

z z Citò enim catarrhi vis effera, inde propagatur in pulmones. *Duretus.*

a a a Ob siccitatem, frigiditatem & inæqualitatem *Gal* Addit *Heurnius* iis malum Autumnum tum generatione dum sua inæqualitate humores inquinat, tum paroxysmo, cum enim folia decidunt moriuntur tabidi.

b b b Hæ maximè virgines quæ cum sint adultiores, nondum tamen menstruales fuere.

c c c d d d e e e Ex vocis raucedine, corporis colliquatione, puris sputione, morbique diuturnitate constat hunc affectum fuisse tabidum, tandemque lethalem.

Tabes epidemica à catarrho.

Multis aderant tusses aridæ & siccæ, nec ita multò post voces raucescebant, &c. Ante verò æstatis initium & per ipsam æstatem ad hyemem usque eorum multi tabefacti decubuerunt. Si quidem & multis de tabe dubitantibus ipsa est confirmata. Est etiam ubi eos qui ad tabem natura comparati erant, tum primò occupavit, &c. *Ex Stat.* 1. *Lib.* 1. *Epid.*

In Perintho vere plurimi tabe laborarunt, cujus causa fuit tussis per hyemem populariter grassata. *Lib.* 5. *Epid. sect.* 7.

Tabida [a] conformatio.

Erat tabidorum species ex his qui glabri erant, subalbidi, lentis colorem referentes, subrubri, cæsiis oculis, & pituita alba redundantes, & quibus scoptula operta alarum instar à tergo prominebant; mulieresque eodem modo se habebant: itidem & qui ad atram bilem generandam essent idonei & subsanguinei. *Lib.* 3. *Epid. pag.* 1010.

a Hæc conformatio eorum est qui sunt adeò angusto thorace & restricto, ut à tergo in morem alarum his promineant scapulæ, unde alati dicuntur. *Gal. Comment. Lib.* 1. *Epid.* Hic verò paupertas caloris vivifici angustiam facit thoracis, unde crudor cerebri, cujus propugnaculum caput in vitio est formatura & complexione ipsa. Hinc repletio assidua

Quicunque alata latera à natura habent, & *cætera adducta Articulo de Sanitate. Ex Lib. Epid. sect. 3. text.* 14.

capitis, ita ut nulla hominum fabricatio fit catarrhi maligni feracior. Viscerum siquidem & hepatitis aortæque ipsius impuritate, capitis repletione & destillatione perenni omnibus aliis antecellant. *Duretus ad Coac.* 441.

Tabes coxaria.

Quibus sæpe recidivæ contingunt, si sextum mensem superarint, in tabem [a] coxariam ferè incidunt. *Coac.* 144.

Alius morbus fit ex defluxione capitis, per venas in spinalem medullam; cum inde ad os sacrum impetu fertur, spinali medulla eò defluxionem deducente & in coxendicum acetabula deponente. Quòd si tabem fecerit, & utroque modo homo contabescit, neque vivere expetit; confestim enim scapulæ dolent, simulque ambo pedes & crura contabescunt, tandemque pereunt, longo tempore curationem trahentes. Namque homo viribus deficit & [b] moritur. *Lib. de Glandul. pag.* 24.

[a] Cùm in febribus longis abscessus fiant in articulis, nil mirum post sextum mensem fieri abscessum in coxam, quæ præcæteris articulis capax est admittendæ naturæ ob loci amplitudinem, articulationis laxitatem & motionis frequentiam, ut in *Reccidiva* annotatum.

[b] Sic in ipsius *Hippocratis* manibus periit Eupolemus, *Lib. 5. Epid. pag.* 1039. cujus Historiam interpretatur *Valesius de Tabe ischiadica*, de cujus curatione videnda nobilis Historia apud *Zacutum Lusitanum*, *Lib. 1. Praxis mirandæ*.

Tabes dorsalis, supra *in Dorso.*

Tæda, [a] *tædacei pessi.*

Medicamentum ex tæda paratum jejunæ exhibendum. *Lib. 2. de Morb. mul.* In potu sumat tædam pinguissimam vino albo decoctam. *Lib. de Superfœtatione. pag.* 228. Ad puerperii purgamenta tædam pinguissimam cum pœoniæ granis 5. ex vino potui dato. [Tædæ etiam frequens mentio in suffitibus uteri. Fiunt & ex tæda pessi tædacei dicti, de quibus supra in *Pesso.*]

[a] Est tæda non quidem species quædam arboris resiniferæ ut vult *Plinius*; sed *ex Theophrasto* tæda fit ex interitu ipsius pini quædum senescit, nimia pinguedine veluti strangulatur, siquidem non solum cor, sed etiam pars exterior caudicis transit in tædam, ut notat *Mathiolus*.

Talus subdititius.

[Tali subdititii mentio fit. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.*

718. & 719. Iſque prout ex plumbo aut ex tæda parabatur; plumbeus aut tædaceus dictus Hippocrati. l

Telinæ, ſupra inter *Conchylia*.

Temperamentum, ſupra *in Natura hominis, & in Sanitate*.

[a] *Tempora, anni Tempeſtates*, [b] *horæ*.

Annum [c] plerique in quatuor partes dividunt, hyemem, ver, æſtatem, & Autumnum. Hyemem quidem à Vergiliarum occaſu ad Æquinoctium vernum. Ver ab Æquinoctio ad Vergiliarum exortum. Æſtatem à Vergiliarum ortu ad Arcturi exortum. Autumnum verò ab Arcturo ad Vergiliarum occaſum. *Lib. 3. de Vict. rat. pag. 339.*

Anni tempora quatuor habentur, ver, æſtas, Autumnus, hyems. Ver calidum & humidum eſt, ideò ſanguinis incrementum fit. Æſtas calida & ſicca, ideò flavam bilem auget; Autumnus ſiccus & frigidus, ideò atram bilem & ſaniem auget. Sanies quidem ſanguinea & aquoſa eſt; hyems verò pituitam in corpore adauget. Nam quatuor hominis elementa ideſt humores ad tempora quatuor dividuntur. *Lib. de Structura hominis à Marinello edito.*

Exactè tenere oportet cujuſque anni temporum conditiones, & ſtatum, morbumque ipſum; & quid non boni commune ſit conſtitutioni [d] cum morbo, aut quidnam mali, &c. *Lib. 3. Epid. ſect. 3. pag. 1010.*

Maximæ anni temporum mutationes ſunt obſervandæ, ut neque medicamentum purgans exhibeamus, neque partes circa ventrem uramus aut [e] ſecemus ante dies decem. Ac maximè periculi plena ſunt ambo ſolſtitia, præcipuéque æſtivum; periculoſiſſima etiam ſunt ambo Æquinoctia, maximè verò Autumnale. Syderum quoque ortus conſiderandi, præcipuè Caniculæ, deinde Arcturi & Vergiliarum occaſus. His enim diebus

a b Latini anni tempora Horas vocant. Unde *Horatius* de Jove.
Variiſque mundum temperat Horis.
Sic verò dictæ à Sole qui Horus dicitur. *Heurnius ad Aph. 1. Lib. 3.*

c Nota plerique, non omnes: fuerunt enim ex Antiquis qui annum in ſeptem partes diviſerunt, hac ſerie ver ab Æquinoctio ad Vergiliarum ortum diviſionis expers. Æſtatem verò ſubdiviſerunt in tria tempora; primum ſcilicet, ab ortu Vergiliarum ad Solſtitium æſtivum; ſecũdum à Solſtio ad Canis ortum. Tertium Opora dictũ, ab ortu Canis ad ortum Arcturi. Autumnum diviſionis expertem ab ortu Arcturi ad occaſum Vergiliarum. Hyemem in duas partes diviſam, unam ab occaſu vergiliarũ ad Solſtitium hybernum quam Sementam votiam. Alteram à Solſtitio hyberno ad Æquinoctium vernum inſitioni aptã, unde φυταλία dicta *ex Heurnio dicto loco poſt Galenum in Text. 1. Lib. 1. Epid.* Ubi monet quatuor tempora habere inæqualem numerum menſium cum ver & Arcturus vix duos menſes excedant.

d In qua analogia & convenientia *Galenus* videtur conſtituere divinum illud in morbis *ab Hippocrate* in divinitate admiſſum

bus morbi potissimum judicantur. *Lib. de Aere, Loc.* & *Aquis. pag.* 262. 263.

Qui Artem medicam rectè assequi volet, is primùm anni tempora considerare debet, quod horum quodque possit. Neque enim quicquam habent simile, sed plurimum differunt, tum etiam propter varias quæ in ipsis contingunt mutationes. *Ibidem. Libri initio.*

Ubi temporum [f] mutationes, tum crebræ, tum plurimum inter se differunt. Ibi & formas & mores & naturas plurimùm diversas reperias. *Ibidem in fine Lib.*

Mutationes [g] temporum pariunt morbos; & in quibusdam anni temporibus magnæ mutationes caloris & frgoris, aliaque pro ratione eodem modo. Naturarum hæ ad æstatem, [h] hæ verò ad hyemem benè vel malè se habent. Morbi alii [i] ad alia anni tempora benè vel malè se habent: At quædam ætatem ad tempora & loca, & victus genera. In temporibus quando eadem die modò calor, modò frigus fit, Autumnales [k] morbos expectare oportet. Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput gravantes, [l] pigri, dissolventes. Quando hujusmodi tempestas prævaluerit talia in morbis expectare oportet. At si Aquilonia fuerit, tusses, fauces, alvi duræ, difficultates urinæ, horrores, costarum [m] dolores, & pectoris. Quando æstas fit veri similis sudores in febribus multos [n] expectare oportet. In siccitatibus febres [o] acutæ fiunt, & si annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit anni constitutionem, tales morbos expectare oportet. In constitutionibus temporum cum tempestiva tempestivè redduntur, morbi constantes fiunt & boni judicii. In inconstantibus autem inconstantes & mali sunt [p] judicii. Autumno [q] morbi acutissimi atque exitiales magna ex parte. Ver [r] saluberrimum & minimè exitiale. Autumnus tabidis malus.

De temporibus siquidem hyems sicca & Aquilonia, ver verò pluviosum & Australe, necesse est æstate febres [f] acutas, & lippitudines & intestinorum difficultates fieri, præsertim mulieribus & viris natura humidio-

ut in divinitate morbi diximus.

e Sic in frigida intemperie seni præsertim periculosa lithotomia, existuntque tempora, in quibus omnes calculosi secti moriuntur; ea etiam periculosa in Syriis ardoribus, *Duretus in Theorematis additis ad calcem Praxis Holerianæ.*

f g Per temporum mutationes ne intelligas partiũ anni vicissitudines; sed earum degenerationem & recessum à naturali sua temperie & constitutione, *Gal. ad Aph.*

h Id demonstratur fusius. *Lib. 1. de Vict. rat.*

i Intellige præsertim de morbis epidemiis. *Heurnius.*

k Itaque hi morbi erunt difficilis judicii incertique, mali moris, & alexipharmacis oppugnandi, *Heurnius.*

l Id est segnitiem, seu lentitudinem & corporis laxitatem afferunt madefacto cerebro; quod pluribus explicat *Holerius.* Itaque consule hujus Commentarium.

m Dolores laterum & pectoris, cui frigus inimicum. *Heurnius.*

n Meritò quidem nec enim sine ambientis calore & superflua humiditate corporibus contenta sudores multi manare possunt. *Gal.*

o Siccitas quidem minuit humorum quantitatem, sed qualitate biliosiores reddit.

p Vel enim cum gravibus symptomatis fiunt crises in hujusmodi morbis, vel præsenti sunt exitio, vel restibili, si nunc redivivi fiunt ipsi morbi. *Gal.*

ribus. Si verò hyems Australis, & pluviosa & serena fuerit, ver siccum & Aquilonium, mulieres quibus ad ver partus inest, ex quacunque occasione [t] abortiunt; quæ verò pariunt imbecilles & morbidos infantes pariunt. Cæteris verò hominibus difficultates intestinorum & lippitudines siccæ fiunt. Senioribus autem distillationes quæ [v] brevi interimunt. Si verò æstas sicca & Aquilonia fuerit, Autumnus verò pluviosus & Australis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses & gravedines, atque raucedines. Quibusdam autem & [x] tabes. Si verò Aquilonius sit & siccus, iis qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferent. Reliquis autem eorum lippitudines siccæ & febres acutæ & gravedines; nonnullis verò & [y] atræ biles. Ex anni autem constitutionibus cum in totum dixerim siccitates imbribus [z] salubriores sunt & minus mortiferæ. Morbi in plurimarum [aa] multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alvi profluvia, putredines, morbi comitiales & attoniti, quos Græci Apoplexias vocant, & anginæ. In siccitatibus autem tabitudines, [bb] lippitudines, articulorum dolores, stillicidia, urinæ & difficultates intestinorum. Quotidianæ autem constitutiones Aquloniæ quidem corpora densant, contendunt, & bene mobilia, colorationa, & melius audientia faciunt, & alvos [cc] exciccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorem augent. Austrinæ dissolvunt corpora & humectant, auditum obtundunt, capita aggravant, & vertigines faciunt. Oculis atque corporibus difficilem motum præstant & alvos humectant. Per tempora anni vere [dd] quidem & prima æstate [ee] pueri, & qui hos sequuntur ætate optimè degunt, & sani sunt maximè. Æstate verò & Autumno usque ad aliquid senes reliquum; & hyeme qui mediam ætatem habent. Morbi omnes quidem in omnibus [ff] temporibus fiunt. Quidam verò magis in quibusdam ipsorum & fiunt & excitantur. Vere [gg] etenim [hh] furores & atræ biles & morbi [ii] comitiales, & profluvia [kk] sanguinis & [ll] anginæ, & [mm] gravedines, & [nn] raucedines, &

NOTÆ.

q r Cur Autumnus sit ferè exitialis, reddita ratio supra suo loco. Ver autem dum viscerum cacochymiam effundit paroxysmo periculosum, non verò generatione morborum. Tunc enim Sol novo tepore blanditur corporibus, quæ tunc gignunt nutrituum sanguinem plena manu. *Heurnius*.

s Tum essentiales, tum symptomaticas, maximéque continentes, ut pluribus explicat *Heurnius*.

t Consule *Galeni Commen.*

v Notatum Articulo de *Senibus*, has fluxiones fieri per venas & arterias quas definitius explicat *Heurnius de Apoplexia*, *Paralysi*, *Tabe*, *& Asthmate*.

x Pituitæ putris distillatione ferina.

y *Heurnius* explicat aut delitia melancholica simpliciter, aut insaniam febre comitatam.

z Positum enim supra siccum esse propius sano. Tunc enim acta putredo non est, corpus liberius spirat, nec tanta excrementorum copia. *Heurnius*.

a a Hæ enim excrementorum proventu corpora gravant. Unde sobolescunt descripti hic morbi.

b b Tabes scilicet sicca ex inopia nutricatus & à squalore emaciato corpore, ut pluribus explicat *Mercurialis*.

c c *Heurnius* legit (sed alvos exciccant) cum enim præmiserit Aquilonis commoda, incipit subinde narrare ejusdem constitutionis incommoda quæ particula (sed) melius distinguit.

d d e e Quòd temperata puerilis ætas simili verni temporis constitutione in

oo lepra, & pp tusses, & impetigines & vitiligines & pustulæ ulcerosæ plurimæ, & tubercula & articulorum dolores. Æstate qq autem nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi profluvia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris ulcerationes, genitalium putredines & sudamina. Autumno verò & plurimi æstivi morbi fiunt, & febres quartanæ & erraticæ & rr lienes, aquæ intercutem, & tabes, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, lævitates intestinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes, Græcis Asthamata dictæ, ilei, morbi comitiales, furores, atræ biles. Hyeme morbi ss laterales & pulmonis inflammationes, gravedines, atque raucedines, tusses, dolores pectoris, laterum tt atque lumborum, capitis dolores, vertigines & apoplexiæ. Hactenus *ex Sect.* 3. *Aphorismorum continua serie à primo ad* 23.

Corpora vv hyeme quàm æstate, & vere quàm Autumno morbosiora existunt. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 314.

NOTÆ.

suo statu conservetur ex communi Interpretum consensu.

ff Quasi dicat morborum causas non pendere omnes à temporum constitutione; cæteræ enim res non naturales sunt fœcundæ in morbos. *Heurnius.*

gg Ver ex se saluberrimum, id tamen habet commune cum exercitatione, ut plethorica impurave corpora præcipitet in morbos.

hh Furores febris expertes, quæ vere novo apparent dum fabæ florent. *Heurnius.*

ii In pueris à pituita, in senibus à melancholia.

kk Non modò narium, sed à quacumque parte alia.

ll mm nn Humoris decubitu in fauces, laryngem & pulmones. *Heurnius.*

oo Scabiem crassiorem quæ commotis humoribus à corporis centro in cutem generatur, uti etiam impetigines, vitiligines & tubercula pro varia humoris conditione.

pp Æstatis ardores sanguinem augent & fundunt, ita ut qui prius venis continebatur facilè eas rumpat aut erodat & varias fluxiones excitet cum non leviores affectus ex humorum fusione quàm ex plenitudine oriantur. *Gal. ad Aph.* 15. *sect.* 1.

qq Seu hydroa, de quibus factus Articulus supra.

rr Lienum tumores. *Heurnius.*

ss tt Distinguendæ ergo pleuritides à doloribus pectoris & laterum.

vv Cave ne Sententiam simpliciter ita accipias, sed de iis qui sunt natura frigidi & humidi, de quibus ex professo agitur eo loci.

Tempora morborum, supra *Occasio*.

Tempora capitis, eorumque vulnera.

Quibuscunque tempora præciduntur, iis ex a adversa sectionis parte b convulsio contingit. *Coac.* 488.

In capitis sectione cæteræ quidem partes tutò secari possunt. Tempus verò & quod adhuc supra est juxta venam quæ per tempora fertur, secari non debet. Nervorum enim distensione prehenditur, qui sectus

a b *Duretus ad Coac. ultim. de Tromatum cap.* docet plerosque Medicos maluisse hanc convulsionem partis adversæ miraculo apponere quàm ejus causam investigare, is verò sic explicat ut primò supponat præcisioni temporum succedere

est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra convulsio prehendit; sin ad dextram sectio fuerit, sinistra convelluntur. *Lib. de capit. Vulneribus. pag. 923.*

Phaniæ & Evergi liberis livore occupatis ossibus cutis ab osse discessit, & pus intus depascebatur. His terebra perforatis ex ipso osse tenuis sanies serosa aliquantulùm pallida, graveolens & lethalis emergebat. His quoque accedebat vomitus, & ad extremum convulsiones, &c. Quod si vulnus dextram partem occuparet, sinistra laborabant; si verò sinistram dextra. *Lib. 7. Epid. pag. 1094. 1095.*

Qui à Macedone lapide in caput ictus est, supra tempus sinistrum, non magis quàm cutis [c] scarificatione quadam dissectus, ex vulnere vertigine affectus est, & recidit. Tertio die vocis defectio & incontinens corporis jactatio, febris non admodum vehemens. Temporum pulsatio, nil audiebat, neque mentis compos erat, neque quiescebat. Mador [d] circa frontem, tum sub naso ad mentum usque erumpebat. Quinto mortuus est. *Lib. 7. Epid. pag. 1094.*

NOTÆ. inflammationem, inflammationi verò convulsionem, quæ fiat primùm è directo, paulò post ex diverso, ut in Autonomo contigit. Quòd si aliquando appareat primum convulsio è diverso, id accidit quoniam eò migrat inflammatio convulsionis causa, quæ tollitur ex vicinia partis pertusæ ope modioli optimè adhibiti. Sic famulæ in Omilo demortuæ ex vulnere dextræ partis, convulsio manum sinistram occupabat, quòd in sinistra parte collectum pus nullum exitum haberet, qui quidem exitu ita paratus fuerat parti dextræ ob ejus denudationem, ut membrana nuda apparuerit ex ipsius Hippocratis verbis. *At Fallopius Comment. in Lib. de Vulneribus,* affirmat se primùm expertum lateris percussi resolutionem; deinde lateris oppositi non veram convulsionem, sed motus tantùm convulsivos.

c Esto leve & superficiale fuerit vulnus; attamen musculus cuti substratus contusus fuit, unde propter ejus præstantiam successere tot lethalia symptomata.

d Prænuncius imminentis exitii ob virium exolutionem.

Tenesmus.

Cum crebra & inanis egerendi voluntas prehendit, tenesmum [a] dicunt. Sanguis & mucus per alvum secedunt, dolorque in inferiore alvo oritur, præsertim ubi ad secessum venerit. Huic alvum madefacere, pinguem reddere, ac lævigare convenit, quæ intus sunt subducere & calida capite excepto lavare, hic autem morbus plures cibos insumere consuevit. Vacuato enim ventre, à sanguine & muco transeunte, & dum ad intestinum illabuntur tormina fiunt. Intus autem existentibus cibis minorem morsum intestino exhibent. Ac ex iisdem ex quibus intestinorum difficultas contingit,

a Tenesmi causa est vel genita in longanone seu recto intestino inflammatio œdematosa, hærentium excrementorum opinionem, eorumque dejiciendorum desiderium movens vel acris quidam humor in extremo intestino collectus assiduè ad excretionem invitans. Vel obstructio à stercore in tenui intestino coacto, vel ulcus intestini recti sæpe dysenteriam præcedens vel subsequens. *Ex communi doctrina.*

tingit, ſed imbecillior, & brevis, & [b] minimè lethalis. *Lib. de Affect. pag.* 537.

Teneſmus in difficultatem inteſtinorum tranſit, & ad difficultatem inteſtinorum, lævitas inteſtinorum conſequitur. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 2. *pag.* 982.

b Niſi ſuccedat dyſenteria.

Terebinthus, [a] *Terebinthina.*

Terebinthi fructus menſes ciet. *Lib. de Nat. mul. pag.* 606.

Is etiam ex vino & aqua dilutus & potus fluorem muliebrem ſiſtit. *Lib.* 2. *de Morb. mul. pag.* 744.

a Terebinthina omnium reſinarum præſtantiſſima inter alias dotes egregiè prodeſt ad calculi excluſionem.

Terminthus.

[Terminthi [a] tubercula à ciceris ſimilitudine ſic dicta. *Lib. de Humoribus.* Unde adductus Textus integer, Articulo de *Hæmorrhagia.*

Ariſtæi uxoris frater ex via delaſſatus incaluit, eique poſtea terminthi in tibia orti. *Lib.* 2. *Epid. pag.* 982.

a *Galenus Commen.* 4. *Lib.* 6. *Epid.* terminthos appellat nigras quaſdam puſtulas in cruribus frequentiores à ciceris ſimilitudine ſic dictas.

Terra: *Terra* [a] *medicinalis varietas.*

Terra intimum locum ſortita frigida & ſicca, multaſque motiones habens, & in qua ſanè multùm calidi ineſt. *Lib. de Carnibus ferè initio. pag.* 206.

Terram nigram Samiam ex aqua tritam, aſtragali quantitate bibendam porrigito ad uterum expurgandum. *Lib. de Nat. mul. pag.* 607.

Terræ albæ quantùm ad unam potionem ſatis ſit ex vino tritam in vellere ſubdito ad pituitam utero detrahendam. *Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 690.

Terram à pedibus aſinorum deraſam & ſtercus aſininum vino nigro macerata ſuffito. *Lib. de Nat. mul. pag.* 625.

Terra Erythrea aut rubrica oculos illine, *Ibid.* 624.

[Utitur etiam Hippocrates terra figulina admota in pulmonis eryſipelate. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 555.

a Terra omnis ad medendi uſque recepta præcipuam vim habet refrigerandi, & meatus occludendi. *Dioſcor.*

Terror, [a] *ex terrore morbi.*

Hic morbus (loquitur *de Morbo crasso*) maximè per peregrinationem contingit, & ucubi deserta loca peragrans viso spectro terrore correptus fuerit. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 587.

Quod simetus & terrores adsunt ex cerebri transmutatione contingit; quod fit dum à bile cerebrum incalescit, ubi per venas sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit. *Lib. de Morbo sacro. pag.* 294. & *Lib. de Insania.* [*De Virginum terroribus timoreque ex mensium suppressione adductus nobilis Textus. Ex* Lib. *de Virginibus* supra in *Mensium suppressione.*]

a Ex terrore morbos contrahi constat innumeris experimentis, præsertim pestilentium. Et enim terrore subitaneo spiritus à superficie corporis confertim versus cor abripiuntur, sicque in constitutione pestilenti habitum pestiferum superficiei corporis obversantem secum adducunt in corporis penetralia, ut ostendit *Senertus, Lib. 6. Practic.*

Testacea, *Ostrea*, supra in *Conchyliis.*

Testes, [a] *Testiculi.* Vide supra *Pudenda.*

Extra corpus pensiles domum incolunt ad generationem conditi testes, multas tunicas habentes. *Ex Epistola Democriti de Natura humana.*

Testiculi & pudenda ubi sursum contrahuntur vehementes [b] dolores, & mortis periculum denunciant. *Coac.* 404. *Lib. Prænot. pag.* 47.

Testis dexter [c] frigidus convulsusque, lethale. *Ex Aph. spur.*

Testiculi contentio judicationis [d] significationem facit in causonotho. *Lib. de Vict. in Acut. pag.* 382.

Diuturnæ tusses in testium tumores desinunt & cessant, unde fit ut testis ex tussi intumescens nos confensionis quæ est [e] geniturae & voci cum pectore & mammis commonefaciat. *Lib. 2. Epid. sect. 1. pag.* 979.

[Notandum [f] *ex Coac.* 570. eos, quibus sumptum veratrum magnas puris intus collectiones vomitione eximit, pectoris præcipuè dolore conflictari, in rigoribus crebrò & tenuiter exudare, testiculosque intumescere.]

a Testes dicti quod reddant virilitatis testimonium, dicuntur & didymi, quòd sint gemelli.

b Ob sensum acerrimum. Unde cæteri corporis principatus adducuntur citò in sympathiam.

c Testis dextri ut nobilioris noxa periculosior quàm sinistri.

d Per abscessum frequentiorem ex ipso textu in collum, crura, pudenda & testiculum.

e De qua sympathia adducti plures alii supra in *Sympathia.*

f Mirum sanè doctissimum *Duretum* immutasse prorsus hanc Sententiam, nec rationem correctionis attulisse ullam.

[a] *Tetanos ; Nervorum distensio.*

Cum invadunt corporis distensiones, [b] maximæ velut ligna configuntur; os aperire nequeunt; [c] oculi illacrymantur ac pervertuntur, dorsum rigidum est. Crura neque manus similiter adducere possunt; facies rubescit, & vehementer dolet; cumque morti est proximus, potionem, sorbitionem & pituitam per [d] nares rejicit. Hic tertio, aut quinto, aut septimo, aut decimo quarto die perit; quos si effugerit convalescit. Huic piper & veratrum [e] nigrum ex jure gallinaceo pingui, & calido devoranda dato, sternutamentaque vehementia & multa excitato, & fotus [f] adhibeto. Ubi verò non fovebitur, [g] tepefactoria humida & pinguia in vesicis & utriculis præsertim ad dolentes partes admoveto, & calido oleo copioso, crebróque inungito. Cum distensio in posteriora Opisthotonos Græcè dicta detinet, in reliquo ferè eadem sunt. Verùm in posteriora convelluntur, interdumque vociferatur, vehementes dolores occupant; neque interdum crura adducere, neque manus extendere sinit. Inflexi enim sunt cubiti, digitos in pugnum contractos habet, & pollicem ut plurimùm aliis digitis continet, vociferatur, [h] aliquando delirat, nec se continere potest, sed detinente dolore sursum prosilit. Ubi verò dolor remiserit, quietem agit. Interdum vox deficit, aut insania & atra [i] bile vexantur. Hi voce soluta tertio die moriuntur, & per nares rejiciunt. Quòd si contigerit, ut decimum quartum effugiant, convalescunt. Ut superiorem curato. Et si voles post affusam frigidam plurimam vestimenta tenuia, pura & calida super injicito. Tuncque ignem ne adhibeto. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 491. 492.

Nervorum distensiones tres [k] Tetani vulgo dicti; siquidem ex vulnere capitis nervorum distensio contingat, sic afficitur. Maxillæ constringuntur, os diducere nequit. Oculi lacrymantur & contrahuntur, dorsum rigidum est. Neque crura, neque manus, neque

a Tetanum distinguit *Celsus* à Nervorum destinsione, hanc enim spasmum vocat, illum nervorum rigorem. At *Galenus* ex emprostho tono, & opisthotono compositum tetanum docet, *ad Aph.* 6. *sect.* 4.

b Notat *Martinus ad Text.* 55. *de Intern. Affect.* tetani signa incipere ab inferiore maxilla propter summam & vicinam sympathiam musculorum temporalium cum cerebro.

c Ob contractionem musculorum oculi.

d Quòd fauces coarctentur, & tonsillæ duræ ac distinctæ non cedant potioni. *Martinus.*

e Præfertur veratrum nigrum quòd morbus foveatur à materia atrabilaria, quam eximiè dejicit veratrum nigrum.

f g Fotus & tepefactoria pinguia admoventur ut vacuetur materia, dolor sedetur & nervi relaxentur. *Martinus.*

h i Nil mirum convulsos delirare & insanire cum unus idemque humor dum defertur in nervos, quibus bellum indixit, spasmum afferat; delirium verò dum in cerebri arcem irrepit. Hunc autem humorem nervis præcipuè infensum esse notatum Articulo *de Convulsivis motibus. Ex Martiano.*

k Notat *Martinus* tetanum genericè sumi pro nervorum distensione: rursus verò subdividi in emprosthotonũ, Opisthotonum, & Tetanum strictius sumptum. At in hoc Textu adhuc generalius sumi, quatenus simplicem spasmum complectitur præterea notat obmissam hic descrip-

spinam inflectere potest. Cum verò lethalis fuerit, potus & cibi quos ante devoravit, interdum per nares feruntur. Huic cùm sic habuerit fomenta adhibere oportet, & pingui inunctum eminus ad ignem calefacere & tepefactoria inuncto corpore adhibere. Et absinthium & lauri folia; aut hyosciami [l] semen tritum, & rhus, deinde [m] vino albo macerata in ollam novam infundito, deinde olei quantùm vini affundito. Quibus calefactis multùm calidis, corpus & caput ungito. Postea reclinatum, perfusione per carnem facta vestibus albis, mollibus & puris contegito, ut vehementer exudet. Aquam mulsam tepidam, si eam bibere possit per os exhibeto, sin autem per nares infundito. Vinum album suavissimum & copiosissimum potui dato, quæ quotidie facienda donec sanus evadat. Distensio in posteriora eodem fere modo afficit ægrum: oritur cum circa posteriores cervicis tendones, aut ex angina, aut ex uva, aut locis ad tonsillas purulentis affectus fuerit. Interdum verò etiam ex capite cum febres supervenerint, convulsio succedit. Quin etiam & ex [n] vulneribus. Hic in posteriora trahitur & præ dolore circa dorsum & pectus urgente lamentatur. Hic vehementer convellitur, ut ægrè qui adsunt, eum continere possent, quin ex [o] cubili decidat, &c. Cum sic habuerit eadem quæ priori adhibenda. Hic morbus ad dies 40. detinet, ut longissimè, quos si effugerit, evadit. Tertia [p] distensio minus quàm priores lethalis. Ab iisdem autem causis oritur. Plerique verò ex casu in posteriora in morbum inciderunt. Sic autem afficitur æger. Corpus totum convellitur, interdum verò ad quamcumque corporis partem fortè contigerit, ea convellitur. Et primum quidem circum obambulat, deinde successu temporis in lectum decidit, rursusque dolor & convulsio remittit. Cumque surrexerit, si fortè paucos dies huc & illuc oberrarit, postea iisdem conflictatur doloribus. Atque hæc ei contingunt, & crebrò mutatur. Si quid comederit, id non nisi ægrè & [q] exustum per inferiora secedit

tionem emprosthotoni cū primo loco agat de tetano specialius sumpto; deinde de opisthotono. Tertiò denique loco de vulgari convulsione seu spasmo.

l Album hyosciamum intellige, quod *ex Dioscor.* vim habet doloris sedandi, ubi medicamentis anodynis miscetur. *Martinus.*

m Vinum suspectum est nisi inclinante morbo concessum fuerit ad materiæ reliquias suo calore resolvendas, præsertim album quod minus replet. *Martinus.*

n Magnis scilicet vulneribus, quibus succedit primùm inflammatio, deinde convulsio. *Ex Gal. ad Aph. 2. sect. 5.*

o Hoc commune tetano omni, ut præ vehementia convulsionis ægri se præcipites dent è lecto, inquit *Martinus* hic *ex Paulo Ægineta.*

p Tertia hæc differentia intelligenda de convulsione vulgari, quam hic etiam attigit Hippocrates, nequid deesset ad expositionem distensionis nervorū. Omisit verò emprosthotonon, quo homines recurvantur arcus instar, & capite ad genua reclinato quasi rotundantur, quod hæc ex opisthotono satis intelligatur. *Martinus.*

ſecedit, ſed ad pectus citiùs defertur, & ſuffocationem facit. Hunc ſi eodem modo quo priores curaveris, citò ſanum reddes. Infuſum autem ex ptiſanæ [r] coctæ cremore cum melle in alvum injicito. *Ex fine Lib. de Intern. Affect. pag.* 591. 592.

Quicunque tetano corripiuntur, in quatuor [f] diebus pereunt, ſi verò has effugerint, ſani fiunt. *Aph. 6. ſect.* 5.

Ab æſtibus fortibus convulſio, aut diſtenſio, [t] malum. *Aph.* 13. *ſect.* 7.

Nervorum diſtenſio circa lumbos, & ex atrabilariis humoribus per venas ſpirituum interceptiones ſi adfuerint, viſcera [v] ſolvuntur. *Lib. de Victu in Acut. pag.* 392.

Qui jaculo acuto in poſteriorem partem paulò infra cervicem ſauciatus eſt, vulnus quidem accepit, aſpectu quidem minimè effatu dignum. Neque enim altè penetrabat. Non longè autem poſtea ſublato jaculo diſtendebatur in poſteriora contractus, maxillæque conſtrictæ erant. Si quid etiam humidi ore contineret & devorare tentaret, in nares regerebatur, ac in reliquis deterius habebat. Altero die mortuus eſt. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1048.

Eumelo Lariſſæo crura, manus, & maxillæ riguerunt, neque extendere, neque flectere poterat, niſi quis extenderet aut flecteret. Neque maxillas diducere, niſi quis diduceret, neque alia corporis parte dolebat, &c. Vigeſimo die ſedens ſupinus decidit, & à lapide vehementer in caput percuſſus eſt, eique caligo oculorum offuſa. Non longè poſtea ſurrexit ſanus. *Ibid. pag.* 1044. [Memineris etiam Hiſtoriarum tum Critonis tum Telephani ſupra *Articulo de Digitorum affectibus adductorum.*]

NOTÆ

r Quoniam alvus pigra clyſtere opus eſt, & quoniam exuſtum ſit excrementum clyſtere refrigerante, qui habeat vim eccoproticam, quæ omnia præſtat ptiſanæ cremor cum melle. *Martinus.*

f Cum tetanus ſit peracutus morbus, in primo criticorum dierum circuitu ſolvitur. *Gal.*

t Nam ardenti febri ſuccedens convulſio fit ab exhauſto nervoſi generis, & ſuo rigore intercipit actionem muſculorum thoracis, necatque. *Heurnius.*

v Pari jure convulſio vulneri ob inflammationem ſuccedens ſanguinis miſſione ſolvenda; ut jure quis mirari poſſit obmiſſum princeps hoc inflammationum remedium ab Hippocratis Locis ſupra adductis, cum à cæteris Medicis probatum fuerit, uti & cucurbitularum applicatio circa ſcapulas, ut notat *Martinus*, qui tamen monet parca manu mittendum eſſe ſanguinem ſyncopes metu.

[a] *Tetragonium, ſtibium quorundam.*

Caput medicamento tetragonio purgandum. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 585. & 588.

a Cenſet *Martinus* hîc ex *Galeno* intelligendum eſſe ſtibium, ſeu antimonium tetragonium dictum, quod probabile ſit confectos paſtillos à quadrangulari figura dictos tetragona, Vi-

de Gorrei Definitiones recenter auctas.

a Ferulacea planta susque deque purgans. *Mathiole.*

[a] *Thapsia.*

Medicamenta quæ sursum educunt exhibeto; qualia sunt veratrum album; Thapsia, elaterium. *Lib. 3. de Morb. pag.* 494.

Thasus. Thasii.

[Fit mentio passim. *Lib.* 1. & 3. *Epid.* Thasi, quæ insula est juxta Thraciam è regione Athenarum, feracissima vini generosissimi Thasii dicti, de quo in *Potulentorum varietate actum* supra.]

a Semen Thlaspeos adeò acre, ut epotum internos abscessus rumpat, menses cieat, & fœtus enecet. *Gal. Lib. 6. de Medicamentorum facultate.*

Thlaspi.

[Passim occurrit in curatione morborum mulie-brium.

Thorax; supra *Pectus.*

a Thus in quadam Arabiæ parte, inde thurifera dicta, nascitur: ab eadem autem arbore sumuntur manna, & cortex in medicos usus. *Dioscor.*

[a] *Thus.*

[Passim inter Aromata maximè in Morbis muliebribus.]

Thymbra; supra *Satureia.*

a Thymum incidit, vehementer calefacit, urinam & menses ciet; fœtum pellit, viscera expurgat, pulmones præsertim. *Galenus. Ibidem.*

[a] *Thymum.*

Thymum calidum alvum & urinam movet, & pituitosa educit. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 329.

Tibia, supra *Pes.*

Timor, ſupra *Terror*.

Tithymalis.

I Paſſim inter purgantia.

a Tithymalorum ſpecies ſeptem *Dioſcor.* Eſulæ Officinis dictæ, dejectoriæ facultatis omnes: At quæ ab Hippocrate præſcribitur paſſim eſt tithymalis ter-ia *Dioſcoridis*, ſeu Maritima *Avicennæ*. Ex *Martino*.

Tonſillæ, vulgò [a] *Amygdalæ*.

Tonſillarum ulcera, quæ ſine febre contingunt ſecuriora ſunt. Quibus in tonſillis ulcera ſerpentia citò ſuperveniunt febribus & tuſſi perſeverantibus, periculum eſt ne ulcera recurrentia ſuboriantur. His ulcera in faucium anguſtiis periculi plena. Pueri qui effatu digna habent tonſillarum ulcera, ſi deglutiant ſalutis periculum eſt. Qui verò in tonſillarum ulceribus devorare non poſſunt, iis bilem vomitione refundere, aut per alvum prodire periculoſum. In tonſillarum ulceribus ſiquid ſit arenoſum, non bonum. Quibus tonſillæ diſtillatione tentantur, plurimùm ſubducta alvo tuſſes ſiccas diſcutit. Tonſillarum ulcera longo tempore citra augmentum manentia ante quintum aut ſextum diem periculo carent. Æſtate ſuborta pejora quàm aliis temporibus, citò enim ſerpunt. Serpentia circa vuam tonſillarum ulcera, iis qui ſervantur vocem immutant, ſerpentia circa fauces ulcera, quæ magnam moleſtiam exhibent, & acuta magis ſunt, ſæpius difficultatem ſpirandi afferunt. Carptim *ex Libello de Dentitione. pag.* 233. 234.

a Dicuntur etiam paristhmia; Græcis ἀντιάδες, glandulæ ſcilicet duæ ſpongioſæ paulò ſupra laryngem ſitæ ex utroque latere ſalivam continentes ad oris humectationem, eo fine ut lingua ſit expeditior ad ſua munia obeunda.

Tonſillæ & partes ſub lingua intumeſcentes, gingivarum & linguæ tumores, quæque id genus hoc loco contingere ſolent, eæ omnes partes ex pituita afficiuntur. Pituita autem ex capite [b] defertur. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 454.

b Defertur humor à cerebro pituitæ metropoli faucium oriſque glandulas,

Tormina, supra Dysenteria.

Torpedo [a] piscis.

Torpedinem edat, squatinam, raiam, &c. in tertiæ Tabis specie. *Lib. de Intern. Affec. pag.* 559.

a Dicitur torpedo, quòd ea vi prædita sit, ut si fuscinula aut tridente attingatur à piscatore; transmissa qualitate Narcotica per hastam ad manum eam stupefaciat statim. *Gal. Lib. 6. de Loc. affect.*

Torpor, [a] Stupor.

Venæ sunt nostri corporis spiracula cum cerem ad se trahant & in reliquum corpus deducant, ac per venulas refrigerent rursusque emittant. Neque enim fieri potest, ut [b] spiritus consistat, sed eum sursum ferri necesse est. Ubi enim Sistitur ac intercipitur, pars ea ad motionem impotens redditur. Cui rei hoc est indicium, cùm jacenti aut sedenti venulæ ita comprimuntur, ut spiritus à vena non irrumpat, statim torpor occupat. *Lib. de Morb. sacro. pag.* 287.

a Stuporis natura in obscura sensione rei molestæ consistii. *Ex Dureto. Ad Coac.* 56 Hunc autem generari modò ob sanguinis plenitudinem, incuneationem, & venarum interceptionem, modò ob pituitæ redundantiam declarant adducti Textus.

b Vocatur enim impetum faciens ab ipso *Hippocrate* ob irrequietam dimotionem.

Si plenitudo sanguinis è venis ad humerum transierit, gravitatem in manu & stuporem ac torporem inducit. *Lib.* 1. *de Morb. pag.* 441. Ubi de Carnium ac Venarum affectibus.

Virginibus maturis viro sub mensium descensum cum non satis libera appareat via, ob plenitudinem sanguinis cor obstupescit, indeque torpor, &c. supra *in Mensium suppressione. Ex Lib. de Virginibus.*

Postquam venæ pituitam in se ipsas traxerint, necesse est præ pituitæ frigiditate, sanguinem magis nunc sisti, [c] ac perfrigeratum esse, quam priori tempore; dum autem sanguis non movetur, fieri non potest ut non etiam corpus quiescat ac torpeat. *Lib.* 2. *de Morb. numero* 8. *Versionis Marinelli.*

Torpor in contraria celeriter mutatus [d] perniciem denotat. *Coac.* 56.

Ubi rigori torpor succedit, mentis alienatio [e] significatur. *Ex Lib. Prædictorum. Sent.* 39.

Rigores [f] multi cum torpore [g] maligni. *Coac.* 14.

c Sequimur versionem *Marinelli*, cum Fœsiana non ita expressè doceat torporem fieri à pituitæ frigiditate, quæ hic videtur sanguinem cogere, fixare & sistere.

d Imò si accipiantur verba ut sonant, magis terrifica insensibilitas firmiter fixa quam quæ pressa est leviter. *Ex Dureto*, cujus Consule Commentarium.

Torpores & ſtupores futuram denunciant [h] apoplexiam. *Coac.* 476.

In corporis perfrictione torpeſcentes venæ [i] ſectio lædit. *Ex fine Coac.* 491.

Fulloni cervix, caput, ſeptimo manus obtorpuit. Nono crus ſtupidum fuit, [k] tuſſis ceſſavit. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1032.

[h] Intellige paraplegiam, ut notatum *in Apoplexia.*
[i] Vide ſupra *Sanguinis miſſionis impedimenta.*
[k] Per ſeceſſum materiæ tuſſiferæ, cum tuſſes non ſecus ac febres abſceſſum facere doceat Hippocrates, ut brevi dicetur in *Tuſſi.*

NOTÆ.

[c] Delitium enim ſequitur omnes corporis intemperantias vehementiores. *Galenus.*

[f] [g] Cum rigor & torpor excitentur à cauſis contrariis, non aliter hic poſſunt concurrere quam ex emortuâ facultate in moribundis. Ut notant *Duretus & Martianus poſt Galenum.*

Tragus, [a] *Olyra*, *Secale quorundam.*

Tragus ſive olyra tritico levior eſt, & quæ ex ea conficiuntur, magis quam quæ ex tritico per alvum ſecedunt. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 324.

[a] *Cardanus* exiſtimat eſſe noſtrum ſecale, quod *Plinius* farraginem vocat. Alii volunt tragum eſſe ſiliginem: eſt autem Zeæ ſpecies. *Ex Dioſcor. & Mathiol.* Ex hac decorticata fiebat tragium Veterum.

Tranſpiratio, ſupra *Spiratio per poros.*

Tremor, [a] *Vide quæ* ſupra *in Rigore.*

Deſilientе ab extremis partibus ſanguine, & viſcera & carnes contremiſcunt. *Lib. de Flat. pag.* 276. [Vide *Textum integrum in Rigore.*

Tremoribus quæ convulſiones accedunt cum ſudoribus recidivam [b] minantur. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 4. *& Coac.* 348.

Dementiæ in quibus ægri ſunt [c] tremuli aut inveſtigantium more [d] aliquid contrectant, aut palpant, phrenitidem prænunciant. *Coac.* 76.

Quibus jam deſperatis levis tremor incidit, & vomitio æruginoſa, mors [e] propè eſt. *Ex Coac.* 62.

In intenſa phrenitide tremores [f] lethales. *Coac.* 97.

Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio [g] ſolvuntur. *Aph.* 26. *ſect.* 6.

Quibus capitis ac cervicis dolor, ac totius corporis impotentia quædam cum tremore adeſt, ab his ſangui-

[a] Motus depravatæ facultatis animalis partim à voluntate; partim ab onere editus. *Gorreus.* Cenſendus itaque partim naturalis, partim non naturalis & ſymptomaticus.

[b] Imò lethalis hujuſmodi commutatio tremoris, motus ſcilicet naturalis & quodam modo voluntarii in motum involuntarium cujus modi eſt convulſio. *Duretus.*

[c] [d] Sic eſt profectò, quantumvis leviter utrumque fiat, itaque iis admodum attentus ſit Medicus. *Duretus.*

[e] Id confirmabit Hiſtoria Theodori conjugis à nobis idcircò adducta.

[f] Omnes egregiè phrenitici fiunt tandem tremuli, ſubindeque moriuntur.

nis eruptio [h] liberat, fortassisque ista dissolvuntur. *Coac.* 170. *& Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 152.

Pithioni statim primo die tremor ex manibus, febris acuta & mentis vacillatio cœpit, quæ postridie exasperata & tertio perseveravere: quarto ex alvo pauca, syncera, biliosa transmissa: quinto inveteraverunt omnia, tremores perseverarunt. Sexto sputa varia aliquantùm rubra. Septimo os distractum. Octavo perseverarunt tremores. Urinæ à principio quidem ad octavum usque diem tenues, decolores, sublime quid innatans habentes. Decimo sudoribus provocatis, maturioribusque sputis judicatus est, & sub judicium ipsum urinæ aliquantisper tenues visæ. Post judicationem verò quadragesimo tandem die circa sedem suppuratio facta est, & in [i] stranguriam abscessus transiit. *Histor.* 1. *sect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

Theodori conjugi febricitanti, magna ab initio sanguinis è naribus profusio, spiratio crebrior, eique vix respiranti arteria sibilum quendam edebat, parvi sudores, leves dementiæ, quæ tandem in insaniam versæ, manus plerumque ad parietem vel stragulam admotæ, tremulæ tandem factæ, & sub mortem convulsionibus tentatæ septimo die. Carptim. *Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1091. 1092.

hujusmodi tremore integram cerebri alienationem significante. *Duretus.*

g Translata materia è venis in nervos, unde fit non vera solutio morbi; sed degeneratio in alium pejorem. Inquit *Galenus*.

h Hujusmodi tremor ab oppressione oritur, quam exolvit venæ sectio, ex Theoremate *Galeni* ad Historiam Pithionis à nobis subjunctam quotiescunque scilicet febris initio tremor accidit, modò vires constent, demendum esse sanguinem.

i Vide quæ afferentur infra in *Urinæ difficultate*.

[a] Trichiasis, Trichosis.

Pilos in palpebris enascentes (Trichosim vocant) punctione ex acu curaveris. *Lib. de Acut. pag.* 397.

Si voles pilos è corpore evellere vitis lachryma cum oleo inungito. Quòd si oculum depilare voles, ubi decerpseris inungito, & cum tenui cuticula discedet, ruberque & boni coloris erit. *Ex Addititiis quibusdam ad finem Lib.* 1. *de Morb. mul. pag.* 699.

a Trichiasim vocant recentiores, cum quæ per urinam feruntur villis albis similia apparuerint: Trichiasis etiam dicitur fracturæ species tenuissima quasi capillaris sensum plerunque latens, ut pluribus docet *Fæsius*.

Trifolium.

Trifolii [a] Semen ex vino propinato. *Lib. de Nat. mul. pag.* 606. & 608. ad uterum expurgandum, lochiorumque vacuationem.

a Trifolii femen & folia aqua epota pleuriticis, urinæ difficultati, comitialibus hydropicis auxiliantur, menses movent & contra serpentium ictus usurpantur, *Ex Dioscor.*

Tristitia, supra *in Melancholia morbo.*

[a] *Triticum*, [b] *Siligo*, [c] *Similago.*

Triticum hordeo valentius, & magis nutrit, minus autem alvum subducit tum ipsum, tum succus. *Lib.* 2. *de Victus rat. pag.* 323.

Frumentum & vinum sua natura tum robore & imbecillitate tum levitate & gravitate differunt. Differt etiam [d] locus à loco, ex quo ista procedunt; & *cætera in Sola adducta. Ex Lib. de Affect.* Si quid dare volueris viriun reficiendarum gratia alicam & ptisanam triticeam exhibeto. *Ibid. pag.* 543.

Similago & alica cocta validum & multum alimentum exhibent, non tamen per alvum secedunt. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 324.

a Triticum manifestè calidum, & præ omnibus cerealibus maximè nutrit, crassumque ac lentum succum gignit. *Ex Gal. Lib.* 1. *de Alimentorum facultatibus.*

b Siligo quoddam præstantioris tritici genus. *Ex Plinio & Galeno.* Unde siligineus panis dictus, Romanis maximè commendatus.

c Similago verò farina est ex communi triticeo facta, ex qua puriore pararus panis similagineus dictus, bonitate soli siligineo cedens. *Gal.*

d Sic Italicum Siculo, Siculum Germanico Gallicoque præfertur, montanum palustri, quod omnium infimum, *Cardanus. Lib.* 2. *de Sanit tuend.*

Triticum [e] *Sitanium.*

[Passim occurrit in Hippocratis libris.]

e Certum genus in Co & Asiarica Græcia nascens paucis furfuribus præditum. *Ex Gal.* At *Gorreus* existimat idem esse cum tritico trimestri, quod in subsidium annonæ vere seritur, hordeo simile quod Gallis *Scourgeon* quasi succursum dicitur, plebis necessitati succurrens.

Trypanon, supra *Capitis terebratio.*

Tubercula, supra *Phymata.*

[a] *Tumores.*

[Junge plura repetenda in Articulo de *Hypochondriis.*]

a Oedemata propriè dicti Hippocrati, *ex Gal. Comment. ad Aph.* primo loco adductum hoc Articulo.

Quibus tumores in ulceribus apparent; non convelluntur valde, neque insaniunt, & *cætera afferenda in Vulneribus. Ex Aph. 63. sect.* 5.

Si in vulneribus fortibus & pravis tumores non apparent, ingens malum. *Aph. 66. Ibidem.* [b] Molles boni, [c] crudi verò mali. *Ibidem.*

Tumores temerè præterque rationem [d] allevantes impostturam significant; quale quid in Andronici filio intrò recurrens erysipelas portendit, nisi si quid bonæ existimationis ad eundem locum recursus attulit, &c. longéque maligniora sunt quæ derepente evanescunt. *Lib. 2. Epid. in fine sect. 3. pag. 991.*

b Cujusmodi erant parotides illæ. *Lib. 1. Epid.* quæ juvenibus sine noxa evanuere. *Heurnius.*

c Id est renitentes & duri, *ex Gal.* seu cum phlegmone juncti & sine pepasmo, ut parotides rubræ, tensæ, & cancri mammatum. *Ex Eodem Heurnio.*

d Sunt enim judicatoria non judicantia, quæ perniciosa passim apud Hippocratem. Vide quæ supra in hanc Sententiam, ubi *de Crisi per abscessum.*

Turgescentia [a] *humorum.*

Turgescentiæ meminit Hippocrates maximè. *Aph. 22. sect. 1. & Aph. 1. sect. 4.* qui adducti fuerunt Articulo, *Quando purgandi, & de Glandularum affectibus.*

a Turgescentiæ nomen translatum ad eos omnes morbos, in quibus humores minimè fixi sunt, ita ut à medicamento facilè educi possint. Quà purgationis facilitate constante conceditur purgatio, etiam si adsint cruditatis signa. Ut pluribus explicat *Martianus. Ad Aph. 22. sect. 1.*

Turtur.

Palumbis caro siccissima, deinde columbæ, tertio loco perdicis; galli; ac turturis. *Lib. 2. de Vict. rat. pag. 326.*

a Turtures perdicum probitati propius accedunt. *Ex Gal.* Addit *Cardanus ex Avicenna*, earum carnem mirabili proprietate ingenium acuere, & venerem irritare: præcavendum tamen esse à præpinguibus.

[a] *Tussis.*

Ubi deorsum delata pituita spiritui ascendenti occurrerit, tussis supervenit, & pituita supernè rejicitur. Quibus ita se habentibus fauces exulcerantur & incenduntur, calefactæ verò humorem ex capite attrahunt; caput autem à reliquo corpore assumens, iis transmittit. Cum igitur sic fluxio fluere cõsueverit, meatusque velut in torrentis alveum excalvati fuerint, ad pectus quoque transfundunt. Acris autem existens pituita, & in carnem erumpens venas exulcerat & refringit. *Lib. de Flat. pag. 278.*

a Est efflatio vehemens, qua quicquid spirandi instrumentis molestum est, natura expellere conatur. Motus scilicet depravatus actionis animalis, morricis, ut & sternutamentum, pandiculatio, horror, licet quidam reducant ad actionem naturalem. Irritata tamen natura à causa morbifica. Alii partim naturalem, partim animalem existiment, de quibus consulendus *Laurentius* in *Quæstionibus* . . .

Tusses

Tusses hyeme fiunt, maximè verò Austrino [b] cæli statu crassa & copiosa screantibus febres succedunt, feréque die quinto cessant. Tusses autem sub quadragesimum quale quid Hegesipoli contigit. Quibus calores multi interdùm cessant, iis non toto corpore, sed vel circa cervicem, aut sub alis, aut ex capite tenui dimanante sudore desinunt. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1102.

Vere [c] gravedines, raucedines, tusses. *Aph.* 20. *sect.* 3. fiunt & in tempestate [d] Aquilonia. *Ibidem. Aph.* 5. fiunt ex frequenti Australium ac Borealium ac nivosorum temporum transmutatione, ut declarabitur in *Tussi epidemia.*

Frigida qualis nix & glacies tussi inimica [e] tusses movent, & sanguinem & distillationes. *Aph.* 24. *sect.* 5.

Quibus plurimùm siccæ tusses leviter irritantes in febribus ardentibus fiunt non multùm [f] siti infestantur. *Aph.* 54. *sect.* 4.

Tusses siccæ parùm irritantes per febres ardentes pro ratione siticulosæ non sunt, neque linguas exsiccant, siquidem non à [g] malignitate, sed à vento accidunt. Quod inde liquebit. Cum enim loquuntur, vel ore sunt adaperto tunc tussiunt, alioqu minimè. Hoc autem in febribus [h] laboriosis minimè evenit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 2. *Text.* 16.

Tusses [i] non situs ac febres abscessus excitant. *Lib. de Humoribus. pag.* 62.

Quibus tussis nil elidit & sicca est, ea non nisi coxendicum valido dolore, & crurum aut testium solvitur. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 5. *pag.* 994.

Quæ ex tussi abscedere nata sunt, si in superiore capitis parte, quæ supra ventrem est fiant, non [k] æquè perfectè laborant. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 1. *pag.* 979.

Cum tusses invaserint [l] superbibendum, & quàm maximè excreandum, & potius humectandum ut pulmo humidior redditus facilius & citius sputum ejiciat, & tussis minus vexet, &c. *Lib.* 3. *de Morb. pag.* 406. 407.

Quidam ex via delassatus imbecillitate & gravitate

b Quo caput gravatur. *Ex Aph.* 5. *sect.* 3.

c Etenim nuper dictum Articulo de *temporibus. Ex Gal.* ver exercitationis instar, si corpus purum inveniat purius reddere; si verò repletum humoribus ex eorum agitatione varios morbos parere.

d Hæc enim humores è cerebro in pulmones exprimit.

e Quoniam frigidus aer attractus aut à potu frigiditas pectori communicata mordet, ex quo irritatione ipsius expultrix, motum illum ciet qui tussis dicitur. *Mercurialis.*

f Sitiunt quidem, sed non pro febris ratione.

g Malignitatem intellige *ex Gal.* seu ferinæ distillationis è capite seu latentis in pectore ulceris vel empyematis.

h Laboriosas febres ab externis lassitudinibus ortas ea ratione quod tussiculosæ essent se deprehendisse affirmat *Gal.* hic.

i Tusses siccas intelligit *Duretus* hic, quæ abscessum faciunt per materiæ decubitum vel in articulos vel testes, ut patet, & *Articulo Sequenti.*

k Positum enim supra in *Crisi per abscessum*, eum fore optimum qui fiat infra ventriculum longè à morbo.

l Ideò commendat Hippocrates. *Lib. de Acut.* vinum dulce, maximè verò aquam mulsam quæ pul-

monem emollit, sputum educit, tussim sedat, & sitim minus infert quàm vinum.

m Magnam Interpretum dissensionem hic notat Gal. circa tussim ex vertice, nonnullis ex solo capite fieri dicentibus non affectis in hoc rariore casu pulmonibus. Aliis verò ex vertice ea tantùm ratione factam tussim volentibus, quòd non solùm ex capite facta sit distillatio tussis causa, sed ea præsertim capitis parte quam verticem dicimus.

correptus expuit. Tussis enim ex capitis [m] vertice aderat. Febris acuta ad manum aliquantùm mordens erat. Secundo verò die capitis gravitas erat, lingua exusta est, nares unguibus scalptæ sanguinem non profuderunt; lien parte læva tum magnus, tum durus, dolore tendebatur. *Lib. 6. Epid. sect. 6. Text.* 8.

Tussis epidemica maligna.

a Singulis seculis, frequentioribusque temporum intervallis observatæ fuerunt epidemiæ tusses, quarum exempla invenies apud *Schenckium*, vocanturque Gallis hujusmodi tusses *Quinte & Cocqueluche*.

Circa brumam decimo quinto aut vigesimo die ex crebra ventorum Australium & Borealium, nivosorumque temporum mutatione tusses [a] cœperunt, partim longiores, posteaque crebræ pulmonum inflammationes. Rursus ante Æquinoctium plerisque reversiones fiebant, quadragesimo ut plurimùm ab initio die, & nonnullis breves admodum ac judicatu faciles extiterunt. Quibusdam verò faucium inflammationes aderant, aliis anginæ, quibusdam etiam partium syderationes: aliis (pueris præsertim) nocturnæ cœcitates (nyctilopes vocant) contingebant. Pulmonis autem inflammationes breves admodum fuere, &c. Anginæ autem & partium syderationes aut duræ & siccæ erant, aut parvæ, & rarò matura educentes; nonnullis etiam multùm educebatur. Qui igitur plus voce laborabant rigore corripiebantur; iis tusses in anginas desinebant potissimùm. Qui verò manu laborabant, manuum tantùm resolutiones habuerunt. Qui autem equitarunt, aut plurimùm viæ confecerunt, aut alioqui cruribus laborarunt, iis lumborum ac crurum impotentiæ ex resolutione obortæ sunt, & femorum ac tibiarum lassitudo. Durissimæ autem & vehementissimæ tusses erant, quæ ad partium syderationes deducebant. Ista quidem omnia in reversionibus fiebant. Per initia verò non admodum. Cæterum mulieres non æquè ac viri tussi conflictabantur, quòd non perinde ac viri in publicum prodirent, & quod nequaquam

perinde ac viri morbis tentantur. *Lib. 6. Epid. sect. 7. pag.* 1072. 1073.

Typhomania.

Quidam post Vergiliarum occasum verâ typhomania (qui [a] affectus ex phrenitide & lethargo mixtus est) correptus; ubi ad coxendicem & crura dolor venit, quievit. *Lib.* 4. *Epid. pag.* 1025.

a In quo delirant ægri & sommiculoso vexantur comate ex bilis & pituitæ permixtione *Gal. in Comment. Preth.*

[a] *Typhus multiplex.*

Typhus primus invadit æstatis tempore cum Canis sydus oritur bile per corpus agitata. Statim [b] igitur febres vehementes eum corripiunt, & gravis ardor, & cum gravitate imbecillitas, crurumque ac manuum impotentia, quæ nullum ei usum præstant. Venter perturbatur, & quæ evomuntur graveolent, vehementia tormina accedunt, rectus stare nequit, neque oculis suspicere, &c. Hic septimo, aut decimo quarto judicatur. Multi ad vigesimum quartum diem perveniunt. Ei celeriter eadem remedia quæ morbo laterali exhibenda. At pauci evadunt.

a Typhus est stupor totius corporis ab humorum redundantia procedens cum impotentia movendi & sentiendi. *Martinus.*

b Est igitur typhus primus febris continua circa Caniculam, quãdo propter summam naturæ infirmitatem id accidit, ut corpus totum sit torpidum & stupidum *ex eodem Martino*, qui censet hunc diferre à febre typhode, quæ non sit ita vehemens. At *Duretus ad Coac.* 126. *Lib.* 1. censet typhum hunc esse speciem lipyriæ febris.

Secundus omni tempore invadit. Ex corporis autem [c] humiditate oritur, cum cibos humidos & copiosum potum carnes exorbuerint, & flaccidæ extiterint. Per exordia febris tertiana aut quartana oriri incipit, dolor vehemens capiti advenit, & interdùm in corpore intermittit, & salivam evomit, crebrò ructat, oculos dolet, vultus exalbescit, & Apuæ colorem refert, ad pedes tumor laxus defertur. Interdum totum corpus intumescit, & ad pectus & dorsum aliquando dolor excurrit, venter conturbatur, plerumque fauces inflammantur. Hic cum sic habuerit, & erectæ cervicis respiratio contigerit, frequenter derepente intra septem aut quatuorderim dies perit.

c Typhus hic interdum habet conjunctam cachexiam; differt tamen quod crudi humores impleant magis parenchymata in typho. In cachexia magis corporis habitum *ex Martino.* Adde typhum comitem habere febrem acutiorem frequenter intra septimum aut decimum quartum diem lethalem.

Tertius [d] gignitur cum bilis putrefacta sanguini per venas & arterias permixta fuerit. In articulis ve-

d Tertius hic affinis est arthritidi, differt tamen quòd consistat in decubis

rò præcipuè consistit, quandoque etiam in totum corpus decumbit, doloresque acutos exhibet. Plerique ex hujusmodi morbo claudi evadunt. Ubi bilis in articulos retenta in totum obduruerit, dolor verò intermittés per tres aut quatuor dies invadit, &c. sex mensium spatio sanatur; intra quos an sit lethalis nec ne judicatur.

Quartus oritur [e] Autumnalium fructuum tempore, cum quis iis se expleverit. Plerisque verò ex inexplebili placentarum ex sesamo, aliorumque ex melle dulciariorum esu. Mel enim coctum in ventriculo ardorem excitat, eique affigitur, deinde effervescit, venterque derepente attollitur, incenditur, & disrumpi videtur. Deinde alvi profluvium derepente contingit; ex quo per plures dies perseverante multi sanantur, &c.

Quintus [f] gignitur cum corporis humidum putrefactum & plus æquo resiccatum fuerit; &c. in corpore præcipuè claviculæ extenuantur, & vultus vehementer gracilis est, oculique admodum cavi. Quòd si color niger extiterit, causa est ab atra bile venas & cutem subeunte. Cumque his calor supervenerit, venulas à calore exuri & resiccari necesse est, ac proinde sanguinem per venas excedere. Hic tenuis & vehementer gracilis evadit; oculis rarò nictatur, muscas in stragulis sectatur, cibis magis gravatur quam sanus; lychni extincti odore gaudet. Frequenter in somnis seminis profluvium patitur, eique frequenter inter eundum genitura effunditur. Huic ventrem superiorem veratro nigro [g] purgato; inferiorem verò scammonii succo. At post purgationem eadem quæ cæteris dato, & serum, lacque bubulum, aut caprinum si anni tempestas ferat, exhibeto. Lac etiam asininum decoctum ut aliquantùm purgetur, dato. Sic curatus intra biennium ferè sanus evadit. Hic autem morbus viginti annis [h] majores prehendit. Carptim. *Ex Lib. de Intern. Affect. pag.* 580. 581. 582. 583.

NOTÆ.

tu vel rheumatismo humores biliosi putridi atque sanguinei in articulos ac venas, unde motionis difficultatem oriri necesse sit; at in arthritide articulorum spatia primò ac per se fluxionem recipiunt. *Ex Eodem Martino.*

e Hæc typhi species consistit in ardore quodam, quem humida materia diætæ vitio contracta suscepit, fumosumque calorem in partibus ad ventrem attinentibus excitavit cum alvi profluvio, si à fructibus cum adstrictione, si à placentarum esu sui ortum duxerit. *Martinus.*

f. Postremus hic affinitatem habet cum ascite, eo tamen discrimine, quòd in ascite sit tumor, in typho nullus; adeò ut nil aliud is sit quam totius corporis attenuatio sese resolvẽtis in serosum excrementum vi caloris ignei & putridi, quod excrementum perpetuò exudans nec solidas partes ullo modo nutriens ipsas siccissimas reddit. *Martinus.*

g Hoc enim etiam aliquando per vomitum purgat, ut confirmat ex aliis Hippocratis Locis *Martinus.*

h Cum hic morbus consistat in calore violento corpus colliquante vix potest contingere ante vigesimum annum, inquit *Martinus*, ex cujus notis ad quartum typhum colligere est omnem typhum constituere quandam speciem febris continuæ quæ è diametro sit causo opposita sub eodem genere, cum causus fiat à serosis humoribus biliosis & acribus corpus exsicantibus. Typhus omnis ab humore superfluo exundanteque, à quo corpus πλάδαρ redditur, idest flaccidum ac laxum, ut explicat hanc vocem *Foesius*.

V

Vacuatio, Evacuatio.

Corporis evacuatio fit cursu, [a] quiete, palæstra, multis obambulationibus velocibus. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text. 2.*

Quicunque morbi fiunt ex repletione, curat evacuatio; & quicunque ex evacuatione repletio, & aliorum [b] contrarietas. *Aph. 22. sect. 2.*

Quæ evacuantur non sunt multitudine æstimanda, sed si talia dejiciuntur, qualia conveniunt, & ægri facilè tolerant. Atque ubi ad animi [c] deliquium usque vacuare expedit, faciendum, si æger possit tolerare. *Aph. 22. sect. 1. & Lib. de Humoribus. pag. 60.*

Evacuationes quæ ad extremum deducunt, periculosæ *ex fine Aph. 3. sect. 1.* Plurimùm atque repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel quovis alio modo corpus movere, periculosum. Quoniam omne nimium naturæ [d] inimicum, sed quod paulatim fit tutum est, maximè cum ab altero ad alterum transitus fit. *Aph. 51. sect. 2.*

a Manifestum est intelligendam esse hic vacuationem insensibilem per poros, & qua ratione comparetur corporis quiete, quæ cæteris causis hic appositis adversatur non ita liquet, nec explicat *Galenus in Commentario:*

b Notat *Mercurialis* hic explicari celebratissimam illam Sententiam *ex Lib. de Flat.* desumptam (contraria scilicet esse contrariis curanda.)

c Intellige deliquium quod accidat ipsius vacuationis excessu non ex ægri formidine, non ex acutiore stomachi sensu, aut aliqua occasione manifesta. *Ex Gal.* addit *Martianus* multum referre ut accersatur deliquium omni arte etiã ex moderata vacuatione ut sistanti vel sedenti data opera trahatur sanguis, sic enim mirè refrigerat totum corpus, miréque dolores sedat.

d Ut supra patuit Articulo de *de Mediocritate.*

Vacuationum in genere, delectus & opportunitas.

Supra septum transversum dolores [a] purgatione indigere per [b] superiora significant; quicunque verò inferiora molestant per inferiora. *Aph. 13. sect. 4.*

Non [c] febricitantibus si tormina acciderint & genuum gravitas & lumborum dolor, purgari inferius oportere Significatur. *Ibid. Aph. 20.*

a *Galenus* addit vulgatæ huic lectioni tria sequentia verba (qui purgatione indigent.) Sunt enim plures partium superiorum affectus, quibus magis convenit sanguinis missio.

b Cautè explica. Quis enim in doloribus thora-

Medicari æſtate ſuperiores magis, [d] hyeme verò inferiores. Graciles & facilè vomentes purgare ſuperius, caventes hyemem; vomentes verò [e] difficulter bene compoſitos per inferiora, caventes æſtatem. *Aph.* 4. *Lib.* 6. & 7. *Epid.*

Tabidos verò caventes [f] ad ſuperiores purgationes. *Aph.* 8. *Ibid.*

Melancholicis verò plenius, [g] inferiores eadem ratione contraria apponentes. *Aph. Nono. Ibid.*

Quæ ducere oportet quò maximè natura vergit per loca [h] conferentia ducere oportet. *Aph.* 21. *ſect.* 1.

Per ſuperiora purgatio ei commoda eſt, qui ſine febre cibi faſtidio, aut ventriculi morſu, aut tenebricoſa vertigine torquetur, aut cui [i] os amarum eſt, & in ſumma omnibus ſupra ſeptum-tranſverſum doloribus. Per inferiora verò ubi citra febrem tormina detinent, lumborum [k] dolor, genuum gravitas, menſes ægrè prodeunt, & dolores ſunt in partibus ſepto inferioribus. In medicamentorum autem potionibus vitandi ſunt qui probè valent, præcipuè [l] verò nigri & humida [m] carne præditi, ſubſicci [n] balbi, blæſi, &c. *Libello de Veratri purgatione. pag.* 1171.

Morbi per eam partem cui maximè vicini eſſe ſolent [o] educendi, qua ſcilicet ſingulis proximus eſt exitus. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 420. In doloribus leniendis proximum ventrem purgare ſanguinis venam ſecare oportet. [ſeu ex communi Verſione) proximum ventrem purga, proximum vas ſeca. *Lib.* 6. *Epid. ſect.* 6. *text.* 7.

Ventrem ſuperiorem per vomitum purgato. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 579.

Ventres in morbis medicamento purgante ſubducere convenit quinto [p] die, ubi concocta fuerint. Inferiores quidem, ubi materiam conſiſtentem cognoveris (cujus rei ſignum eſt, ſi neque anxieta neque, te capitis gravitate ægri divexati fuerint) cũque calores mitiſſimi fuerint, & ubi poſt acceſſiones deſierint. Superiores verò in ipſis acceſſionibus. Tunc namque ipſi etiam in ſublime elevantur, ubi ægri anxietatem & ſuperiorum partium

NOTÆ.

cis, oculorum, faucium, capitis audeat exhibere vomitoria, quibus magis exarcerbantur. *Mercurialis hic.*

c Febre eſſentiali ſcilicet; vix enim fieri poteſt quin adſit febris diaria *Mercurialis.*

d Agit de vacuatione univerſali totius corporis, non de vacuatione particulari à pituita, quæ ſex hybernis menſibus bis molienda. *Ex Hippocrate. Lib. de Salutari Diæta. Ex Communi Interpretum calculo.*

e Mediocriter carnoſos. *Ex aliorum Lectione.*

f Imò inquit *Martianus* hic, nil apertius in Hippocratis doctrina quàm tabe laborantes non eſſe deorſum purgandos, ſiquidem ſupprimatur inde ſputum & alvi profluvium accerſatur, quo nil deterius phthiſicis. Licet autem iis etiam commoveatur pulmo à vomitorio, minus tamen læditur, quod hujuſmodi commotioni ſit aſſuetus, ex tuſſis frequentia. Aliunde verò iis prodeſt vomitio ob materiæ antecedẽtis vacuationem: interpretatur itaque Aphoriſmum, non de actu tabidis, ſed de corporibus ad tabem diſpoſitis.

g Quòd gravis humor & craſſus ex ſe in inferiores partes inclinet. *Galenus.*

h Sin minus naturæ motus prohibendus per loca conferentia. *Galenus.*

i His enim caſibus ſtabulatur cacochymia circa ſtomachum, ſuoque motu ſupernam vacuationem indicat.

k Lumborum partimque inferiorum dolores & genuum gravitas humoris in-

gravitatem ſentiant. Idcirco verò in principiis [q] purgandum non eſt, quod in hujuſmodi temporibus per ſeſe purgentur, aut cunctatio periculoſa. *Lib. 7. Epid. pag.* 1102. 1103.

Vaſorum [r] inanitio ſi talis fiat qualis fieri debet, confert & benè tolerant, ſin minus contra. Inſpicere itaque oportet, & regionem, & tempus, ætatem, & morbos quibus conveniat aut non. *Aph. 2. ſect. 2.*

In morbis debilibus [f] medicamenta valentia minimè exhibenda, neque imbecillitas medicamenti, paucitate metienda eſt. Sed in valentibus natura, valentibus medicamentis utendum. Debilibus verò non valentia exhibenda. Neque medicamentum [t] transmutandum, ſed ſingulis ſecundùm ſuam naturam exhibendum. Ita ut debilibus quidem debilia medicamenta, valentibus valentia exhibeantur. Morbi autem per eam partem cui vicini ſunt educendi, &c. *Ex text. Lib. de Locis nuper adducto.*

Cum morbi inchoant, ſiquid movendum videtur, move. Cum verò conſiſtunt ac vigent, melius [v] eſt quietem adhibere. *Aph. 29. ſect. 2.*

Qui per initia morborum inflammationes medicamento purgante ſolvere tentant, ii de inflammata parte nil trahunt, cum nil [x] cedat quæ cruda eſt affectio, *& cætera ſupra in Purgatione adducta.*

Quibus venæ ſectio vel purgatio cum medicamento convenit, hos vere purgare, vel venam [y] incidere oportet. *Aph. 47. ſect. 6.*

clinationem oſtendunt in alvinas partes.

l Quod forſan exiſtimet nigros omnium maximè ſanos.

m n Humida carne præditi ſunt ob rationem differentem purgationi minus idonei uri balbi & blæſi, quòd ſcilicet facilè alvi profluvio corripiantur, itaque metuenda in iis ſuperpurgatio.

o Vera Sententia ubi agitur de morbi præſentis curatione, non autem de imminentis præcautione, quæ fieri debet per revulſionem, ut ſolet longè à parte affecta. *Martianus.*

p Hæc quinti diei expreſſio rejicitur à *Marinello &* à *Martiano* tanquam adtitia temerè.

q Quòd Auctor hujus Libri prohibet in principiis purgationem magnam, ſuſtinet difficultatem de qua conſule Annotationem *Martiani.*

r Seu per venæ ſectionem, ſeu per inediam, ſeu quavis aliam rationem, qua vaſa depleri contingit quæ eatenus probatur quatenus humorem noxium non alvum educit. *Galenus.*

f Leviter affecti naturæ vivendique legibus ſunt committendi, quos enim ſponte natura perſanat, fruſtra medicina fatigat. *Fernelius. Lib. 3. Meth. cap. 12.*

t Stante eo quod ab initio viſum eſt. *Ex Aph. 52. ſect. 2.*

v Aphoriſmum interpretatur *Galenus* ea ratione, ut non minus abſtinendum ſit venæ ſectione quàm purgatione in ipſo vigore, licet *Hippocrates ipſe Lib. de Intern. Affect.* in varice pulmonis venam ſecet urgente maximè dolore. At ſic conciliat locos *Martinus. in Comment.* quòd licet vigeat dolor, æger tamen adhuc fuerit in principio morbi. *Martianus* verò interpretatur Aphoriſmum de ſola purgatione per inferiora.

x Peccant ergo qui in inflammotionibus præmittunt purgationem ante venæ ſectionem. *Galenus.*

y Quod confirmat *Galenus* exemplis viri melancholici, mulieris canceroſæ, & elephantici vernis purgationibus iis morbis liberatorum.

a Quæ interiorem in partem vergunt valga; quæ in exteriorem vara vocantur, ex Fœsio, qui sic legendum censet apud Galenum, Comment. 3. Lib. de Articul. Fit autem hoc vitium ex imbecillitate, dum enim inferiores partes nequeunt sustinere, superiores, facilè pervertuntur. Gorreus.

Valgi, [a] Vari.

Quibus à primo ortu crus varum efficitur, eorum plerique curari possunt, nisi magna admodum emotio extiterit, aut etiam pueris paulò ætate provectioribus ista contigerint: quam citò igitur iis curationem adhibere oportet, ea autem peragitur ceratis, spleniis, fasciis, soleis tum ex corio, tum ex plumbo, tum calceis plumbeis. Carptim *ex Lib. de Articul.*

Quibus femoris & tibiæ articulus excidit in interiorem partem, ii valgi magis evadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem in exteriorem partem excidit, ii vari magis, claudi verò minus efficiuntur. Crassiore autem ossis parte gestantur, & interioribus partibus imminuuntur, &c. *Ibid. pag.* 863. 864. 877.

Varix pulmonis, *supra in Pulmonum affectibus.*

a Notat *Martinus ad Text. 5. Lib. de Intern. Affect. Ex Paulo & Aetio* quinque omnino sedes varicis in corpore, tempora scilicet, partes infra umbilicum, testes & scrotum, crura, & denique oculorum palpebras.

b Cum linguæ hæsitantia sit melancholica affectio *ex Aph. 40. sect. 7.* Nil mirum eam solvi à varice, adde præterea sympathiam partium vocalium cum testibus.

c Sumitur hic passimque apud Hippocratem pro delirio melancholico.

d Ut melancholicis & sine febre insanientibus.

e Deposito humore ex capite ad crura & venas hæmorrhoïdales.

Varix extans [a] in cute.

Ex linguæ hæsitantia liberat [b] varix ad dextrum aut sinistrum testem enatus, & absque horum altero solvi non potest.

Balbus verò calvus, & qui inter loquendum hæret, aut corpus hispidum habet, morbis conflictantur melancholicis. *Lib. 2. Epid. sect. 5. ferè initio.*

Varices qui in calvis apparent, nisi magni fuerint, furorem [c] iis portendunt. *Ibidem. Circa finem sectionis.*

Insanientibus [d] si varices vel hæmorrhoïdes supervenerint, insaniæ [e] solutio. *Aph. 21. sect. 6.* quicunque calvi fiunt, his magnæ varices [f] non fiunt. Quibus verò calvis varices magnæ superveniunt, hi rursus capillati fiunt. *Aph. 34. Ibidem.*

Quæ ex superioribus partibus infra jecur distribuuntur,

qualia quæ in testes & varices decumbunt, an secundùm directionem laterum fiant; [g] considerandum. Carptim, *ex Text.* 10. *sect.* 2. *Lib.* 6. *Epid.*

Quibus vertebræ infra septum transversum in gibbum curvantur, earum quædam varicibus subortis solvuntur, magis autem quibuscunque spina in gibbum attollitur, qui in poplitis vena suboriuntur [h] varices exolvunt. Fiunt quoque & in ea vena quæ est ad inguina. *Lib. de Articul. pag.* 841.

Ubi varix anteriorem tibiæ partem occupat, aut conspicuus est, aut carne tegitur, nigricatque pars tibiæ anterior, & sanguinis detractionem expetere videatur; ista scalpello [i] pertundi nullo modo debent. Plerumque enim ex incisuris ob influxum ex varice magna ulcera fiunt; verùm varix ipse locis multis prout videbitur [k] compungendus est. *Lib. de Vlceribus. pag.* 907.

f Exuitur enim caput capillis à pravis succis, qui si in crura deponantur, reviviscunt pili. *Heurnius.*

g Quærere videtur Hippocrates an ea quæ ex superioribus ad inferiora ut testes vel varices deferuntur, è directo demitti melius sit. Inquit *Galenus* hic.

h Existimat itaque Hippocrates gibbum contrahi ab humore melancholico, quem obortus in tibia varix, maximéque in poplitis vena, liberet.

i k Non existimat Hippocrates secandam esse venam varicosam magna fissura, ne fiat magnum ulcus propter varicis influxum, sed varicem ipsum alias atque alias compungendum esse sensim scilicet & sine periculo, ut pluribus explicat *Fabritius ab Aqua pendente.*

Vasorum inanitio, nuper *in Evacuatione.*

Venæ : [a] *Venarum origo, distributio, usus.*

Venerarum origo [b] tanquam radix hepar est, & arteriarum cor. Ex his per omnia sanguis & spiritus pervagatur, calorque per hæc permeat. *Lib. de Alimento. pag.* 362.

Sanguinis certè fons est [c] cor, pituitæ caput, aquæ lien, bilis locus in hepate, &c. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 502.

Trahit cor ad se quod sanguineum est, &c. Cum enim sit res solida quædam & densa, ex eo venæ cavæ jugulares dictæ feruntur in quas quod sanguineum est confestim transmittitur. *Ibidem. pag.* 506. Venæ multæ & crebræ, aliæ quidem tenuiores, aliæ crassiores per totum corpus feruntur. Hæ dum homo vivit aper-

a Venæ nomen Hippocrati Veteribusque commune fuit, tum venis propriè dictis, tum arteriis, licet Hippocrates has vocet interdum venas pulsatiles, illas verò venas quietas. *Laurentius.*

b c Idem *Laurentius* *Quæst.* 1. *Lib.* 2. demonstrat si exactè loquamur, nullum esse originis venarum principium, quòd ex ipso Hippocratis Textu infra adducto nullum sit circuli principium. Admittit verò in venis duplex principium radicationis scilicet & distributionis, quo utroque nomine demonstrat adversus Aristotelem Philosophosque & *Vesalium* inter Medicos hepar hanc habere dignitatem, non autem cor; lie-

tæ ſunt, & novum humorem excipiunt & emittunt, & mortuo connivent, & extenuantur. *Ibidem. pag.* 507.

Duæ ſunt à corde venæ [d] cavæ, & hæc quidem arteria, illa vena cava nominatur, juxta quam cor ſitum habet. Arteria verò calidi plus continet quam vena, & ſpiritus penus eſt, &c. At ut uno verbo comprehendam à vena cava & arteria, reliquæ venæ in totum corpus diſperſæ ſunt. *Lib. de Carnibus. pag.* 208.

Venarum craſſiſſimarum in corpore paria quatuor, *Lib. de Nat. Hominis. pag.* 178.

Arteriæ quidem à corde purum ſanguinem & ſpiritum recipiunt; venæ autem & ipſæ à corde ſanguinem ſumunt, per quas cordi diſtribuitur, ſed jecur cordi affatim ſuppeditat. *Libello de Corporis ſtructura.*

Venæ per corpus diffuſæ, [e] ſpiritum, fluxionem, & motum exhibent, ab una multas propagines emittentes, atque hæc una inde, ubi initium ſumat & ubi deſinat; non mihi ſatis compertum eſt, circulo enim facto principium non invenias. *Lib. de Oſſium natura. pag.* 247.

Hi ſunt humanæ naturæ fontes, hincque flumina excurrunt, quibus corporis alveus irrigatur, atque hæc vitam homini conferunt, & ſi [f] reſiccata fuerint, homo perit. *Lib. de Corde. pag.* 238.

Venæ ſunt corporis noſtri ſpiracula, cum aerem ad ſe trahant, & in reliquum corpus deducant, *& cætera in Torpore adducta. Ex Lib. de Morb. ſacro. pag.* 287.

Omnes venæ [g] inter ſe communicant & mutuò confluunt. *Lib. de Loc. in Homine. pag.* 401.

Quibus venæ latæ ſunt iis ventres [h] & oſſa quoque lata ſunt graciléſque exiſtunt, quibus repugnant obeſi & pingues. *Lib. 2. Epid. ſect.* 1. *pag.* 980.

Venarum [a] *morbi.*

Quicunque à venis morbus oritur, is levior eſt quàm qui à nervis. Defluit enim unà cum humore in venis contento, neque quieſcit. Venarumque ea natura eſt

---

NOTÆ.

cet enim ſic dicatur ſanguinis fons. Id ea ratione accipiendum quòd in nulla alia corporis parte inſit cavitas, quæ tantam ſanguinis copiam contineat ac cor.

d In cordis baſi vaſorum quatuor inſignium apparere oſtiola aortæ, ſcilicet arteriæ venoſæ, venæ arterioſæ & venæ cavæ, conſtat, quorum forſan ratione dicitur ab Hippocrate ſanguinis fons.

e Harum diſtributio minutius deſcribitur. *Lib.* 2. *Epid. ſect.* 4.

f Exemplum affert *Fernelius* ægri cujuſdam diuturno languore perempti, cui ſanguis univerſus in venis concreverat, adeo ut coralii modo fruticans illiac exemptus fuerit.

g Nec modò venæ inter ſe communicant, ſed etiam venæ cum arteriis, maximéque in pulmonibus. *Laurentius. Lib.* 8. *Quæſt.* 25.

h Omnes ſcilicet corporis cavitates, ſunt etiam graciles ob caloris immoderationem.

a Venæ quatenus ſunt partes ſimiles corripiuntur morbis ab intemperie calida, unde *Areteus* tractat de venæ phlegmone; ſicca ur in cauſo ex venarum ſiccitate; humida in

ut humorem contineant & carnibus distribuant. *Lib. de Locis in Homine. pag.* 401.

Si convulsio in vena facta sit, hæc quidem per exordia dolorem excitat & pulsat, progressu autem temporis ad carnem transmittit sanguinem, qui in corpore putrescens in pus vertitur. *Lib.* I. *de Morb. pag.* 441.

Venula sanguinis multitudine calidior effecta æstuosum quiddam producit. *Lib. 6. Epid. sect. 6. Sent.* 2. *pag.* 1070. [Hæc Sententia adducta fuit supra in *Arteria*, ad quam pertinet. *Ex Gal.* ut ibi notatum.]

Venæ magis quam carnes trahunt, quanquam etiam carnes trahunt. *Ibidem.*

catarrho ex venarum colliquatione, *Lib. de Aere, Locis & Aquis*; frigida denique unde frequens anasarcha; quatenus verò sunt organa habent etiam morbos duplicis differentiæ, quosdam scilicet ad conformationem pertinentes ut varices ex earum dilatatione, obstructiones & adstrictiones, alios tandem communes in solutione continui, consistentes ex rarefactione, erosione, ruptione, & apertione. *Martinus ad Text.* 19. *Lib. de Intern. Affect.*

Quod attinet ad ea quæ in venis fiunt, ipsa quidem vena in quantum convellitur loco manet. Quando convulsa fuerit (quod contentione & vi accidit) similis fit varici: incalescit autem & ad se vaporem quendam humidum attrahit, qui ex bile & pituita provenit; cumque sanguis & humiditas de carne permixta fuerint, incrassescit sanguis, ipseque multis modis qua parte venam convelli contigit, se ipso morbosior & longè instabilior evadit. Cumque copiosior extiterit, plenitudo quolibet transfertur, doloremque gravem adfert, ita ut quibusdam ruptum loco migrasse videatur. Quod si ad humerum transierit, gravitatem in manu & stuporem ac [b] torporem inducit, & si in venam incubuerit, aut ad humerum & dorsum tendat, confestim plerumque dolor sedatur, &c. *Lib.* I. *de Morb. pag.* 442.

[b] Notatum siquidem supra suo loco torporem induci à venarum plenitudine ob transpirationis impedimentum.

Ex renum [c] morbo invadit magnus venarum cavarum morbus, qui à capite juxta jugulares, per spinam ad talum exteriorem, & intermedium pollicis locum feruntur. Oritur ex bile & pituita cum ad venas [d] influxerint. Venæ autem cum sanguine refertæ sint, si quid alieni ad eas pervenerit malè afficiuntur. Sic igitur afficitur, si dextra parte morbus est, per exordia ex coxendicis acetabulo dolorem exhibere incipit, &c. deinde dolor ad inferiora descendit; cumque ad

[c] Quòd scilicet renis diuturno affectu emulgentia vasa debilitentur & per eorum sympathiam vena cava. *Ex Martino.*

[d] Hincque plures affectus oriuntur rheumatismi vulgò dicti.

malleolum pedis externum & pollicis intermedium pervenerit, rursus [e] ad caput fertur, ubique in eo ulcus constiterit, vehementer riget, sibique caput disrumpi videtur. Oculi pituita, totumque corpus implentur. Huic post purgationem ex elaterio etiam scapulam dextram inferiorem quatuor crustis inurito, coxendicis dextræ acetabulum tribus, inferiores nates duabus, genu superius una, & [f] malleolum superiore parte una, &c. Alius ex vena sinistra. In reliquis quidem eadem multitudine quæ etiam prior patitur, sed in [g] lienem confestim & per morbi exordia dolor acutus decumbit, &c. Carptim. *Ex Lib. de Intern. Affect.* *pag.* 563. 564.

e Palindromem ab imo pede & inferioribus partibus ad usque summum caput excitari posse ostendunt Historiæ Critonis; *sect.* 3. *Lib.* 1. *Epid.* neptis Temenei. *sect.* 1. *Lib.* 2. & filii Harpalidæ relatæ *Articulo de Digitis.*

f Hac Hippocratis authoritate defendi potest usus cauteriorum in pectore quibusdam Medicis familiaris, licet improbet *Mercurialis. cap.* 2. *Lib.* 2. *Pract.*

g Potius in lienem quam in hepar. Quod lien sit laxus & spongiosus eaque ratione fluxionibus excipiendis proclivior, uti etiam pulmo. *Martinus ex Galeno.*

Venularum supervomitus, infra *in Vertigine.*

Venter pro capacitate.

Ventres [a] hyeme & vere natura calidissimi sunt & somni longissimi. Quare per ea tempora copiosiora alimenta sunt exhibenda. Etenim calor innatus tunc plurimus est. Indicio sunt ætates & Athletæ. *Aph.* 15. *sect.* 1.

Distillationes in ventrem [b] superiorem in viginti dies [c] suppurantur. *Aph.* 38. *sect.* 7. Si in [d] ventrem sanguis præter naturam effundatur, necessariò putrescit. *Aph.* 20. *sect.* 6. *&* Lib. *de Flatibus. pag.* 278.

a Ea scilicet conceptacula, quibus celebrantur coctiones. *Gal.*

b Pulmonis scilicet *ex Galeno.*

c Excitata phlegmone ab illis catarrhis idest succis sanguineis, qui à capite vel magnis venis vicinis, vel à toto corpore influunt aut illapsa pituita ibi putrescente. *Heurnius.*

d Ventris nomine intelligitur etiam musculorum porositates & interstitia. *Ex Eodem Heurnio.*

Venter pro Abdomine, supra *Abdomen*.

Venter, [a] *Ventriculus*; *situs*, *conformatio*, *usus*.

Ventriculus jecori ad sinistram adjacens totus nervosus est. Ex ventriculo verò procedit intestinum sibi simile, cubitorum non [b] minus 12. in orbem per sinus convolutum, quod nonnulli Colon vocant, per quod alimentum defertur. *Lib. de Corporum reseratione. pag.* 931.

Angustissimum [c] inter omnia animalia homo pro magnitudine ventrem habet à posteriore parte in anteriorem, maximè tamen ad pectus. *Lib. de Articul. pag.* 846.

Ventriculus [d] à medicamentis non exulceratur cum robustissimum quiddam sit velut corium. Et in Lybia plerique ex incolis pecorum pellibus pro vestibus, ventriculis verò pro sacculis utuntur. Ventriculus enim est quid [e] robustum. *Lib.* 4. *de Morb. pag.* 524.

Ut se habet terra in arboribus, ita in animantibus venter, alit, calefacit, refrigerat. Refrigerat dum vacuatur; calefacit dum impletur, non secus ac stercorata terra hyeme talis est, ita etiam ventriculus. *Lib. de Humoribus. pag.* 62.

Resiccatum corpus ab ingestis sibi quod conducit, assumit; repletum verò & humectatum vacuato per vomitionem ventriculo rursus id quod exundat dimittit. Ventriculus verò cum vacuus existat, [f] vicissim attrahit. Exuperantem igitur humiditatem caro effundit; commoderatam verò non nisi per vim, aut laborem, aut medicamentum, aut aliud quoddam revulsionis genus demittit. *Ex fine Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 338.

Ventriculus ubi plenus existit omnium in corpore fons est. Vacuus verò ex corpore contabescente hau-

a Cibi & potus receptaculum, ac veluti promptuarium, cujus in œconomia naturali tanta dignitas necessitasque, ut *Quintus Serenus* Regem appellet. *Laurentius*.

b Inventum intestinum unicum amplissimum in 5. Romani modum inflexum sine ulla alia revolutione, in quodam voracissimo Monspelii dissecto. *Ex Doct. Riolano*.

c Homo enim contemplationi natus, non perpetuò brutorum instar, sed rarioribus intervallis implet se cibis.

d Nisi sint acriora ut scammonium & colocynthis, ubi non fuerint satis curiosè præparata.

e Qua ratione forsan *Celsus* membranas ventriculi tergora vocat.

f Facetè itaque exclamat *Plinius* plurimum negotii exhibere homini pessimũ hoc corporum vas: Instare ut creditorem & sæpius die interpellare.

& cætera Articulo de Humoribus adducta.

Ubi cibus & potus in ventriculum inciderint, corpus ex ventriculo trahit, simulque cum fontibus expletur. At ubi ventriculus vacuatur, rursus retrò humor redditur quemadmodum acceperat, non secus ac ex aliis vasis in unum vas. *Ibidem. pag.* 507.

Interdum cruda à capite attrahuntur (in ventriculum) & à thoracis regione biliosa, unde vigiliæ accedunt, tristes & amarulenti evadunt, *& cætera* (*Videnda in Victus ratione ægrorum*, de quibus intelligendus hic insignis Locus.)

Venter sicci & humidi promptuarium, qui omnibus dat & ab omnibus accipit, maris habens facultatem, quod animalia in eo enutrita fovet, aliena verò perimit. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 307.

Ventriculi cruditas & torpor.

Qui [a] postridie cibos eructant, & quibus præcordia non concoctis cibis attolluntur, iis somnus longior confert, quinctiam ad labores cogi debent. Vinum copiosius & meracius bibere, & paucioribus cibis uti: constat enim ventriculum præ imbecillitate & frigiditate ciborum multitudinem concoquere non posse. *Lib. de salut. Vict. rat. pag.* 300.

[a] *Galenus* maximè apprombat hanc Sententiam, licet parvi faciat auctoritatem hujus Libri à *Polybio* Hippocratis genero scripti.

Ventris [b] torpor omnium conturbationem & vasorum impuritatem adfert. *Lib. 6. Epid. sect. 3. Text.* 1.

[b] Ventris torporem *Galenus* interpretatur ventriculi in coquendis cibis ignaviam. Quidam verò intelligunt alvi segnitiem.

Ventriculi varii alii affectus.

In febribus circa ventriculum vehemens [a] æstus & cordis morsus vel dolor, malum. *Aph.* 65. *sect.* 4.

Ex dolore ventris laborioso febris ardens [b] lethalis. *Coac.* 130.

Quos stomachi fastidia vexant cum oris ventriculi morsu & crebra sputatione, iis vomitio [c] adfutura est &c. *Coac.* 142.

Oris ventriculi morsum merum in pane calido adhi-

[a] Vehemens hic æstus generatur à flava bile in ventriculi tunicis fervente, pro cujus fervoris modo os ventriculi morderi necesse fit. *Gal.*

[b] Plurimos brevi necant febres istæ; non pauciores verò post jactationem longissimam. *Duretus ad cap.* 31. *Lib.* 1.

bitum sanat. *Lib. 2. Epid. sect.* 5. [Vide supra in *Cardialgia.*]

Oris ventriculi dolor à [c] vermibus minus infestus quàm ex aliis causis. *Lib. 2. Epid. sect.* 1. [Supra *in Lumbricis.*]

Qui calido sunt [d] ventriculo [e] frigidas habent carnes, & graciles existunt. In iis prominentes apparent venæ, & ad iram sunt proni. *Lib. 6. sect.* 4. *text.* 23.

Valentes cibi aut potus eos qui calido sunt [f] ventriculo perturbant.

Quidam in Oeniadis cum sine cibo perseveraret, strepitum in ventre vehementem, & dolorem percipiebat, &c. inde contabescebat & paulatim consumebatur. Secta per vices utriusque brachii vena donec exanguis fieret, levatus est, &c. ex *Historia integra Articul. de Colica adducta. Lib.* 5. *Epid.*

c Sæpe citra criseos prænunciationem hujusmodi fastidia accidunt ex ichoribus ab utroque viscere, hinc inde in ventriculum confluentibus, qui sæpe etiam stomachicis syncopē, convulsionem, sopo rem vertiginem & melancholiam inducunt. *Ex Gal. Lib.* 5. *de Loc. Affect. cap.* 5.

d Non quidem naturali insitoque calore, sed acri & mordaci à quo succrescit intemperatus sanguis, qui carnes frigidas reddit, hisque conspicuæ sunt venæ tum ob copiam pravæ sanguinis, tum ob carnis eas contegentis paucitatem. *Ex Galeni doctissimo Comment.*

e Thermochylii dicti *Hippocrati.*

Ratio in promptu, quod non insit iis calidus ventriculus calore nativo, qui probè conficit carnes, sed acri & mordaci, *ex Nota quarta desumpta ex Galeno.*

Ventriculi [a] *vulnera.*

Vesica discissa, &c. aut ventriculo, lethale. *Aph.* 18. *sect.* 6.

Aristipo sagitta in ventriculum magna vi & graviter impacta, vehemens ventriculi dolor, celeriterque intendebatur, deorsum nil demittebat, incontinenter corpus jactabat, biliosa abundè saturata vomitione rejiciebat, posteaque melius habere videbatur, subinde dolores vehementer corripuerunt, venterque velut intestini tenuioris morbis affectus erat; calor, sitis aderat. Intra septimum diem obiit. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1093.

Neopolis verò ex simili vulnere eodem modo affectus fuit; oculi squallidi erant, rigidi, intus revoluti, intenti. *Ibid. Continua serie.*

a An lethalia sint dubitatur; nam quædam, rarò tamen sanata vidi, inquit *Galenus* hic. Statuendum tamen si sint profunda, aut perforent ventriculum esse necessariò lethalia. *Ex Commentario Mercurialis.*

Ventris dolor, ſupra *in Coli affectibus*.

Ventriloqui, ſupra *Engaſtrimythæ*.

Venti, [a] *Flatus*.

Ventus eſt aeris [b] fluxio & affuſio. Cum igitur copioſus aer vehementem fluxionem fecerit, tum & arbores vi ſpiritus è terra radicitus evelluntur; mare æſtu fluctuat, & immenſæ naves onerariæ in altum jactantur. Et ſi autem oculis non cernatur, ratione tamen conſpicuus eſt. *Lib. de Flatibus. pag.* 274.

Qui Artem Medicam aſſequi [c] volet, is primùm anni tempora in conſiderationem adhibere debet, &c. Deinde verò ventos tum calidos, præcipuè eos qui omnibus ſunt communes, ac deinceps eos qui cuique regioni [d] ſunt familiares, quin etiam aquarum facultates. *Initio Lib. de Aere, Loc. & Aquis.*

In ventorum mutationibus dico homines morbo ſacro corripi cenſeo, ac præcipuè Auſtrinis [e] tempeſtatibus, deinde etiam [f] Borealibus, poſtea [g] reliquis etiam flantibus ventis, ex iiſque qui ſunt valentiſſimi, & inter ſe tum ſitu, tum viribus maximè adverſi. Aquilo [g] ſiquidem aera cogit, turbulentum ac nebuloſum ſecernit, limpidum ac lucidum reddit. Ad eundem etiam modum reliqui omnes venti ex mari & reliquis etiam aquis venientes. Ex omnibus enim atque ex ipſis hominibus humiditatem atque caliginem expurgant, ideoque ventorum ſaluberrimus eſt Aquilo. Huic autem contraria Auſter efficit, &c. *Lib. de Morbo ſacro. pag.* 292. 293.

Venti omnes quidem naturâ refrigerant & humectant. Verùm ex regionum & locorum ſitu per quæ ad regiones quaſque obveniant, inter ſe differunt, & frigidiores, calidiores, humidiores, ſicciores, morboſiores, & ſaluhriores exiſtunt. *Lib. de Vict. rat. pag.* 321. 322. Ubi longè plura.

a Qui volet pleniorem aſſequi cognitionem de ventis quatenus ad Medicinā confert, conſulat Locos communes *Valeriolæ*.

b Seu *ex Marinello* ventus ipſius aeris fluctus & unda exiſtit, eſt autem ex Ariſtotele ſicci halitus, quem terra profundit, copia huc & illuc diſcurrens.

c Ventorum cognitio neceſſaria Medico, ut præſertim morborum popularium naturas dignoſcat.

d Habet enim quæque regio ſibi peculiares ventos: ſic Atabulus Apuliam; Scyron Atheneas, Galliam Circius exagitat *Ex eodem valeriolà*.

e f g *Martinus ad Text.* 2. *de Inter. Affect.* notat ventum omnem Hippocrati eſſe Auſtrinū vel Aquilonium, at cum reliquorum etiam ventorum hic & alibi meminerit, dicēdum Hippocratem præcipuè haſce duas conſtitutiones obſervare Auſtrinā nimirum, & Aquiloniam ut quæ ingenerandis morbis epidemiis præſertim ſummam vim habeant, ut patet *ex Aph.* 5. 11. 12. 13. 14. & 17. *ſect.* 3.

Qui venti ex maris regionibus obveniunt, ii ficciores existunt. *Ibidem.*

Venus. Veneris tum[a] *commoda, tum incommoda.*

Veneris usus extenuat, humectat, calefacit. Calefacit quidem ob laborem & frigiditatis excretionem. Attenuat ob vacuationem. Humectat autem propter id quod ex colliquatione à calore in corpore relictum. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 333.

Uxore semel usus acrior fuerit, & magis [b] expeditus; at si sæpius venerem exercuerit durior evadit cum quodam squalore, corpusque decoloratius erit cum & majori lassitudine tentatum. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 94.

In venere exercenda longè [c] minorem quàm vir voluptatem mulier percipit. Vir verò etiam diuturniorem; cumque majorem vir percipiat voluptatem, ei repente ab humido majore agitatione quàm mulieri secernitur.

Sic autem se res habent mulierum. Siquidem cum viris rem habeant magis sanæ sunt, sin contra minus benè [d] se habent; nam & coitu uteri humidiores evadunt. Qui si plus æquo siccescant, contrahuntur vehementer, sicque contracti dolorem capiti adferunt, simúlque coitus sanguinem & calefaciens & humectans causa est ut menses facilius profluant. Quibus minimè prodeuntibus morbis obnoxiæ mulieres redduntur. *Lib. de Genitura. pag.* 184.

Morbos qui temporis successu augentur, [e] & deteriores fiunt, coitus lædit. *Lib. 6. Epid. sect.* 5. *Text.* 25. Quæ in corpore sunt [f] indurat. *Ibidem. text.* 26.

Cui corpus plenitudine laborat, ex veneris usu sibi statim levior [g] videtur, at postea [h] gravior. *Lib.* 3. *de Vict. rat. pag.* 344. 345.

Scythæ perpetua equitatione fracti, ideò ad coitum imbecilles redduntur. *Lib. de Aere, Locis & Aquis. pag.* 269.

a Notat *Galenus Comment.* 6. *Lib.* 6. *Epid.* concubitum aliquando prodesse refrigerando, solisque illis subvenire, quibus ob naturalem intemperiem fuliginosi halitus redundant, qui retenti graviter nocent, quod confirmat *Cap. Vlt. Lib. 6. de Loc. Affect.* Exemplo amici, qui ob veneris desuetudinem in priapismum incidetat, itaque non immeritò jactatur hoc distichum.

Balnea, vina, venus corrumpunt corpora nostra;
Conservant eadem balnea, vina, venus.

b Hac ratione *Galenus* dicto Loco tradit modestos viros non ob voluptatem, sed ut ab impedimento præserventur libidini indulgere, perinde ac si nulla esset conjuncta voluptas.

c Licet Tyresias utrumque sexum expertus statuerit mulieres plus voluptatis percipere.

d Inde siquidem tot hysterica symptomata viduis & adultioribus puellis familiaria.

e *Galenus* affert pro exemplo podagram, arthritidē, tenum vitia, comitiales, atram bilem, qui morbi exacerbantur.

f Quod venere corpus exciccetur. *Gal.*

g Soluta sic plenitudine & revocatis fumis à quibus totum corpus veluti torpescebat.

h Ob nimiam spirituum

Rebus veneris in aquæ [i] accessionibus magis utendum; minus verò in ignis [k] incursionibus. *Lib. 1. de Vict. rat. pag.* 347. Veneris usus morbis à pituita confert. L*ib. 6. Epid. sect.* 1. *text.* 22.

Impudens scortatio dysenteriæ medetur. *Lib. 7. Epid. in Fine Libri.*

Nicippus in febribus per somnum veneris imagines habuit, nihiloque ei deterius fuit, quod & ipsi sæpius absque noxa contigit. Cessavit tandem post febris judicationem. L*ib.* 4. *Epid. Circa finem. pag.* 1037.

Timocrates cui per hyemem distillatio præsertim in nares defluxerat, ubi venere usus fuisset, illi cuncta resiccata sunt. Lassitudo, calor, & capitis gravitas successit, sudor ex capite multus, quin etiam ex toto corpore defluxit, tertio die convaluit. L*ib.* 5. *&* 7. *Epid. pag.* 1051. *&* 1114.

Abderæ Nicodemus ex venere & potu febre correptus est cum stomachi fastidio, oris ventriculi dolore, siti ingenti, & exusta lingua. Circa vigesimum reddita urina alba crassa, nil tamen deponente, copiosoque sudore profuso visus est à febre liber. Rursus tamen incaluit. At vigesimo quarto copiosam urinam reddidit albam, in qua multa subsidebant, sudore calido copioso per totum corpus diffuso judicatione absolutus est æger decimus. *sect.* 3. L*ib.* 3. *Epid.*

Mœlibeæ verò adolescens ex nimio potu & venere diu incaluit & decubuit cum perpetua cordis palpitatione, urinam reddidit oleosam, paulatim mente motus est; vigesimo verò vehementer insanivit, corporis incontinentia & jactatio aderat, nil minxit, vigesimo quarto periit ex phrenitide. *Ex Historia ultima dicta Sectionis.*

Satyrus Nyctalopex viginti quinque annos natus, cum sæpius seminis profluvium inter dormiendum expertus esset & interdiu etiam, trigesimo anno periit tabe correptus. L*ib.* 6. *Epid. sect.* 8. *text.* 52.

NOTÆ.

dissipationem, nisi modus servetur.

i Ideò in aquæ accessionibus temperamento scilicet habituque pituitoso magis utendum est venere, quòd hujus usus morbis à pituita conferat, modò vires constent: noceat verò biliosis magis accensa bile dissipatisque spiritibus.

k Id confirmant *Aetius*, *Paulus*, *&* *Amatus Lusitanus*; *curat.* 47. *Centur.* 2.

Venus [a] *laborioſa.*

In mulierum congreſſibus quidam [b] crepitum edunt, ut Arceſilaus. Sunt qui ubi congreſſuri ſunt corpore horrent ac corrugantur. Quibuſdam verò poſt congreſſum venter inflatur [c] ut Damnagoræ. *Lib. 6. Epid. ſect. 3. text. 19.*

Laryſſæ Dyſeridis ancilla juvencula cum venere uteretur, doloribus affligebatur. Nunquam concepit, & cum eſſet vetula ei ab alia muliere expreſſus ex ore uteri calculus verticillum fuſi æquans. *Lib. 5. Epid. pag.* 1044.

a Plures Hiſtoriæ referuntur à *Schenkhio* eorum qui in ipſa venere exercenda animam cum ſemine effuderunt, tum etiam ſeroti cujuſdam in ſyncopem incidere ſoliti dum coiret.

b Quidam etiam alvum deponebat in ipſo coitu apud *Schenkhium*.

c Id accidit *ex Galeno* quibuſdam melancholicis qui ratione flatuum ſunt libidinoſiores, *ex Ariſtotele*.

Veratrum, [a] *Elleborus.*

Veratrum exhibendum quibus de capite fluxio fertur. At iis qui ex abſceſſibus, aut ex venæ ruptione, aut ex intemperantia, aut alia valida cauſa ſuppurati ſunt, minimè exhibendum, cum nil [b] juvet, & ſi quid æger patiatur, veratrum in cauſa eſſe videatur. Si verò [c] exolutio fuerit corpore, vel capite doluerit, aut aures nareſve oppleantur, aut ſputatio, aut genuum gravitas malè vexet, aut corpus intumeſcat, veratrum exhibebis. Modò neque ex [d] potibus, neque ex rebus [e] venereis, neque ex [f] mœrore, neque ex curis, aut vigiliis iſta contingant. *Lib. de Acut. pag. 392. & Lib. de Veratro. pag.* 1171.

Diuturnas etiam [g] quartanas purgat, & longa [h] febre lipyria laborantes, & eos quibus neque [i] ſitis, neque excreatio adeſt, non tamen ante trars [k] hebdomadas. Interdnm morbo lateris laborantes & volvulo. Quin etiam purgatione opus habeant. *pag.* 1172. Carnes ſanas habentibus periculoſus elleborus, facit [l] enim convulſionem. *Aph. 16. ſect. 4.*

a Cujus nomine per excellentiam album intelligitur apud Græcos. Nigrum verò apud Arabes. *Ex Heurnio in Aph.*

b Itaque non temerè propinandum remedium.

c Si verò corpus diſſolvatur. *Marinellus*.

d Unde ventriculi cruditas.

e Unde virium exolutio.

f Ex mœrore enim, curis & vigiliis, caloris nativi imminutio conjicienda.

g A melancholia vulgari.

h i k. Acutioribus enim febribus non convenit, notatque *Heurnius in Aph.* nunquam ab Hippocrate uſurpatum helleborum in febribus aliiſque morbis acutis, ſed in ſolis contumacioribus, puta iſchiade, nephritide, melancholia, arthritide, calcis fractura.

l Ob conſenſum partium nervoſarum cum ventriculo ſurſum proritato ab helleboro albo, ut fuſius explicat *Martianus*.

Verbascum. Tapsus barbatus.

a Etenim tum albi tum nigri radix acerba, fluxionibus dentium utilis; folia verò digerendi, siccandi & tergendi vim habent. Gal. Lib. 8. Simpl.

Partibus circa vulnus positis tumore & inflammatione laborantibus utiliter a cataplasma imponitur ex verbasco, trifolii foliis crudis, epipetro & polio. *Lib. de Vlceribus. pag. 901.*

a πλειὰς Sydus septem stellarum in Tauro micantium, à cujus occasu usque ad Æquinoctium vernum definitur hyems. Ut notat Articulus *de Temporibus anni.*

Vergiliæ, a Pleiades.

[Passim meminit Hippocrates, ut videre est *Articulo de Temporibus anni, & alibi.*]

Vermes, supra *Lumbrici.*

a Sic dictæ, quod earum opera corpus in varias partes vertatur, spondyli verò à similitudine cum verticulis fœminarum, *Laurentius.*

Vertebræ, Verticula, Spondyli

Vertebras hi quidem plures, hi pauciores habent; quibus verò pauciores, iis duodeviginti sunt. *Lib. de Loc. in Homine. pag. 401.*

Vertebræ supra claviculam unà cum magna septem numerantur, ad costas verò totidem quot & costæ, 12. munero. Ad laterum inanitatem, exteriore parte ubi coxendices & lumbi, quinque. *Lib. de Ossium natura. pag. 242.*

b Notat *Laurentius in Opere Anatomico*, Hippocratem omnium primùm spinæ figuram hic eleganter descripsisse.

Spinæ naturam agnoscere ad multos morbos opus fuerit: etenim b qua parte ventrem spectat ab interiore parte, vertebræ inter se sunt æquales, ac mucoso & nervoso ligamento inter se devinctæ; quod à cartilaginibus exortum ad medullam usque progreditur. Quidam etiam alii nervi nervosi à summo ad imum in longitudinem protensi adnascuntur, & ab utraque parte ad earum latera porriguntur. Venarum verò & arteriarum communitates quot & quales sint, & unde initium ducant aliàs declarabitur. Tum ipsa dorsi medulla quibus involucris obvolvatur, unde ortum ducant, & ubi desinant, & quibuscum communicationem habeant. Ultra autem hunc locum vertebræ inter

inter se cardinis modo committuntur. Nervi verò communes ad omnes tum exterioribus tum interioribus partibus porriguntur. Ac ex omnibus vertebris in exteriorem partem ossis processus ex singulis unus tum majoribus tum minoribus imminet. His autem processibus adnata est cartilago, ex eaque nervi producuntur, nervis exterioribus assimiles. *Lib. de Articulis. pag.* 844. ubi plura.

Quæ [c] interiorem in partem fit vertebrarum perversio quod ad urinæ suppressionem & stuporem attinet, lethalis est. Quæ verò exteriorem in partem incurvantur, eorum plurima minus sunt obnoxia, sed & vertebræ in obliquum incurvantur. Carptim, *ex Mochlico, pag.* 892. 893.

Si spinalis medulla aut ex casu, aut externa alia causa, aut sua sponte laborarit homo, & cruribus impotens fit, *Marinellus.* Itaque ex vesicæ afflictione comprimuntur ita nervi partium inferiorum, ut cesset omnis prope animalitas, & crurum impotentiam facit, ut ne tactum quidem percipiat æger, & ventris & vesicæ. Adeò ut ne primis quidem diebus stercus aut urina coactè reddatur. [d] Quod si morbus inveterarit, & stercus & urina inscio ægro prodit, tandemque non longo post intervallo perit. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 402.

Spinæ [e] perversionem & spirandi difficultatem sanguinis fluxus liberat. *Coac.* 311.

c In promptu ratio, quòd scilicet curvata intus spina succedat resolutio ex compressione nervorum; indeque urinæ suppressio, ubi in plures dies protrahitur, quod non accidit eadem exterius protensa.

d Vide apud *Schenkhium* observationem *Plateri*, de rupto vertebræ posteriore processu casus violentia, quæ intus illæsa cute latitans ingentem abscessum pepererat, feliciter tandem sanatum.

e Intellige inflammatorium affectum tum spinæ, tum spirabilium partium quem juvat hæmorrhagia. *Duretus.*

Vertigo, [a] *Scotodinos*, & *Scotoma*, *Barbaris Scotomia.*

Cum venæ [b] superevomuerint (ubi scilicet ex prægressis Hippocratis verbis bilis & pituita venas subierit) caput dolor, tenebricosa vertigo, & gravitas occupat: dolor quidem ex sanguinis nimia caliditate. Tenebricosa verò vertigo cum sanguis confertim ad

a Vertigo est qua omnia circumagi videntur, ita cerebrum sensusque exagitans, ut æger corruat, nisi propinquis nitatur adminiculis. *Fernelius.*

b Quærenda explicatio *ex Salio*, qui vult ex sanguinis supervomitu (effusione scilicet è venis in partes exteriores capitis per cranium à cerebro separatas) dum is fervet & ebul-

faciem processerit. Gravitas autem cum sanguis turbidior & morbosior in capite, copia majore sit quam intus. *Lib. 2. de Morb. pag.* 432. Si venæ in caput superevomuerint, dolor levis totum caput detinet & ad cervicem pertingit, interdumque ad alias corporis partes transmittit. Deinde ubi surrexerit, eum tenebricosa vertigo occupat, febris non prehendit. Cùm sic habuerit deraso capite nisi calefactoriis cessarit, à capite frontem quà capillus desinit scindito; sectam cutim diducito, ubi sanguis defluxerit, tenuissimo sale conspergito. Postea verò totam sectionem duplici filo convolutam componito. Deinde splenium cera & pice illitum ulceri imponito. Lana succida apposita deligato; & ad septem dies finito, &c. *Ibidem. pag.* 458. 459.

Quibus per febres ab initio vertigines & capitis pulsationes adsunt, & urina tenuis, in his expectandum ut ad judicationem febris ingravescat, nec mirum [c] si delirent. *Lib. de Acutis. pag.* 386.

Ex venis in ano sanguinem fundere solitis aliquantùm apparentibus tenebricosæ vertigines obortæ, parvam ac sensim factam partium resolutionem, [d] indicant, ex quo liberat venæ sectio. *Coac.* 346. tenebricosas vertigines circa [e] initia hæmorrhagia solvit. *Coac.* 341.

Siquis febrem non habens abstineat à cibo, & cordis morsum, seu tenebricosam vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere [f] per superiora significatur. *Aph.* 17. *sect.* 4. & *Lib. de Veratro. pag.* 1171.

NOTÆ.

lit, excitari vertiginem ex copia vaporum qui inde commoventur attolluntur que in cerebrum.

c Vertigo & capitis pulsatio, tenuibus etiam existentibus urinis biliosi humoris raptum cerebrum versus denotant, quibus nil mirum si adjungatur delirium.

d Sensus est *ex Dureto*, hæmorrhoïdes minus solitò fluentes ob sanguinis recursum in cerebrum, apoplexiam aut paralysim afferre, nisi provideatur venæ sectione.

e Intellige circa morborum initia subortas vertigines hæmorrhagia solvi, modò post hanc vacuationem plethoricis propriam nulla supersit inflammatio, nulla intemperies firmiter fixa, nulla etiam cacochymia maligna. *Duretus.*

f Loquitur Hippocrates de bilis expurgatione generali per vomitum, quod eò humor viam affectet, nec adsit febris quæ agitationem humorum à vomitorio impediat. *Heurnius.*

Vervecina caro, ſupra *in Ovilla.*

Veſica. Veſicæ affectus.

Veſica tota [a] nervoſa & ampla, ubique intra ſe perceptionis compos à natura eſt condita. *Lib. de Corporum reſectione pag.* 931.

Veſicæ tum [b] duræ, tum dolentes grave prorſus & exitiale periculum minantur. Maximè autem exitiales quæ cum febre aſſidua fiunt (nam & ipſarum veſicarum dolores ad mortẽ inferendam ſatis ſunt) neque alvi hoc tempore [c] excernunt, niſi durum quiddam & coactum. Solvit autem purulenta micta urina album & læve habens ſedimentum. Quòd ſi neque cum urina quicquam dolor remiſerit, neque mollior veſica reddatur, & febris aſſidua fuerit, laborantem intra primos morbi [d] circuitus moriturum ſperandum eſt. Hoc autem morbo tentantur pueri [e] à ſeptimo anno ad decimum quintum. *Ex Lib. Prænot. pag.* 53. *& Coac.* 471.

Veſica intercepta, maximéque cum capitis dolore convulſionem [f] minatur. Quæ in his cum torporis ſenſu exolvuntur, moleſtiam non perniciem afferunt, ac fortè etiam aliquantùm [g] deſipiunt. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 120. *& Coac.* 588.

Quibus in urina craſſa furfurea [h] quædam ſimul exeunt veſica [i] ſcabie laborat. *Aph.* 77. *ſect.* 4.

Si ſanguinem aut pus mingat; aut renum, [k] aut veſicæ exulcerationem ſignificat. Si ſanguinem mingant & grumos, vel ſtillicidium habeant, & dolor in imum incidat ventrem, & pectinem & fœmen; circa veſicam labor eſt. Si ſanguinem & pus minxerit, & ſquamulas, & gravis dolor adſit, veſicæ exulcerationem ſignificat. *Aph.* 75. 80. *&* 81. *ſect.* 4.

Veſicæ vulnera [l] lethalia. *Ex Aph.* 18. *ſect.* 6. *& Lib.* 1. *de Morb. pag.* 434.

Theophorbi filio veſica fœda ſcabie laboravit, ex quo affectu periit ob incautum medicamenti urinam

a Si muſculum ſphynčterem vulgò collum & cervicem dictum ſubſtantia carnoſum excepetimus.

b Nemo eſt qui non agnoſcat hic veſicæ inflammationem ſyſtrophicam ſæpius lethalem ob dolorum cruciatum, vigilias, anxietudinem, cibi faſtidium, delirium. *Duretus.*

c Sympathia inteſtini oppreſſi à gravi & pondoroſa veſica. *Duretus.*

d Primo quaternario, ad ſummum ſeptenario. *Duretus.*

e Quod ſint hac ætate edaciſſimi, unde ſuccreſcit iis copia glutinoſi humoris, quæ dum coagmentatur, in calculum, dum corrumpitur inflammationem parit. *Duretus.*

f Quòd nervorum principium trahatur in ſympathiam veſicæ. *Gal.*

g Ob ſympathiam etiam cerebri cum veſica.

h Quæ referant furfures tritici benè moliti.

i Si furfures jungantur urinæ paulò craſſiori, veſicæ ſcabiem ſignificant; ſi verò cum tenuiori urina excernuntur à renis. *Heurnius.*

k Utrùm à renibus an à veſica laboret æger; indicabit ratio mixtionis, ut explicant omnes Interpretes.

l. Lethalia ſanè hujuſmodi vulnera, quando veſicam penetrant ut plurimùm. Sanata tamen vidit *Gal.* & confirmant plures recentiorum Hiſtoriæ à *Schenkhio* relatæ.

cientis uſum. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1042. [Unde afferẽtur integrior Hiſtoria *in urinam cientium Medicamentorum periculoſo uſu.*

Veſicæ calculus.

In pueris ob veſicæ & totius corporis [a] caliditatem gignuntur calculi, quod viris ob frigiditatem non uſu venit: homo enim prima ætate in omni vita calidiſſimus; poſtrema verò frigidiſſimus. *Lib. de Nat. hominis, pag.* 180.

Gignuntur etiam pueris ex lacte, ſi non ſalubre fuerit, ſed calidum & bilioſum; ventrem enim calefacit, & veſicam, &c. At in mulieribus veſicæ fiſtula urinaria brevis eſt & ampla, quæ facilè urinam propellit. *Lib. de Aere, Locis & Aquis. pag.* 260.

Calculi principium ex lacte, ubi puer impurum ex mamma ſugit. Lac autem nutricis impurum fit, ubi alimentis pituitoſis, tum potibus tum cibis impuris ea uſa fuerit, &c. [b] pituita enim urinæ ſedimento admixta glutinum evadit, ac primùm quidem parva lanugo accreſcit, deinde quod accedit arenoſum, conjungitur cum pituita quæ de lacte in veſica remanet, pro glutino fit & increſcit, &c.

Rurſus autem ſedimentum ſolidum aut lapidoſum efficitur, non ſecus ac ferrum ex lapidibus & terra aduſta, veſicamque tundens dolorem exhibet, exulcerat, ab eaque aliquid aufert. Carptim. *Ex Lib.* 4. *de Morb. pag.* 522. 523.

Hic morbus quinque habet ſigna; cum urinam reddere vult dolore afficitur, & urina paulatim velut in urinæ ſtillicidio effluit, interdumque ſubcruenta, ut poſte veſica à calculo exulcerata, & veſica inflammatione vexatur. Verùm id non apparet. Indicio tamen eſt ſumma præputii pars. Interdum arenoſa reddit. Interdum duos aut plures calculos. *Ibidem.* Ubi plura.

Pueri calculo laborantes pudenda confricant & velſicant, quod ipſis eo loco reddendæ urinæ cauſa eſſe videatur.

a Huc etiam pertinet *Textus undecimus, ſect.* 3. *Lib.* 6. *Epid.* his conceptus verbis. (Poſt Mictionem coitio ſeu concretio) ideò ne pueris potius contingit, quod ſint calidiores; quem Textum interpretatur *Gal.* de calculi concretione in veſica.

b Hæc Hippocratis Sententia de calculi coagmentatione communi dogmaticorum Medicorum conſenſu hactenus approbata. Niſi quod *Fernelius* ſtatuit omnem veſicæ calculum rudimentum quoddam ceu interiorem nucleum ex renibus trahere, è quibus per nephriticum dolorem excidens, ſi ſit grandiuſculus in veſica hæret, & ſordium illic allatarum adhæſu coagmentatur dum adoleverit in juſtum lapidem; eo inquit argumento quod neminem offenderit in veſica calculo-ſum qui non fuerit diu antè nephritide vexatus. Quod paradoxum ſolidè confutarunt juniores Medici.

deatur. Qui calculo laborant urinam ad instar feri limpidam [c] reddunt, cum quod in ea est crassissimum & returbidum, isthuc remaneat. *Lib. de Aere, Locis & Aquis. pag.* 260.

Calculo laborantes eo habitu [d] constituti, ut calculus non labatur in fistulam urinariam, prompte urinam reddunt. At quibus tuberculum vesicæ adnascitur, iis quivis corporis habitus incommodat, cujus solutio contingit per puris eruptionem. *Coac.* 472. 473.

Tremores [e] senioribus in febribus contingunt, atque ubi apparent calculi, forte per urinas excluduntur. *Coac.* 590.

Calculo laborantes non secabo, sed magistris ejus Artis peritis id relinquam. *Ex Jurejurando.*

c Observat *Duretus in Hollerium*, tria calculi tempora, generationis, mansionis, exclusionis, pro quibus variat urinæ conditio: In generatione enim & mansione fiunt urinæ tenues, in exclusione rubræ & perturbatæ, aliquãdociu. entæ. Quæ urinarum differentia licet in tenuum calculo potissimum locum habeat, consideranda tamen in calculo vesicæ.

d Dum scilicet supini decumbunt.

e Rigores scilicet, cum enim senum expultrix facultas sit effœta, opus est ut natura se concutiat ad exclusionem calculi; quæ concussio horrifera iis confert, eadem ratione ac sternutatio hystericis difficulterque parientibus. *Duretus.*

Vibices, seu *Flagellationes.*

Puero in Hippobochi vico, cui ad utraque præcordia aliquid continebatur quod durum erat, & parte inferna aliquantum splendescens, post convulsiones derepente extincto, totum corpus velut scuticis cæsum rubore infectum est. Carptim. *Ex Lib.* 5. *Epid. pag.* 1031.

Victus ratio [a] *sanorum.*

Qui de victus ratione recte scripturus est, eum hominis naturam prius nosse oportet, quibus quidem ab initio constet. Dignoscere vero quænam partes in eo superent; nisi enim primo constitutionem noverit, quodque in corpore superet, ea quæ homini conducunt minime afferre poterit. Deinde is scire debet ciborum ac potionum facultatem quantum ex natura tum ex arte humana obtinent. Scire namque convenit quanam ratione ex valentibus natura vis detrahatur, & quo modo imbecillis vim ex arte adhibere liceat.

a Quantum sit necessaria sanitatis tuendæ ratio, ars-ve, & quam inique à quibusdam damnata neglecta-ve fuerit, docet *Cardanus. cap.* 1. *Lib.* 1. *de sanit. tuenda.*

Lib. I. *Vict. rat. pag.* 301.

Hac victus ratione privati [b] homines uti debent, ut hyeme quidem edant plurimùm, bibant minimùm. Potus sit meracissimum vinum, cibus panis, opsonia assa omnia, olera paucissima. At verò cum ver insistat, tunc paucioribus & mollioribus utendum. Panis subtrahendus, & maza offerẽda, eademque ratione opsonia detrahenda, & assa elixis comitãda; oleribus etiã paucis utendum vere ad æstatem usque. Tum molliores omnes cibos, tum opsonia cocta sumẽdo, & olera cocta & cruda, similiterque potus plurimos & dilutissimos, idque sensim, ne magna mutatio derepente utenti contingat. Æstate autem tum molli maza, tum potu copioso & diluto, opsoniisque omnibus elixis nutriri oportet, quò corpus molle sit & frigidum. Hæc enim tempestas calida est & sicca, corpora æstuosa & squallida reddens. Quemadmodum verò ex [c] hyeme ad ver, sic ex vere ad æstatem deveniendum. Cibos quidem demendo, potum verò augendo; ad eumque modum contraria exhibendo ex æstate ad hyemem perveniendum. In Autumno contra cibi quidem majore copia & sicciores exhibendi, & opsonia ad eundem modum. Potus etiam pauciores & meraciores, ut homo commodam degat hyemem, & potius utatur meracioribus & paucis, cibisque quam plurimis & siccissimis. Ita enim maximè valebit, tum minimè frigus sentiet, cum hæc anni tempestas sit admodum frigida & humida. At corporis habitus molles & [d] rubros majorem anni partem sicciore victus ratione uti convenit, quòd eorum natura sit humida. Duri verò graciles, fulvi & nigri humidiore, quòd eorum corpora sicca existant. Junioribus corporibus mollior & humidior victus ratio utilis est. Hæc enim ætas sicca est, & eorum compacta sunt corpora. Senes verò [e] sicciore victus ratione plurimam temporis partem degere oportet, quòd ea ætate tempora sint humida, mollia & frigida. Quare pro ætate, anni tempore, consuetudine, regione, loco, corporum habitu victus ratio sic

b *Polybus* libri Auctor vocat idiotas, eo nomine designans homines qui sibi vivunt, publicis negotiis minimè addicti, quam denominationem retinuit *Galenus*.

c Quæ hic tradit *Polybius* de varianda diæta pro tempestatum varietate, ita accipienda, ut scribuntur, nullumque Interpretem desiderant. *Galenus*.

d Galli vocant *Vermeils en Face*, à sanguine scilicet aliis humoribus prædominante.

e Notat *Galenus* non semper siccum victum convenire senibus, quòd eorum proprium temperamentum sit frigidum & siccum, verùm cum per accidens excrementorum copia graventur, ideo dicuntur ha-

est ineunda, ut instantibus & caloribus & frigoribus nos opponamus, nam ita demùm bona valetudo consequetur. *Ex Initio Lib. de Salutar. Vict. rat.*

Hyeme quidem vestes puras [f] induere convenit. Æstate verò oleo imbutas. *Ibidem. pag.* 298.

Pueri infantes per multum tempus calida [g] lavandi sunt, vinumque [h] aquosum iis in potu exhibendum nec prorsus [i] frigidum, idque offerendum quod minimè ventrem attollat & flatum creet, quò minus convulsionibus tententur & coloratiores evadant. *Ibidem. pag.* 299. Cum pueris gignatur calculus ex lacte, si non salubre fuerit, prostat eis vinum [k] dilutissimum exhibere, cum venas minus adurat & resiccet. *Lib. de Aere, Loc. & Aquis. pag.* 260.

Mulieres sicciore victus [g] ratione utantur. Nam sicciores cibi ad muliebrem mollitiem magis sunt accommodati, & meraciores potus ad uteros, & fœtus nutritionem magis valent. *Dicto Lib. de Salutar. Vict. rat. pag.* 299.

Studium sanitatis est non satiari cibis. & impigre corpus exercere. *Lib. 6. Epid. sect.* 4. *text.* 20. [Ut supra *in Sanitate.*]

Modum inter plenitudinem ciborum & inanitatem quadam conjectura colligere oportet. Modum autem neque pondus, neque numerum alium invenias, ad quem ista referat, ut exactè cognoscas quàm [m] corporis sensum. Quibusdam enim semel cibum sumere confert. Alii etiam prandere præter cœnam coguntur. At multis magni morbi occasio fuit, si cibos quos semel assumere consueverant, bis sumpsissent. Ad hæc siquis prandere consuetus non prandeat, protinus ubi tempus præterierit gravis intemperantia exoritur, tremor & animi defectio, oculi pallidiores fiunt, urina crassa & calida, os amarescit, viscera ei pendere [n] videntur, irascitur, & mœret, & cætera. Carptim. *Ex Lib. de Prisca Medicina. pag.* 16. 17.

Semel die sumptus [o] cibus extenuat & siccat, alvumque sistit; quoniam animi calore ventris & car-

NOTÆ.

bere corpora mollia & humida, quod pluribus rationibus confirmat *Martianus.*

f Puræ sunt calidiores. At quæ oleo imbutæ refrigerant, ut constat ex chirothecis æstivis nobilium mulierum quas Galli vocant *Gands lavez.*

g Ad vitandam convulsionem corporibus contenarem, *Galenus.*

h i Ideo aquosum ne secus nimium pueri incalescant, nec omnino frigidum, ne ob nervorum imbecillitatem convulsionibus tententur. *Gal.*

k Vinum dilutissimum præfertur aliis potionibus puerorum tum ad convulsionum tum ad calculi præcautionem.

l Hæc *Polybii* Sententiæ cautè accipiẽda cum enim hæc humiditas insit mulieribus à natura, ideò servanda. *Galenus.*

m Quare non est præfidè opus qui cibi modum præstet; optima enim natura probè concoquit quantùm appetit. *Ex Galeno, in Arte parva.*

n Nimia insuetaque hujusmodi abstinentia ita exsiccantur viscera intestinaque præsertim ut pendere videantur.

o Si propriè loquamur

nium humidum absumitur. Prandium verò contraria efficit. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 334.

Quòd vitiosa victus ratio tum in potu, tum cibo sui semper similis ad sanitatem sit tutior, quàm si quis subitò ad aliam meliorem mutationem faciat cognitu facile est, quando quidem tum eos qui bis in die, tum eos qui cibum semel sumere consueverunt, repentinæ mutationes lædunt & imbecillos reddunt. Et qui quidem prandere non consueti, si prandeant, confestim ægrè habent, & toto corpore graves, dibiles & pigri efficiuntur. Quod si præterea cœnaverint, acidum eructant. Quibusdam etiam alvus liquida contingit, nempe quòd præter consuetudinem ventriculus gravetur, &c. quanquam multi sunt [q] qui ter die copiosum cibum sumunt. Quin etiam qui bis die cibum sumere consueverunt, nisi pransi fuerint, debiles & infirmi sunt, & ad quodvis opus tumidi [r] & oris ventriculi dolore vexantur, &c. *Lib. de Acutis. pag.* 371.

In valetudinis ratione consuetudo spectanda in victu, tegumentis [f] laboribus, somnis, rebus venereis & animi defectionibus. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 6. *Text.* 43.

Quæ longo tempore consueta sunt, & si [t] deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari. *Aph.* 50. *sect.* 2.

Sanis periculosus existit valde exquisitus victus & constitutus, [v] quoniam errores gravius ferunt, &c. *Aph.* 8. *sect.* 1.

Calidæ naturæ [x] refrigeratio, aquæ potio, & quietem agere convenit. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 3. *text.* 13.

Impensè calido corpori cibo interna [y] refrigeratio comparatur. Contrario verò sic contraria conveniunt. *Ibidem. sect.* 5. *Text.* 34.

Qui comedit, nisi etiam laboribus utatur, sanus esse non potest. [*& cætera, supra in Exercitatione adducta.*]

Parum deterior cibus & potus, suavior autem, melioribus quidem sed minus suavibus [z] est præferendus. *Aph.* 38. *sect.* 2.

cibus non extenuat, imò humectat nutriendo, verùm quod semel die sumatur tantum ea ratione hic extenuare dicitur, teneturque rationem jejunii, quod exsiccat & attenuat.

[p] Humectat scilicet quod præterea succedat cœna. At qui semel die cibum sumebant, contenti erant cœna sola.

[q] Antiquis temporibus quidam quater in die cibum sumpserunt. Aristo siquidem gulosiores utebantur sub Aurora, jentaculo tertia diei hora, prandio meridie, cœna vesperi, inquit *Cardanus Lib.* 4. *de Sanit. tuenda.* At maximè sobrii semel tantùm *ex Plutarcho in Symposiis.* Notat verò *Mercurialis* hic eos qui bis die cibum sumerent semper parciore usos fuisse manè, eoque simplici & minimè mixto, unde hujusmodi jentaculum acratisma vocabatur.

[r] Confluentibus biliosis ichoribus è visceribus in ventriculum, quem supra notavimus eo casu duri creditoris instar repetere ea quæ aliis partibus commodaverat.

[f] Dic uno verbo in usu sex rerum non naturalium servandam consuetudinem esse.

[t] Quibus tamen non insit ita magna pravitas. *Mercurialis.*

[v] Quod hominis vita inopinatis rerum casibus sit subjecta. *Galenus ad Aph.*

x Tum per alimenta, tum per lavacra. *Galenus.*
y *Galenus* sic emendavit Textum hunc, ut incidat in sensum superioris Sententiæ.
z Non solùm ob gratiam, sed etiam propter utilitatem, melius enim concoquitur à ventriculo expetitus cibus. *Galenus.*

Victus ratio Ægrorum.

Nil de victus ratione ægrorum effatu [a] dignum tradiderunt Veteres, eamque quamvis magna res sit, omiserunt. *Lib. de Victu in Acutis, statim initio.*

Victus ratio quoad fieri potest dignoscenda, hanc enim non habere penitus perspectam, [b] calamitosum est. *Lib. 6. Epid. sect. 8. text. 48.* In morbo contraria [c] victus ratio adhibenda. *Ibidem. text. 46.*

Quæ sanis conferunt, ægris exhibita valentiora sunt, eaque vi ipsorum detracta [d] exhibenda, alioqui ea corpus non ferat, sed magis noceant quàm juvent. *Lib. de Affect. pag. 548.*

Quibus cibis aut potionibus per sanitatem homines in victus ratione utuntur, his præsentibus ad calorem, frigus, humiditatem [e] temperatis erga ægros uti oportet, &c. sorbitiones autem in omnibus morbis [f] exhibendæ, aut ptisana, aut milium, aut farina, aut alica, &c. Potionibus autem utendum, siquidem alvum & vesicam subducere velis, vino dulci, aut aqua mulsa. Sin verò adstringere austero, albo, tenui, aquoso; sin roborare, austero nigro. *Ibidem. pag. 541.*

Quibus [g] morbis siccitas confert semel die cibum capere conducit, & cibos ac potus pauciores, quàm ut replere queant insumere, eosque deambulationibus & laboribus [h] conficere, & quàm minimùm dormire. At quibus humiditas confert, inedia non est ferenda, neque cibo aut potu indigere debent, neque laborare, sed dormire quantùm volent. *Ibid. pag. 542.*

Quoscumque cibos aut opsonia, aut potiones ægrotantes expetunt, ea suppetant, si nullum corpori [i] nocumentum adferant. *Ibidem.*

Qui sanitatis tempore panem [k] edere consueverunt, his etiam per morbos [l] dandus est. *Ibidem. pag. 547.*

a Pauca Theoremata de ægrorum diæta tradiderunt prisci Medici, inquit *Galenus.* At de victu sanorum scriptos fuisse ante Hippocratem libros constat *ex initio Lib. 1. de Victus ratione.*

b Fidem facit maximè Historia Philonis filiæ hic adjuncta.

c Cavendumque ne in secunda valetudine consummantur adversa præsidia. *Celsus. Lib. 1. cap. 1.*

d Sic loco carnium, satis est earum modò leviter decoctarum, modò consumatarum juscula propinare.

e Ea adhibita præparatione qua cibus reddatur levior. *Martinus.*

f Habita ratione temporis particularis morbi, ut in sola declinatione concedantur.

g A sanguinis redundantia, vel à pituita exortis; in quibus ex pluvioso cælo facienda serenitas; ut dictum *in Hydrope.*

h Iis scilicet confert durior illa medendi ratio *ab Herodico* instituta, de qua actum *in Exercitatione.*

i Aut ita modicum ut concedi debeat *ex ratione. Aph. 38. sect. 2.*

k Plebei enim non rarò sola maza vescebantur.

l Eo scilicet tempore mor-

Quoſcunque febres non continenter detinent, ſed cum intermiſſione, his poſt acceſſionem cibi exhibendi, conjectura facta ne à recenti cibo, ſed jam concoctis cibis febris ingruat, *ex fine dicti Libri.*

Si ſiccior morbus fuerit, non magna copia exhibenda ſorbitio. [*Supra Articulo de ſicco Morbo.*]

In ſingulis ægris & robur & morbi genus [m] conjectandum eſt. Tum etiam hominis natura, tum victus conſuetudo tum in cibis, tum in potionibus. *Lib. de Acut. pag.* 373.

Sorbitionibus priuſquam morbus ad maturitatem venerit, minimè eſt utendum; aut ſignum aliquod aliud circa inteſtina vacuatorium, aut [n] proritatorium appareat. *Ibidem. pag.* 376.

Sorbitiones ne dederis cùm propè judicationes [o] fuerint, & perturbatio adfuerit: verùm ubi remiſerit, & res in melius proceſſerit. *Ibidem. pag.* 386.

Exhibendæ ſorbitionis tempus per initia & totum morbum iſtud præcipuè obſervandum, ut cum frigidi pedes fuerint, tum à ſorbitione exhibenda, tum [p] maximè à potu abſtineamus, nec prius quam calor ad pedes deſcenderit, ſiquidem ut plurimùm acceſſionis febrilis ſignum eſt pedum frigiditas. *Ibid. pag.* 368. & 385.

Cum morbi vigent, & in inflammationibus conſtitunt, non fas eſt [q] cibum offerre, &c. *Lib. de Acutis. pag.* 372.

Ubi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores & extremè [r] tenuiſſimo victu utendum. Cum morbus in vigore conſiſtit, tunc victu tenuiſſimo utendum. Conjectari autem oportet an æger cum victu perdurare ſufficiat donec morbus conſiſtat, & numquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus ante deficiat & hebeteſcat. Quibus igitur morbis ſtatim conſiſtit, his ſtatim tenuis victus exhibendus eſt. Quibus verò poſterius conſiſtere debet. His & ipſo conſiſtendi tempore & parum ante illud cibus ſubtrahendus. Prius verò uberius alendum, ut æger ſufficiat: in acceſſionibus [ſ] abſtinere oportet.

bi quo liceat ſolidioribus cibis uti.

m Ad victum rectè inſtituendum ſunt tria ſpectanda, vires ægrotantis, morbi ſtatus, & ejus acceſſiones. *Galenus ad Aph.* 12. *ſect.* 1. Conſideranda etiam ætas; ſenes enim facilius jejunium ferunt. *Aph.* 13. *Ibidem.* Quo *Martianus* cenſet nos admoneri de ſenibus dum ægrotant tenuiter cibandis.

n Quod in declinatione morbi natura triumphante ſolet accidere.

o Ne abſtrahas naturam à coctione humoris morbifici.

p Nota adverbium (maximè) magis enim initio acceſſionis nocet potus quàm ſorbitio, inquit *Martianus.*

q Initia morborum famem ſitimque deſiderant, nec dandus cibus ante quam deſcenderit calor. Quod pluribus demonſtrat *Heurnius hic ex Celſo.*

r Extremè tenuiſſimus victus eſt, ſi abſtineat æger omni cibo ſola contentus aqua, vel ſi ad ſummum bibat aquam mulſam dilutiorem aut hydroſaccharum. *Ex Commentario Hollerii.*

ſ Quod eo tempore ceflui ſint humores ad corporis

Nam & cibum dare nocuum est. Hactenus *Ex sect.* 1. *Aphorism. Sentent.* 7. 8. 9. 10. & 11.

Si quis cibum febricitanti dederit, ut sanis robur, sic ægris [t] infirmitas. *Aph.* 67. *sect.* 7. Ne pura corpora quantò magis nutries tantò magis lædes. *Aph.* 10. *sect.* 2.

Victus humidus [v] febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & iis qui tali victu uti assueverunt. *Aph.* 16. *sect.* 1.

Victus rationem instituito, siquidem sine febre fuerint ex cibariis; si verò febricitarint ex sorbitionibus. *Ex Initio ferè Lib.* 2. *de Morbis mul.*

Victus [x] tenuis & exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis verò in quibus non convenit, periculosus. *Aph.* 4. *sect.* 1.

In tenui victu ægri [y] delinquunt, quò fit ut magis lædantur. Omnis enim error qui committitur major fit in tenui quàm in paulò pleniore. *Aph.* 5. *Ibidem.*

Interdum [z] cruda à capite attrahuntur, & à thoracis regione biliosa, vigiliæque ex iis accedunt, ob quas non concoquitur morbus, valdeque tristes & amarulenti evadunt, delirio tentantur; oculi vibrati splendore coruscant, aures sono implentur; extrema [aa] frigescunt, urinæ incoctæ, sudatiuncula, anxietas, &c. *Lib. de Victu in Acutis. pag.* 374.

Phylonis filia cum ei liberaliter fluxisset sanguis ex naribus, quòd septimo die intempestivè cœnasset, mortem obiit. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 3.

In Omylo Cyrenius, ubi pus intrò collegisset, calidissimo anni tempore ex pomorum aliorumque inutilium eduliorum esu febris prehendit, alvique profluvium, ac mortuus est. Carptim *ex longiore Historia. Lib.* 5. *Epid. pag.* 1046.

Victus ratio in convalescentibus.

Si à morbo cibum assumens quis non [a] corroboratur, corpus uti pluri alimento significatur. Quod si cibum assumenti idem accidat, scire oportet, quòd indiget [b] evacuatione. *Aph.* 8. *sect.* 2.

centrum, unde opprimitur, anxiaque evadit respiratio; quod si tunc dederis cibum, statim in impuritatem ille abit & hypochondria distendit. *Heurnius hic.*

t Hunc Aphorismum rejicit *Galenus* ut spurium.

v Victum humidum, *Heurnius* hic interpretatur imbecillem, sitis expertem, coctu facilem & liquidum. Quæ quatuor inesse ptisanæ docet *Hippocrates*, *Lib. de Victu in Acutis.*

x Victus summè tenuis fuerit, cùm ægri sola inedia, aut melicrato se sustentant ad crisim usque; tenuis verò cum paucis aut parum nutrientibus cibis utuntur, qualis est ptisanæ succus. *Galenus.*

y Non prævisso vigoris tempore quo cum sit abstinendum, coguntur tamen ratione virium intempestivè propinare cibum.

z Loquitur *Hippocrates* de vasorum inanitione ex inedia. Ex qua diuturniore recensita symptomata accidant.

a a Imò etiam pedes intumescant, ut notat hic *Mercurialis etiam ex Aristotele.*

a Ob solam imbecillitatem caloris naturalis à prægresso morbo.

b Hoc enim casu frauda-

tur coctio etiam moderatiotis cibi ob superstitem materiam morbificam. *Galenus.*

c Seu ob caloris naturalis imbecillitatem, seu ob superstitem materiam morbificam. *Ex eodem Galeno & Dureto.*

Ejus qui ex morbo bene cibatur, nil proficere corpus, malum. *Aph.* 37. *Ibidem.* Qui ex longa valetudine sese recolligentes cibum bene sumunt, nilque proficiunt, ii [c] malignè relabuntur. *Coac.* 127.

Imbecillis cibaria & opsonia conficito & exhibeto; ex quibus neque flatus fit, neque ructus acidus, neque tormina, & quæ neque admodum per alvum demittantur, neque admodum exsiccentur. *Lib. de Affect. pag.* 543. Imbecillis quæcumque dederis, pro morbi & corporis ratione ea corpus absumit, & neque indigum est, neque plenum. *Ibidem. pag.* 544.

Victus ratio analeptica, renutritio.

a Etenim accisus naturalis calor non potest conficere cibum copiosorem. *Galenus.*

b Per potum *Galenus* intelligit etiam sorbitiones.

c Ut vinum inter potulenta, ptisanæ cremor inter sorbitiones.

Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, [a] lentè reficere oportet; quæ verò brevi breviter. *Aph.* 7. *sect.* 2. Facilius impleri [b] potu quàm cibo. *Aph.* 11. *Ibidem.* Eorum quæ universim [c] & velociter nutriuntur, veloces quoque sunt excretiones. *Aph.* 18. *Ibid.*

Qui cibi paulatim adjectione utetur, is corpori leniter sanitatem restituet. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 338.

Quod ægrè immutatur, ægrè conficitur; quod facilè apponitur, facilè consumitur. Qui celeri appositione indigent, iis humidum medicamentum ad resumendas vires optimum. Qui verò adhuc celeriori per odoratum, at [d] qui tardiore appositione opus habent, iis solidus cibus offerendus. *Lib. de Alimento. pag.* 363.

d Etenim à rebus odoratis exhalatio quædam defluit admodum tenuis, quæ reficit & reparat spiritus animales, qua ratione vitam sustentasse perhibetur *Democritus* in dies plures admotis naribus calentibus panibus apud *Laertium.*

Qui attenuato sunt corpore, & crassiores effici volunt, nullam exercitationem subire debent, &c. *Lib. de salubri Vict. rat. pag.* 298.

Si gracilem febris urat, manifestum quod non ob corporis tumorem febris detinet, ac si non cesset, nutrire & tumidum reddere oportet, &c. Ardores autem sorbitionibus & potionibus veluti febrem refrigerante medicamento exolvito, [e] Cammaro, aut alio id genus.

e Cancero scilicet marino.

Vidua

Viduæ & Virgines.

[De iis actum *in Mensium suppressione*, etiamque in Articulis *de Venere, de Semine, & de Vteri præfocatione.*]

Vigiliæ, supra *in Somno.*

Vinum, vini vires, & differentiæ.

Vinum [a] calidum & siccum. Habet etiam quid purgans à materia. Vina nigra & austera ficciora sunt, neque per alvum secedunt, neque urinam aut sputum movent, sed corporis humiditatem absumendo siccant, & caliditatem inferunt. Mollia, nigra, humidiora sunt, & flatus excitant, alvumque magis dejiciunt. Dulcia, nigra, humidiora sunt: calefaciunt autem & inflant, cum humiditatem inducant. Alba verò & austera calefaciunt, magis autem urinam movent, quàm alvum dejiciant. Vina recentia alvum magis movent, quòd sint musto propiora & nutriunt: item odora magis quàm inodora ejusdem ætatis, quapropter faciliùs concoquuntur, & crassa quàm tenuia. At tenuia dulcia urinam magis & alvum movent, corpusque humectant, & sanguinem reddunt imbecillum, cum adversarium corpori sanguinem augeant. Mustum flatum movet & subducit, turbationemque in ventre suo fervore excitat, alvumque dejicit. Flatum quidem movet, quòd calefaciat: è corpore autem subducit, quia purgat. Cum verò in ventriculo ferveat, turbationem excitat, & alvo secedit. Vina acida refrigerant, extenuant, & humectant, quòd humidum è corpore educant. Humectant autem quòd aqua unà cum vino ingrediatur. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 328.

Vinum [b] aquosum redundantem in superiore ventre humiditatem, & in inferiore flatum inducit. Vi-

[a] Vinum secundo gradu calefacit, at quod vetustius est etiam tertio. Mustum primo tantùm, *Ex Galeno. Lib. 8. Simplicium.* Vinorum autem omnium rubra & simul crassa sanguini generando sunt accommodatissima; deinde quæ nigra, crassaque & dulcia tum quæ colore sunt rubra & nigra, consistentia verò crassa. His minus alunt quæ simul alba sunt & crassa & acerba. At omnium minimè quæ colore quidem sunt alba, consistentia autem tenuia & aquosa. *Ex eodem Galeno. Lib. 3. de Alimentorum facultate.*

[b] Vulgò oligophorum; nullam aut paucissimam aquam ferens: Edentulum

num verò merum palpitationem, capitis gravitatem & sitim. *Lib. de Vict. rat. in Acutis. pag.* 373.

Vinum [c] dulce & vinosum, & [d] album & nigrum, & aquam mulsam, & aquam & acetum mulsum his notis in morbis acutis distinguere oportet. Dulce quidem vinoso minus caput gravat, & minus mentem tentat, magisque sane quam alterum intestinorum dejectiones movet, viscerum etiam tumores, hepatis nempe ac lienis auget. Neque his igitur qui amaram bilem colligunt; convenit, nempe quod his sitim faciat. Quin etiam in superiore ventriculo flatum excitat; neque tamen inferiori intestino pro flatus ratione est adversum, &c. Et certè hoc minus urinas movet quam vinosum [e] album, sputum tamen potentiùs educit, quia dulce est, &c. At verò vinum album vinosum ad vesicam magis penetrat, & urinam promovet, quamvis ad alia altero minus sit idoneum. Vino verò fulvo & nigro austero in acutis uti poteris, si utique capitis gravitas non insit, neque mentis perculsio, neque sputum sursum ferri prohibeatur, neque etiam urina inhibeatur; sed alvi egestiones humentosiores & ramentosiores fuerint. Carptim. *Ibidem. pag.* 376. 377.

Ad aquam [f] proximè accedit vinum [g] molle & album. *Lib.* I. *de Vict. rat. pag.* 319.

Vinum aquosum pueris conducit, ne convulsionibus calculoque tententur, [ut nuper dictum *in Victu Sanorum.*]

Vinum [h] & mel optima hominibus censentur, si pro natura sanis & debilibus tempestivè & moderatè exhibeantur. *Ex fine Lib. de Affect.*

Vini tum *meracioris*, tum [a] *diluti ratio.*

Vinum merum copiosius exhibitum hominem imbecillitate quadam afficit. *Lib. de prisca Medicina. pag.* 24. Meraciores potiones corporis palpitationem, & in

Platoni dictum. *Mercurialis.*

c d Vinum dulce nunquam exquisitè, tenue & album existit; sed continuò nigrum fit; non tamen nigrum omne continuò est dulce. Nam ex his quædam austera sunt ventri utilia in profluviis, uti & quæcunque alia adstringentia. *Galenus.*

e Quod vinum aliquod album etiam vinosum dicatur, intelligendum facta comparatione ad vinum album aquosum. Etenim exactè loquentibus nullum album calefaciet vehementer, quod proprium fulvi, deinde rubri, & ab hoc dulcis. *Galenus* hic.

f, g Vina aquosa uti colore aquam referunt, sic & nutriendi virtute parùm ab aqua differunt, urinamque provocant. *Galenus ad Aph.* 11. *sect.* 2.

h Licet vinum non nutriat absque cibis, egregiè tamen nutrit cum pane, unde solebant Antiqui hospitibus utrumque apponere, quasi duo præcipua vitæ fomenta. *Ex Mercuriali post Homerum.*

a *Mercurialis ad Aph.* 57. *sect.* 7. notat varias fuisse quondam temperandi rationes, inter quas meracior censebatur, quæ tantumdem aquæ miscebat vino. At vinum Maronium admodum vinosum

capite pulsationem efficiunt, [*& cætera in Potulentorum Varietate adducta.*]

Cibi qui aut flatum, aut ardorem, aut morsum, aut repletionem excitant, aut tormina, ab ejusmodi liberat vinum merum superbibitum. *Lib. de Affect. pag.* 547.

Famem [b] Thorexis, ideſt vini potio solvit. *Aph.* 21. *sect.* 2.

Si dilutius fuerit vinum, superiores omnes partes quæ circa vesicam sunt minus lædit. Meracius verò iis quæ circa intestina magis prodest. *Lib. de Acutis. pag.* 377.

In ejusmodi morbis ubi vehementem capitis gravitatem [c] vel mentis læsionem afferre suspicatus fueris, vino omnino est abstinendum, tuncque aqua utendum, aut vinum aquosum & album, & penitus inodorum dandum, & post illius potionem aquæ exiguum superbibendum. Hac enim ratione vini robur caput mentemque minus feriet. *Lib. de Vict. rat. in Acut. pag.* 380.

[Vini Thasii 25. partibus aquæ diluti facta mentio *in Potulentorum Varietate.*]

Vini ratio in externos usus.

Vinum dulce diuturnis ulceribus assiduo usu idoneum. Quin etiam ad medicamentorum purgantium potionem est accommodatum. At austerum vinum tum album tum nigrum & frigidum ad ulcera adhibetur. *Lib. de Liquidorum usu. pag.* 427.

Vinum mustum.

Flatum movet & subducit, turbationemque excitat. [*& cætera in Vini differentiis supra adducta.*] Copiosius sumptum Hyderum ex [a] liene adfert. *Lib. de Intern. Affect. pag.* 569.

temperabatur viginti partibus aquæ. *Ex Homero.*

b Quasi dicas armaturam quandam thoracis, nam vini generosi potio armare & calefacere videtur. Unde quidam se eo sumpto jactent sumpsisse armaturam contra frigus. *Heurnius.*

c In quovis delirio etiam sine febre uti insanientibus ex melancholia abstinendum vino, nisi fuerit admodum aquosum. *Martianus.*

a Dum sua humiditate lienem implet, caliditate accendit, dulcedine obstruit *Martinus.*

Vinum [a] *ſecundarium, vinaceæ.*

Vuarum paſſarum fæces vinaceæ expreſſæ, dilutæ, febrientibus in potu commodæ. *Lib. 3. de Morb.* Fæces vinaceæ humectant, ſubducunt & flatum excitant. *Lib. 2. de Vict. rat. pag.* 328. Aquam ex vinaceis dulcibus per noctem maceratis ſex diebus bibat. *Lib. 2. de Morb. pag.* 483. 484. *in Morbo ructum faciente.*

a Δευτερὸν Græci vocant, Latini Loram. Fit ex aquæ affuſione in dolia vinaceis plena, ea aquæ proportione, ut neque Lora vinoſior ſit, neque aquoſior. *Gorreus.* Convenit iis quibus vini noxam metuimus. *Dioſcorides.*

Viola [a] *alba & nigra, Cheiri Arabum.*

Violæ albæ ſemen quantùm tribus digitis capere poſſis, ex vino albo temperato bibat. Violæ [b] nigræ radice vino macerata eodem modo utatur ad ſecundarum detractionem. *Lib. de Nat. mul. pag.* 605.

a Leucoïon dicta, vulgaris notitiæ, ſed in floribus differentia quædam; namque aut cœrulei aut albi, aut purpurei, aut lutei coloris. Hæcque præfertur in medicos uſus. Unde oleūm cheirinum.

b Cave ne accipias pro viola Martiana noſtra ignota Hippocrati, de qua *Dioſcorides* ſeorſim agit à viola nigra.

Vipera; Viperæ exuvium.

Viperæ exuvium aceto vinoſo tritum impetiginem ſanat. *Lib. 2. de Morb. mul. pag.* 743.

Viragines.

[De iis actum *in Sexus diſtinctione.*]

Virgines; ſupra *Viduæ.*

[a] *Viſcum.*

Danda quæ lienem extenuant aſphodeli ſemen, viſci folia, *& cætera in Liene adducta.*

a Præſtantiſſimum quernum, minus efficax quod malis pyriſque innaſcitur, nec ſolum lieni aſſumptum prodeſt, ſed etiam eundem cum calce coctum & admotum abſumit. *Dioſcorides.*

Vitam quæ faciant longiorem, supra *in Sanitate.*

Vitex, supra *Agnus castus.*

Vitiligo, [a] *Alphos.*

Impetigines & lepræ, albicantesque vitiligines, siquidem juvenibus aut pueris horum aliquod contingat, aut sensim se prodens diuturnitate temporis augetur. In iis quidem eæ pustulæ minimè abscessus existimandæ sunt, sed morbi. At quibus ex iis aliquid subitò multumque contingit, id certè abscessus dici possit. Oriuntur autem albicantes vitiligines ex maximè quidem lethalibus morbis, velut quæ tabes dicitur. Ex quibus quæ maximè juvenibus contingunt ut recentissima quæque ea faciliùs curantur, tum quæ in mollibus & carnosis partibus nascuntur. *Ex fine Prædictorum. pag.* 112.

a. Est vitiosa macula fœdaque in cute apparens, & ex malo corporis habitu excitata, sed sine manifesta cutis asperitate; cujus tres sunt species, Alphos, Melas, Leuce. Alphos generis nomen retinet. Melas sic dicitur ob nigricantem colorem ab atro humore excitatus. Leuce habet quid simile Alpho, sed magis albida est, & altius descendit subjectam carnem etiam occupans. Oritur à pituita lenta & viscosa, uti Alphus à pituitoso sanguine. *Gorreus.* Nos insignem vitiliginem nigram faciem & oculos fœdantem ex mensium suppressione derepente ortam observavimus.

Vitulina caro, supra *in Bubula.*

Ulcus.

Siquis omnes morbos [a] ulcera dixerit, non sine probabilitate dixerit. *Lib. de Fractis. pag.* 308.

Ulcera quatuor progrediendi [b] modos habere videntur. Unum quidem in profundum, cujus modi sunt fistulosa cicatrice obducta, & intus cava. Alterum quo ad superiora tendunt; velut quæ superexcrescentem carnem habent. Tertium in latum, qualia quæ serpentia vocantur. Quartus modus est, qui solus secundùm naturam motus esse videtur. *Lib. de Medico. pag.* 31.

Ulcera erumpunt, ubi quis non purgatus [c] exercitio utatur. *Lib. 6. Epid. sect. 9. text.* 22.

Ulcera qui nosse volet, qualem quæque exitum ha-

a. Liquet ulcus hic sumi generalius pro solutione continui.

b Seu modos & differentias à figura desumptas.

c Auctus si quidem exercitio calor naturalis ex profundo ad superficiem succos evocat, qui si acres

bitura sunt; is in primis hominum [d] naturas animadvertere debet, quænam ad ulcera melius, quænam etiam deterius, affectæ sunt. Deinde ætates in quibus sua cujusque generis ulcera non facilè profligantur. Locos etiam corporis in considerationem adhibere, quantùm alii aliis præstent, &c. *Lib. 2. Prædicorum. pag.* 98.

In [e] lentiginosis seu subalbidis lenticoloribus ulcera perægrè ad cicatricem veniunt, cutis & labia diffinduntur, quod Antilocho & Alenæ accidit. *Lib. 3. Epid. sect. 2. pag.* 980.

Ulcera quæcunque annua sunt, aut etiam diuturniora. Os [f] abscedere necesse est, & cicatrices cavas fieri. *Aph. 45. sect. 6.*

Ulcerum cicatrices, si non aliud [g] malum subsit, omnes & à tempore & ab Arte juvari posse existimandæ sunt, ac præcipuè quæ recentissimæ & in juvenum corporibus contractæ sunt. *Lib. 2. Prædictorum. pag.* 103.

Ulcera undique glabra [h] maligna. *Aph. 4. sect. 6. & Lib. 6. Epid. sect. 8.*

Ulcus [i] ferinum hanc ob causam corpus invadit, ubi caro circum circa inflammationem concipit, &c *Lib. de Locis in Homine. pag.* 414.

A forti in ulceribus pulsu [k] hæmorrhagia, malum. *Aph. 21. sect. 7.*

Omni recenter facto ulceri præterquam si in [l] ventre sit, sanguinem statim plus minus effundere expedit, nam tum minus adest inflammationis periculum. Quin & ut ab inveteratis ulceribus sanguinem crebrò effluere expedit, præsertim si in crure, aut pedis, aut manus digito fuerint. Exhausta enim sanguinis effluxu sicciora aut minora evadunt, &c. oleum verò, & quæcunque olei vim habent, hujusmodi ulceribus minimè [m] conveniunt, nisi prorsus ad sanitatem tendant. Neque recentibus oleum; neque mollia, neque pinguia medicamenta conveniunt. Carptim. *Ex Lib. de Ulceribus. pag.* 899.

In magna ulcerum parte inferiorem alvum [n] purga-

NOTÆ.

fuerint, erodunt *Galenus.*

d Sanguineorum enim beneque habitorum ulcera facilè ad cicatricem ducuntur: pituitosorum, cachecticorum, hydropicorum, biliosorum, lentiginosorum ulcera sunt dysepulota.

e De iis actum suo loco.

f Ab incursu acerrimæ saniei quæ membrenas & os exedit.

g Ut insignis cacochymia totius corporis peculiarisve imbecillitas, unde foveatur ulcus.

h Ob affluxum pravorum humorum à quibus eroditur ulcus cum pilorum radicibus. *Galenus.*

i Fovetur si quidem ulcus ab inflammatione jugi, unde nova puris fœtura.

k Hujusmodi hæmorrhagia accidit pressis à phlegmone arteriis sanguine spirituoso repletis, quæ dum student onus expellere motu calidiore sanguinem fundunt. *Heurnius.*

l Etenim in ventre seu propriè, seu pro quavis corporis cavitate sumpto effusus sanguis necessariò putrescit.

m Impediunt siquidem suo lentore ulceris detersionem.

n Nec solùm alvum expurgare convenit, sed e-

re convenit, tum etiam in vulneribus capitis & ventris & articulorum. Tum in quibus partis corruptela imminet. In his item quæ suturam postulant, & in his quæ exedunt & serpunt, & in his quæ inveteraverunt & quæ deligationem postulant. *Ibidem.*

Sæpius ulcus spongia abstergendum; itemque linteum siccum & mundum crebrò adhibendum. *Ibidem.*

Ulceribus plerisque anni tempus magis quam [o] hyems conducit, præter quam iis quæ sunt in capite & ventre magis autem Æquinoctium. *Ibidem.*

Quacunque parte os ustum aut sectum, aut quavis alia ratione secesserit, in hujusmodi ulceribus cicatrices cavæ fiunt. Non repurgata ulcera, neque si adducantur coire solent, neque sua sponte coalescunt. Neque item coire solent, quorum ulcus ambientes partes inflammatione vexantur, quandiu [p] inflammatio durat. Neque si quæ ulcus ambiunt inflammationem contrahant, aut sanguine putrescēte, aut etiam varice sanguinis influxum suppeditante, id genus ulcera coire solent nisi ulcus circunstantes partes sanas effeceris. *Ibidem.*

In rotundis ulceribus si cavitatem nacta sint, quæ abscesserunt, in orbem undequaque, aut ex toto, aut ex dimidio [q] circuli secundùm naturalem hominis longitudinem procidere oportet. *Ibidem.*

In omni ulcere cui erysipelas accessit corporis [r] purgationem quancunque in partem ulceri conducit, sive sursum, sive deorsum instituere oportet. *Ibidem.*

Ulcera curato studendo [s] ut inflammatio arceatur, repurgentur, impleantur, & ad cicatricem perducantur. *Lib.* 1. *Morb. de mul. pag.* 67.

Nomæ [t] sunt maximè lethales quæ putredinem altissimè descendentem habent, suntque nigerrimæ & siccissimæ. Vitiosæ quoque & in periculum præcipitant quæ saniem nigram reddunt. At albæ & mucosæ putredines mortem adferunt minus, sed recidivas faciunt & diutius perseverant. Herpetes autem ex his quæ depascendo serpunto minimum [v] habent peri-

NOTÆ.

tiam humores per sudorem & urinas à parte affecta revellendi sunt. Hinc est quod potiones vulnerariæ conducere existimantur urinas movendo unaque ichorosam materiam, quæ jugiter in partem vulneratam deferri solebat excludendo; quò etiam pertinent decoctiones chynæ & salsæ parillæ.

o Frigidum enim ulceribus inimicum.

p Quòd inflammationi succedat suppuratio.

q Ut à facto sic angulo inde cicatrix oriatur. Ideò enim rotunda ulcera sunt dysepulota, quòd nullum iis insit principium inchoandæ cicatricis.

r Erysipelas enim biliosi humoris quo fovetur expurgationem postular, uti phlegnone venæ sectionem. *Galenus. Lib.* 14. *Meth.*

s Tum sanguinis missione, tum tenuiori diæta refrigeranrique, & quiete.

t Sic dicuntur ulcera putredinosa quæ vicinas partes serpendo erodunt. *Gorreus.*

v Ideò herpetes minimùm habent periculi, quòd solam cutis supeficiem at-

tingant, nec altè penetrent ut nomæ.
x y Ita ut hæc diaria febris suscitata fuerit à suppuratione brevi absolvenda laudabilique ex puris albedine.
z a a Intellige per sydeationem materiæ in meliorem conditionem mutatæ oppositamque gangrænæ à vincente natura.
b b Quæ differt à nome quod habeat prætumida labra. *Gorreus.*

culi; at secundùm abditos cancros difficilius curantur. At his omnibus febrem [x] uno die succedere confert, & pus quam [y] maximè candidum & crassum. Prodest quoque in [z] altè conditis & nigris putredinibus nervi syderatio, aut [a a] ossis, aut amborum. Pus enim multum in syderationibus effluit & putredines liberat. Lib. 2. *Prædictorum.* pag. 100.

Inter exedentia ulcera, quacunque parte [b b] phagedæna adfuerit, & valde absumit & depascitur, & livet, & nigricat in ulceris ambitu. *Dicto Lib. de Vlceribus. pag.* 901.

c c Curantur enim ulcera per exciccationem; quæ vix speranda in hydrope ob jugem seri affluxum. *Galenus.*
d d Videnda sunt quæ attulimus supra Articulo de *Mortis signis.*

Aqua intercute labarantibus ulcera in corpore facta difficulter [c c] sanantur. *Aph.* 8. *sect.* 6.

Livida [d d] & sicca ulcera fiunt morituris ægris ante obitum. *Ex Lib. Prænot. & Coac.* 490. Ulcuscula in ambitu livida si imbecillo existenti ægro eruperint, lethalia sunt. *Ex Lib. de Loc. in Homine. pag.* 416.

e e Pus enim hujusmodi caloris naturalis robur indicat.
f f Ichores Hippocrati dictos puri laudabili oppositos.

Ulcera cum urinis conferre oportet. Ulcera namque si repurgando pus [e e] album rejiciunt, celerem mutationem denunciant. Sed si ad saniosos [f f] humores convertantur maligna evadunt. *Lib. de Judicat. pag.* 69.

g g Fames enim ulcera exciccat.
h h Tum qualitate deficcatoria, quo nomine omnibus ulceribus etiam conferat, tum qualitate occulta efficacius piscatorum ulceribus.

Morbi quicunque ulcerum genere continentur, & reliquo corpore superveniunt, unà cum medicamentis etiam fame [g g] curandi sunt. *Lib. de Locis in Homine. pag.* 416.

Ad piscatorum ulcera valet aqua [h h] marina. *Lib. de Liquidorum usu. pag.* 426.

Umbilicus veneris, Cotyledon.

a Horum succus inflammationibus, sacris ignibus, strumis, pernionibus auxiliatur, stomachi ardorem refrigerat. *Dioscor.*

Si uteri inflammatione laborent, umbilici [a] veneris folia & porrum cum tricici farina oleo affuso decocta edenda dato. *Lib. de Nat. mul. pag.* 622.

Umbilici affectus.

a *Duretus* notat Hippocratem id ipsum hic innuere,

Dolores circa umbilicum cum [a] palpitatione mentis alienatæ

alienatæ significationem quandam præbent. At iis sub crisim conferta & crebra pituita cum dolore prodit. *Coac.* 300. & *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 36.

Suppurationibus umbilicus terminus. [Nuper *in Suppuratione explicatus* Locus.]

In doloribus infra umbilicum alvus molli clystere solvenda. [& *cætera adducta in Coli affectibus.*] *Lib. de Affect. pag.* 532.

Hegesipolis filiolum quatuor prope menses circa umbilicum dolor erodens detinuit. Ventrem cædebat, vellicabat, calores præhendebant, contabescebat, [b] ossa restabant, pedes intumescebant. Testes, ventris partes ad umbilicum inflatæ erant; perinde ac quibus alvus conturbari velle videtur, cibum aversabatur, &c. mortuus est. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1100. 1101.

Larissæ quidam hasta lata percussus à tergo vulnus accepit, cujus acies infra umbilicum penetravit, &c. postridie exhibito medicamento purgante, quiddam subcruentum [c] dejecit, & mortuus est. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1043.

Abderæ Dini puero ad umbilicum pertuso fistula relicta est, qua interdum Lumbricus crassus pervasit, ibique etiam intestinum prolapsum. [& *cætera adducta Articulo de Lumbricis. Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1115.

[a] *Unguentum.*

Plura genera occurrunt passim, ut Rosaceum, Narcissinum, Baccarinum, Irinum, Myrtinum, Amaricinum, Anthinum, Ægyptium, album.

Ungues.

Ex hoc ipso glutinoso humore (quo nervi) ungues producti sunt. Quòd enim in eo maximè est humidum ab ossibus & articulis semper in ungues foras secedit, & à calore exiccatum & arefactum glutinosum redditur. *Lib. de Carn. pag.* 210. Si ægro præter corporis

NOTÆ.

quod *Coac.* superiore (una excepta) dixerat palpitationem ventris insaniam afferre; quam insaniam benigniùs interpretatur de levi delirio, quod pituitosus humor circa diaphragma putrescens excitat, donec aut per alvum aut per laboriosam urinam criticè expellatur, nec à *Dureti* mente recedit *Mercurialis*, *Comment. in Prorrethicum.*

[b] Ossa reliqua erant. *Marinellus.*

[c] Unde colligendum fuit vulnus penetrasse ventriculum & intestina.

[a] Non rarò sumitur Hippocrati pro oleo, ut demonstrat *Fœsius*, qui monet præterea unguentum simpliciter positum sumi ab Hippocrate pro rosaceo.

gravitatem ungues & digiti livescant, mors expectanda. *Ex* Lib. *Prænot. pag.* 47.

Volueres, supra *Aves*.

Volvulus, supra *Ileus*.

Vomica, supra tum *in Abscessu*; tum *in Suppuratione*.

Vomitus sanorum.

Sex hybernis mensibus vomitus [a] ciendus; quod tempus hoc æstivo plus pituitæ trahat, & morbi circa caput & regionem quæ est supra septum transversum excitantur. At æstate infusis utendum. [*& Cætera.Lib. de Salub. Vict. rat. afferenda in Vomitoriorum usu.*]

Vomitionibus post cibos cujusvis generis humidiores [b] ter in mense utantur, sicciores verò bis. A vomitionibus sensim per tres dies ad consuetum cibum deducendum, & sub id tẽpus levioribus & paucioribus laboribus utendum. A bubula & porcina carne, aut à quibusvis aliis quis supra modum repletus [c] vomat. Quin etiam ex caseorum & dulcium & pinguium minimè confectorum repletione vomere confert. Post ebrietatem quoque & ciborum mutationem & locorum transmutationem vomendum. *Lib.* 3. *de Vict. rat. pag.* 340.

Humidioribus naturis confert ut vomitionibus repurgentur. *Lib.* 1. *de Vict. rat. pag.* 317.

Cum quis cibos ac potiones plus solito senserit, nisi ut solet confecerit, statim vomitione rejicere optimum. *Lib. de Affect. pag.* 547.

a Intellige de vomitione, qua procuratur vacuatio solius pituitæ ventriculo contentæ; non verò de vacuatione humorum universo corpore redundantium, quæ æstate molienda per superiorem ventriculum. *Ex Aph.* 4. *sect.* 4.

b Notat *Hollerius ad Aph.* 4. *sect.* 4. Hippocratis tempore Græcos præsertim in Co insula calidissima assuetos fuisse non minus quotidianæ vomitioni ac balneationi; hanc verò consuetudinem ab ipso Hippocrate repressam; ita ut bis aut ter ad summum in mense approbata fuerit, tandemque ab *Asclepiade* hanc consuetudinem fuisse omninò sublatam.

c Ad particularem tunc vacuationem gravati ventriculi eò ex se sæpius inclinantis.

Vomitus ægrorum.

Si quis in febre non lethali dixerit caput dolere, aut tenebricosum quiddam ante oculos obversari. Si etiam

ventriculi [a] morſus acceſſerit, [b] bilioſa vomitio adeſit. Quòd ſi rigor quoque obortus fuerit, & inferiores hypochondriorum partes frigidas habuerit, adhuc citius [c] vomitio aderit. *Ex Lib. Prænot. pag. 56.*

Qui vomituri ſunt his antea os crebra [d] ſalivatione impletur. *Coac. 566.*

Vomitus eſt perquam utilis qui bilem pituitæ quam maximè [e] permixtam habet, ac neque ad [f] modum craſſus eſt, neque multus; at enim ſynceriores vomitiones deteriores ſunt. [g] Viridis quoque vomitus, & niger & lividus vitioſus eſt. Quod ſi omnes [h] colores idem vomat, exitiale eſt. Celerrimum autem exitium indicat [i] lividus & mali odoris; omnèſque ſubputres & graves odores in omnibus vomitionibus mali. *Coac. 556. & Lib. Prænot. pag. 49.*

Mortem quoque adfert ruber vomitus præcipuè ſi cum majore conatu & dolore [k] contingat. *Ex fine Coac. 556.*

Vomitiones exiguæ [l] bilioſæ malum denuncicant; præcipuè ſi pervigilio conflictentur ægri: his [m] ſtillans naſus perniciem minatur. *Lib. 1. Prædictorum. Sent. 79. Coac. 558.*

Ex nigris vomitionibus oborta [n] ſurditas noxia non eſt. *Coac. 559.*

Vomitus parvi, frequentes, bilioſi, [o] ſynceri, mali ſunt in copioſiore ventris ſubductione, & intenſo lumborum dolore. *Coac. 560.*

Ubi ex vomitu anxietudo occupat, vox ſtridula eſt, oculi pulvere obſiti inſania portenditur, taleſque vehementi inſania correpti voce defecti [p] intereunt. *Coac. 561. & Lib. 1. Prædictorem. Sent. 17.*

Ex ſynceris vomitionibus ſingultus malus: [q] mala quoque convulſio uti etiam in immodicis purgationibus, quæ ex medicamentorum potionibus fiunt. *Coac. 565.*

In omni ſuperflua purgatione [r] frigus cum ſudore exitiale, & inter hæc qui ſubinde vomunt & ſiticuloſi ſunt, malè habent. *Coac. 568.*

Vomitus virulenti & ærigunoſi in capitis doloribus

NOTÆ.

a Adde inferioris labii concuſſionem ex ſympathia tunicæ interioris oti ventriculi & faucibus communis. *Galenus.*

b Notat idem *Galenus* ſolam bilioſam vomitionem morſum ventriculi afferre.

c Hæc enim ferocientem intus bilem atteſtantur.

d Ob ſympathiam prædictam oris & ſtomachi propter membranæ interioris communiouem.

e Unde denotatur integritas partis juncta cum pari virtute caloris nativi, cujus munus eſt coquere & miſcere. *Duretus.*

f Craſſus vomitus, laborioſus, multus vires frangit, ſyncerus denotat materiam nimis coctam, vel ſuo ſero exhauſtam. *Ex eodem Dureto & Mercuriali in Lib. Prænot.*

g Non ex vitio alimenti porracei coloris; ſed à bilis confluxu ex viſceribus incendio conflagrantibus.

h Quo plures exhibentur pravi colores, eo plures denunciantur pravæ affectiones humorum eos edentium. *Duretus.*

i Purredo enim indicatur à fœdo odore cum extinctione facultatis. *Galenus.*

k Denotat enim venæ eroſionem in ventriculi ore vel fundo. *Gal.*

l m Proritatur quippe ab humore è viſceribus atque venis irruente. *Duretus.*

n Imò exitialis. *Ex Dureto*, qui mendum hîc ſuſpicatur.

o Quod ſint ſymptomatici, nec quicquam levent diarrhœam, ſed periculum periculo adjiciant. *Duretus.*

p Intellige adeſſe humoris maligni perennitatem tum à febre maligna in hypochondriis, tum à ce-

rebri inflammatione. *Ex Dureti Commentario.*
q Quem parit non simplex proritatio ventriculi, sed ejusdem exhausti insanabilis convulsio. *Duretus.*
r Postquam ad ultima ventum est Hypercarhatsis interimit convellendo & exolvendo ut centies ex Antimonio se observasse affirmat *Duretus.*
s Melancholicam ecstasim scilicet in qua insaniæ summa insunt omnia ex æruginosæ bilis in atram facili mutatione. *Duretus.*
t Singultus post vomitum aut ventriculi inanitionem aut ejus inflammationem significat, sicuti oculorum rubor cerebri inflammationem. *Heurnius.*
v x Vacuando & revellendo.
y Nos non semel observavimus fœdam horrendamque hujusmodi vomitionem ex diuturniore alvi suppressione, sine noxa tamen.

cum surditate & insomnia promptam [r] insaniam significant. *Coac.* 169. & *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 10.

A vomitu singultus & oculorum [t] rubor malum. *Aph.* 3. *sect.* 7.

Fluxione ex capite manante vomitus [v] confert. *Lib. de Locis in homine. pag.* 416.

Alvum coactam vomitio solvit, & plus æquo humidam sistit. [Locus integer supra *in Alvi adstrictione.*]

A longo alvi profluvio habito spontaneus vomitus superveniens morbum [x] solvit. *Aph.* 15. *sect.* 6.

Eutichidi cholera morbo laboranti vomitione [y] fæx mollis prodiit. [*Et cætera ex Historia integra adducta in Cholora Morbo.*]

Vomitum Sedantia.

a Inter vomitum sedantia mirè efficax extremitatum calefactio *ex Avicenna* maximè etiam confert bis aut ter primis dentibus cœpam communem mordere citra manducationem. *Fallopius.*
b Unde vulgò jactatur vomitum vomitu curari, quod intelligendum de blandis vomitoriis ut aqua tepida, non de sorbitionibus quæ totum corpus commovent.
c Meritò sanè cùm somnus omnes vacuationes sistat excepto sudore.
d Hoc casu exhibitum vomitorium validissimum, quod plus periculi impenderet ab alvi profluvio immoderatiore quàm à vomitu.

Vomitum tollit ocymi [a] succus ex vino albo. *Lib. de Morb. mul. pag.* 697.

Vomitum sedat calida in potu adhibita & vomitione reddita. *Lib.* 2. *Epid. sect.* 5. Siquis vomenti copiosam aquam propinet, unà cum [b] vomitu eluet quæ vomitus causa sunt. Huic quidem per vomitum vomitus sedatur. *Lib. de Locis in homine. pag.* 419.

Cum evacuatum & vomentem curandum susceperis, vomitum ne sedato. Vomitus si quidem evacuationem sedat. Facilius autem postea vomitus sedatur. Quòd si ita affectus debilis fuerit à vomitu medicamentum somnum concilians [c] exhibeto. *Ibidem. pag.* 416.

Atheniensem cholera morbo correptum ab alvi profluvio, tum à vomitu liberavit vomitorium ex helleboro. *Lib. Epid. pag.* 1039. [*Adducta Historia integrior in cholera Morbo.*]

d *Vomitionum*

Vomitionum usurpandarum ratio.

Vomitiones hunc in modum faciendæ. Obesi ac minimè [a] tenues jejuni vomant à cursu, [b] aut celeri deambulatione circa meridiem. Hyssopi hemina dimidia in aquæ congio contriti potui exhibeatur, affuso aceto & addito sale quò fiant jucundissima, ac primùm quidem sensim; deinde verò celerius ebibatur. Graciliores autem & imbecilliores à cibis [c] vomitum cieant in hunc modum. Post balneum calidum præbibant vini merihеminam. Mox cibos [d] cujusvis generis assumāt, neque inter cibos aut post eos bibant, sed se contineant, quo tempore quis stadia quatuor procurrat. Deinde triplex illis vinum permiscebis in potum austerum, dulce, & acidum. Primùm quidem meracius sensim & ex magno intervallo. Deinde dilutius, celerius & affatim. At verò qui singulis mensibus bis vomere consuevit, hunc præstat duobus ex ordine diebus vomitum ciere, quam decimo quinto die. *Lib. de Salub. Vict. rat. pag.* 298. 299.

Ad [e] helleboros qui non facilè supra purgantur eorum corpora pluri [f] cibo atque quiete humectanda sunt. Cum biberit quis helleborum ad [g] motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos verò & quietem minus. Indicat autem navigatio turbari motione corpus. Cùm volueris, magis movere helleborum, move corpus. Cùm verò sistere somnum facito, & non moveto. *Aph.* 13. 14. & 15. *sect.* 4.

Primum quidem fomentum adhibeto, eoque adhibito, postridie aquæ mulsæ [h] semicongium pauco aceto affuso potui exhibeto, idque unico spiritu bibere jubeto, &c. Deinde eum multis stragulis convolvito. Quod si non perferat, sed vomere velit, evomat. Si verò post aliquod tempus vomitus non detineat aquæ tepidæ magno [i] calice insuper ebibito, & levi per pennam attrectatione vomat. *Lib. de Intern. affect. pag.* 558.

a Quique sunt ideò securi magis à vasorum ruptione.

b Agitatio enim corporis præparat corpus ad faciliorem vomitionem. *Ex Aph.* 14. *sect* 4.

c Ne secus vas aliquod iis rumparur, aut viribus deficiant in ipsa vomitione.

d Quæ hic præscribuntur de variis cibis post vomitorium haustum sumendis & de triplici vino ebibendo recedunt ab Hippocratis methodo & doctrina, eaque ratione improbantur à *Galeno* hic, ostenduntque librum minimè esse tanti viri fœtum.

e Quo nomine Hippocrates intelligit ferè omne medicamentum purgans ex quorundam mente. At *Martianus* accipit de solo helleboro albo, contenditque solis vomitoriis non verò catarthicis conferre corporis motionem.

f Imò & balneis. *Heurnius.*

g Donec se prodant signa incipientis vacuationis, quæ ferè post duas horas apparet, oris salivatione & ventriculi ardore prænunciari solita. *Ex Hollerio & Heurnio.*

h Quod duas pintas æquat, ne si minori quantitate detur melicratum in alimoniam cedat. Præscribitur verò unico haustu, quia si ex intervallis, propter mellis vim aperientem aceti que in corpus facilè distribueretur. *Martinus.*

i Ut relaxatus sic ventriculus facilius se ad vomitionem accingat.

Hermophici filius immissa in os penna bilem atram vomitione rejecit. Lib. 5. *Epid. pag.* 1047.

Vomitoria ab Hippocrate usurpata.

Aqua [a] vomitum inducere solet. Lib. 3. *de Morb. pag.* 489. in causi curatione. Sic in febribus acutis si ti oppressis frigida ex ehibita ut vomitio provocetur, conducit; sic namque biliosa aderunt. Sic mulieri sanæ & obesæ, (*cujus Historia nuper in Syncope adducta*) aqua frigida ad vomitum exhibita.

Hyssopus in aquæ congio contritus ex Articulo superiori. Mel lac, acetum, & aquam simul mixta & in olla infusa tepefacito, & origani contritis surculis agitato, tepefacta potui exhibeto, & cætera adducta in *Pulmonis inflammatione. Ex* Lib. *de Intern. affect. pag.* 553.

Lentium decoctum cum melle & aceto. Lib. 2. *de Morb. mul. pag.* 728. 729.

Medicamenta quæ sursum educunt exhibeto, qualia sunt veratrum album, thapsia, elaterium [b] recens. Lib. *de Inter. affect. pag.* 563.

Epicharmi puero ex deambulatione & potu cruditas contigit, postridie autem suborta anxietate epota aqua cum aceto & sale pituitam cum vomitione rejecit, &c. Lib. 7. *Epid. pag.* 1113.

Vomitionum opportunitas, supra *in Vacuationum delectu & opportunitate.*

Vomitus sanguinis, supra *in Sanguine.*

Vox, [a] *Sermo.*

Vocem ex pulmone edimus, quod cavus sit, prætereaque ejus fistula, vocem autem labia & lingua articulatim reddunt. Lib. 4. *de Morb. pag.* 523. 524.

Sermonis in homine causa est quod totum corpus

a Aqua tum frigida, tum tepida vomitum inducit; at frigida minus, nec nisi in majori quantitate, quod præstat tepida etiam in mediocri.

b Iunge Asarum mitè à *Fernelio* commendatum, floresque genistæ non minus helleboro efficaces ex *Hollerio ad Aph.* 13. *sect.* 4. sed tutiores; adde etiam Nicotianam, vitriolum, Mercurium, maximéque stibium. Mitiora sunt semina anethi, attriplicis, raphani.

a Vox est vocalium instrumentorum (gutturis scilicet, musculorumque guttur moventium quas hyoides vacant, & nervi vim

ſpiritum intrò trahit, eumque plurimum in ſuas quiſque cavitates. Is verò per inane pulſus ſtrepitum facit. Caput enim reſonat, lingua verò in faucibus interſeptum ſuo appulſu format, & ad palatum impingens clarum reddit, &c. Cujus rei indicio ſunt muti à primo ortu, qui loqui diſtinctè nequeunt, ſed ſolam vocem edunt, &c. *Lib. de Carnibus. pag.* 213.

animalem è cerebro in muſculos deferentis) omnino omnibus animalibus etiam communis. At dum vox articulatur appulſu linguæ circa dentes & palatum fit ſermo ſeu dialectos ſoli homini proprius, qua ratione lingua dicitur Hippocrati loquentiæ magiſter, ſupra *in Lingua*.

Articulatæ vocis ſpecies tres habentur, gravis, acuta, & media. Hæc à ſpiritu procedunt. *Lib. de Structura hominis.*

Qui plurimo calore abundant, [b] magna voce ſunt præditi, &c. *Lib. 6. Epid. 4. text.* 22.

b Etenim ad cordis caloris proportionem extendũtur inſtrumenta ſpirabilia, quorum amplitudo concurrere debet ad vocis magnitudinem. *Galenus.*

Vox ſtridula, & acuta.

Conſiderandæ ſunt irritantes fluxiones, à quibus in vocem ſtridulam ex faucium aſperitate deſinunt. *Lib. 6. Epid. ſect.* 5. *text.* 17.

Vox [a] ſtridula poſt tinnitum anxioſum inſaniam portendit. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 17. Acuta & ſtridula vox mala eſt. *Ibid.* Deſipientiæ cum voce ſtridula & linguæ convulſione ſtridula; voces quoque ipſæ tremulæ mentis vehementem alienationem ſignificant. *Ibid. text.* 19.

a Vox ſtridula fit & clangoſa ob ſiccitatem inſtrumentorum, unde ſæpius quidem non ſemper expectandum ſit delirium. *Martianus.*

Quibus vox in morbis acuta [b] redditur, iis præcordia intrò trahuntur & tendunt. *Ibidem. text.* 45.

b Hoc accidit in febribus ob ſiccitatem tum hypochondriorum, tum extremitatum ſepti tranſverſi, quæ ad hypochondria utrinque deſcendunt, & à ſiccitate tenduntur, & ſurſum à ſuccingente membrana retrahuntur. *Ex Galeni Commentario.*

Vociferatio, vocis contentio.

Vocis labores velut ſermo, lectio, cantus; ii omnes animum [a] movent, motus verò exiccatur & increſcit, humidumque corporis abſumit. *Lib. 2. de Victus rat. pag.* 334.

a Nec modò animum, ſed quaſdam etiam ſuperiores corporis partes quarum auxilio perficitur, movet exiciccatque vox.

Vocis interceptio, supra *Aphonia*.

Urina sanorum.

Urina cibi & potus colorem refert, estque velut humoris in corpore colliquatio. *Lib. 6. Epid. sect. 5. text. 14.*

Urinam copia potui [b] respondentem reddere oportet, & semper æqualem, & quàm maximè effusam, & ad paulò crassius inclinantem, quàm quod potu sumptum est, quod si diluta fuerit, & copia major quam quod potui sit assignatum hominem dicto non audientem significat, sed abundantiore uti potu, aut non posse nutritionem accipere, quandiu urina talis redditur. *Lib. 2. Prædictorum. pag. 95.*

a Hanc Sententiam sic vertit *Duretus*, *cap. 3. Lib. 3. Coac.* Urina concolor cibo & potui, tum qualis esse solet, item cum humidi colliquatio est. Quibus verbis triplicem urinæ materiam denotari existimat, ita ut prima sit de cruditate rerum quæ assumuntur. Secunda de liquore seroso sanguinis. Tertia de humoribus & corporibus quæ liquantur. At prima & tertia differentia minimè lethalis; quæ verò commutatur cum quadam differentia pro humoris dominantis varia qualitate, ea sola se naturaliter habet. *Ex Galeno*, hic.

b Nisi differentiam afferat eorum quæ pota sunt varietas. *Ex Nota præcedenti.*

Urinæ suppreßio.

Urinarum in acutis ex perfrictione [a] interceptiones pessimæ. *Lib. 1. Prædictorum. Sent. 51. & Coac. 15.*

Crebri ex dorso horrores, subinde locum mutantes graves sunt & difficiles, [b] laboriosam quippe [c] urinæ suppressionem minantur. His tenuiter [d] exudare pessimum. *Coac. 8.*

Quæ cum rigore sistuntur urinæ pravæ & convulsificæ, præsertim ubi adest sopor; his autem [e] sperandæ parotides. *Lib. 1. Prædictorum. Sent. 155. & Coac. 25.*

Quibus rigor adest, iis urina [f] restitat. *Coac. 29.*

Derepente ortus renum [g] dolor cum urinæ suppressione calculorum aut urinæ crassæ mictionem indicat. *Coac. 589.*

Urina intercepta & ad imum ventrem pondus ut plurimùm futurum urinæ stillicidium denunciat. Sin minus alium aliquem [h] morbum ex consuetudine affligentem. *Coac. 591.*

a *Galenus in Prorh.* intelligit hujusmodi refrigerationem à discusso evaporatoque naturali calore vesicæ ab eo qui non est naturalis, quod facilè etiam contingit ob vesicæ sua natura frigidæ & exanguis aptitudinē. *Vide Duretum.*

b.c Ob translationem seri in cerebrum, unde succedunt seu convulsiones seu convulsivi motus.

d Unde significatur virium exolutio.

e Hæ enim si superveniant & suppurent ægrum vindicant. *Duretus.*

f Præsertim si crisis à rigore prænunciata fiat per sudorem ut sæpius *in Causo.*

g Etiam si dolor & obstructio unum tantum renem obsideant, cessat enim al-

In biliosis [i] urina intercepta mortem brevi affore significat. *Coac.* 592.

Urinæ non facilè prodeuntes ad hydropem [k] tendunt. *Ex fine Coac.* 455.

NOTÆ.

ter ab officio ob sympathiam. *Duretus.*

h Qualis esse potest vesicæ ex plenitudine distensio. *Duretus.*

i *Duretus* legit Ileosis ob frequentem transitum ilie in stranguriam. At *Martianus* biliosis, ideò ischouriam lethalem censet, quod tunc nulla sit excussio flatus aut pituitæ quæ in aliis tempera mentis mitiorem hanc suppressionem reddunt.

k Suffocato viscerum calore à restagnante urina. *Duretus.*

Vrinæ difficultas, stillicidium, stranguria.

Urinæ difficultatem [a] vena secta juvat, secare verò interiores. *Aph.* 36. *sect.* 6. Urinæ stillicidium aut mingendi difficultatem venæ sectio solvit, & meri potio. Incidere autem [b] interiores. *Aph.* 48. *sect.* 7. & *Lib.* 2. *Epid. sect.* 6.

Stranguriæ multi [c] quidem sunt & varii modi. Confert verò foris quidem balneis calidis corpus emollire, intus verò madefacere. At num quidem cibis quibus fluida reddatur, vesicam verò potionibus à quibus urina plurimùm profluat. Ex medicamentis autem urinam cientibus ea danda quæ in medicamentorũ tractatione dolorem lenire scripta sunt. *Lib. de Affect. pag.* 538.

Urinæ stillicidium ex his succedit, cum vesica à recto intestino incalescente, calore pituita adducitur, urinæ verò stillicidium ex pituita gignitur. Hoc igitur unà cum morbo plerumque finitur. *Lib. de Fistul. pag.* 911.

Quibus ex stillicidio [d] urinæ ileos supervenit in septem diebus pereunt, nisi urina superveniente urina satis fluxerit. *Aph.* 44. *sect.* 6.

Recto intestino, aut utero inflammationem patiente urinæ stillicidium [e] accidit, & renibus purulentis urinæ stillicidium advenit. Hepati autem inflammationem patienti singultus. *Aph.* 38. *sect.* 5.

a Urinæ difficultas oritur vel ab inflammatione vesicæ, ut in casu hujus Aphorismi, tuncque venæ sectione solvitur, vel fit ob acrimoniam urinæ, tuncque utendum emulsionibus & injectionibus epicerasticis. Vel pendet ab imbecillitate vesicæ viscidaque & flatulenta materia, & tunc vino utendum. *Heurnius.*

b *Mercurialis* interpretatur venas pedum. *Hollerius*, *Heurnius* & alii secant primùm basilicam, deinde saphænam.

c Ut dictum *in prima Notâ.*

d Hic Aphorismus suspectus *Galeno* neganti ileum fieri ex stranguria. At *Heurnius* affirmat se vidisse Matronam hoc morbo septimo die sublatam, tantaque est vicinitas vesicæ & intestinorum, ut in suis affectibus communicent facilè. Quod passim observamus in colica biliosa, cui sæpè adjungitur urinæ suppressio vel difficultas.

e Consentiente utrique parti ratione viciniæ vesica. In renibus autem purulentis pure per vesicam se purgante. *Galenus.*

Vrinæ difficultas critica.

Quibus ad urinæ difficultatem res tota se converterat, in eamque humorum [a] secessus fiebant, iis hoc unum utile, omniumque utilissimum signum fuit, &c. Verùm quæ ad urinæ difficultatem spectabant, ea his diuturna & molesta fuere, urinæque copiosæ, crassæ, evariantes, & rubræ, partimque cum dolore, atque hi omnes superstites evasere. *Lib.* I. *Epid. Stat.* 2. *pag.* 956.

Quibuscumque in febribus [b] tremores immeritò conquiescunt, iis lapsu temporis sedis dolorifici & purulenti abscessus [c] nascuntur, unáque in vesica doloris acerbitas. [Sic *Duretus* emendat *Coac.* 141. versionis Fœsionæ, existimatque hac Sententia decisionem fieri Historiæ Pithionis transcripta supra *in Tremore.*]

a Secessum seu abscessum vocat Hippocrates hic, nō quatenus apothesim & decubitum materiæ significat firmatæ alicubi. Sed quatenus generalius sumitur pro vacuatione quadam per affluxum in certa emissaria, ut cum materia hic excluditur per renes & vesicam, vel cum per hæmorrhagiam vacuatur. *Gal.*

b Scilicet sine critica vacuatione humoris exprimentis, tremoremque excitantis, quem natura solvere solet per hæmorrhagiam.

c Per abscessum purulentum in sede & stranguriosam urinam. *Duretus.*

Vrinam cientia; Diuretica vulgò, eorumque varietas.

Ex agrestibus oleribus, quæ os [a] calefaciunt & odorata sunt, ea calefaciunt & urinam potius quàm alvum movent: quæ verò humida sunt natura, & frigida ac insipida, odoreque gravi per alvum magis secedunt quàm per urinam. Quæ acria & odorata urinam promovent, &c. Hi succi urinam movent Crethmi, Apii, Allii cremor, Cytisi, fœniculi, porri, Adianthi, [b] Solani. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

Allia cocta & assata urinam promovent, uti cœpæ ad urinam sunt accommodatæ. Apium & coctum & crudum urinam ciet, ac palustre magis quàm sativum. Porra [c] cocta alvum & urinam movent, calefacta in ventriculo citò calefiunt & calefacta marcescunt & contabescunt. Ideóque celerem habent per alvum dejectionem. Quæ per alvum secedunt succi plena sunt & natura calida. Quæ verò urinam cient sicca &

a Sunt tamen quædam diuretica satis temperata, ut althæa, glychiriza, fragaria; quædam etiam frigida, ut quatuor semina vulgò sic dicta, & Solanum hic commemoratum.

b Halicacabi dicti, quod ex *Dioscoridis. Lib.* Urinam pellit. Hortense verò sistit & adstringit.

c Hæc menses & urinam ciere potentius, alvum segnius movere innuit *Dioscorides.*

frigida. Carptim *ex Lib.* 3. *de Affect. pag.* 547.

Vrinam cientia [a] *aliquando periculosa.*

Theophorbi filio fœda vesicæ scabie laboranti, & glutinosam urinam reddenti unà cum dolore circa mictionis initium & finem, mentulamque confricanti exhibitum [b] acre medicamentum urinam promovens, ex quo nil ad vesicam secessit, sed & vomitione pus multum & bilem reddidit, cum ventris dolore, perfrictione, totius corporis exolutione. Huic medicamenti vis nimia ventriculum vehementer exulceravit; ex quo tertio post die extinctus est. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1042.

a Diuretica etiam frigidiora periculum creare ventriculo constat ex Historia relata *à Dureto in Hollerium* de puero calculoso quem empiricus occidit intempestivo usu succi citrii à quo perforatus ventriculus & vesica.

b Cantharides forsan.

Vrinæ [a] *prognostica generaliora.*

Urina optima est in qua per omne tempus quoad morbus judicatus fuerit, subsidet album, læve & æquale. Securitatem enim brevemque morbum fore significat, quod si intermittat & interdum quidem pura reddatur; interdum etiam subsidet album & læve, diuturnior, & minus securus morbus evadit. At urina subrubra, simileque quod subsidet & læve, hæc longè quidem diuturnior quàm prima fit, valde tamẽ salutaris. Sedimenta autẽ in urinis crassioris hordei tosti non exactè molliti partes referentia prava [b] sunt. Hisque pejora laminis similia. Alba verò & tenuia valde prava, atque his etiam deteriora furfuracea. Nuberculæ quæ per urinas feruntur, albæ quidem bonæ, nigræ verò malæ sunt. Quoad autem urina fulva fuerit & tenuis crudum [c] morbum esse indicat, quæ si diutius perseveret periculum est ne non possit æger sufficere quoad concoquatur. At exitiosiores urinæ fœtidæ & aquosæ & nigræ & crassæ. Ad hæc in viris quidem & [d] mulieribus urinæ nigræ, in pueris aquosæ, deterrimæ. In urinis quæ nubeculas habent considerandum venit, an supernè, an infernè ferantur, & quos-

a *Galenus* omninò necessariam existimat urinarum contemplationem in febribus etiam symptomaticis. At qui sine febre affligunt morbi seu in cerebro, seu in pectore, seu aliis sedibus dignoscendi sunt ex aliis signis.

b Denotant siquidem hæc crassiora corpora pravam conditionem materiæ venis contentæ, simulque imbecillitatem naturæ conficere non valentis. *Duretus.*

c Quod caloris naturalis munus sit concoquere, concoctioneque paulò crassiorem consistentiam humoribus acquirere.

d. Explicabitur infra in *urina nigra.*

nam habeant colores. Quæ enim infernè feruntur cum dictis coloribus bonæ censendæ. Quæ sursum malæ, & vituperandæ. Neque verò tibi imponat [e] vesica quoquo modo affecta, si hujusmodi urinas reddiderit. Non enim totius coporis, sed ipsius per se est indicium. *Ex Lib. Prænot. pag.* 48. 49. [Cui respondent plures Sententiæ. *Ex Lib. de Indicat. Prædict. & Coacis.*

Urinas cum ulceribus conferre oportet, [*& cætera nuper in Vlceribus adducta.*]

Quibus in urinis citò aliquid subsidet; hi [f] brevi judicantur. *Coac.* 598.

Urina multùm habens sedimenti [g] delirium solvit. *Lib. 6. Epid. sect. 6. text.* 22.

Quibus septima judicatur, his nubeculam habet urina quarta die, [h] rubeam, & alia ex ratione alio modo. *Aph.* 71. *sect.* 4. *& Coac.* 575.

Quibus distantes [i] sunt urinæ, his turbatio fortis in corpore fit. *Aph.* 33. *sect.* 7.

Urina in qua quod subsidet bonum est & derepente evanescit, dolorem ac [k] mutationem denunciat. *Coac.* 585.

in febre variarum urinarum mictiones [l] morbum producunt. *Coac.* 595. Urina quæ mutationes habet longitudinem morbi indicat. *Lib. de Indicationibus.*

Urinæ derepente præter rationem parùm coctæ [m] vitiosæ. Ac in totum quidem quæ in morbo acuto urina præter rationem cocta est vitium denunciat. *Coac.* 579.

Periculosa [n] urina quæ inscio ægro illabitur. *Coac.* 580. Quibus incogitanter [o] urina illabitur, ac pudendum contrahitur, [p] ii desperati. *Coac.* 474.

Mictio noctu plurima facta [q] parvam significat dejectionem. *Aph.* 83. *sect.* 4.

Vrina tenuis [a] *& cruda.*

Quibus urinæ tenues & crudæ multo tempore reddun-tur

NOTÆ.

e Cave etiam ne quid ebibitum fuerit haustumve quod urinæ colorem naturalem immutarit, uti rhabarbarum, cassia, senna, vel odorem insuetum attulerit, ut allium, terebinthina.

f Ad salutem quidem, si sedimentum sit album, læve, & æquale; ad interitum, si nigrum, asperum, divulsum. *Duretus.*

g Eliminata propulsaque longè à cerebro bile.

h Quòd si alba appareat jure potiori idem prænunciat, nec tantum in die quarto, sed quovis alio judicatorio. *Galenus.*

i Divulsæ vulgò ex concursu variarum causarum, seditionem turbasque intus moventium. *Galenus.*

k Est enim invalescentis morbi succrescentisque materiæ & fatiscentis naturæ indicium. *Duretus.*

l Ob concursum variorum humorum, variarumque affectionum. *Duretus.*

m Id supra in parotidibus explicatum.

n Imò pernicie vincit cæteras quæ sine sensu & sine voluntate exit. *Duretus.*

o Ob virium facultatumve resolutionem.

p Ob consensum cum aliis partibus nobilioribus.

q Disce hinc diuturnis profluviis seu alvi seu uteri materiam divertere per urinas quod fecit *Galenus* in uxore Boëthi Consulis fluxu uterino laborantis. *Heurnius.*

a Ad differentiam ejus de qua Articulo proximo, quæ quantumvis tenuis, non tamen censenda cruda quod sit coloris laudabilis.

tur, si reliqua signa salutaria sint, in iis abscessus ad loca infra [b] septum transversum expectari debet; doloribus verò ad [c] lumbos oberrantibus ad [d] coxam, &c. *Ex Lib. Prænot. & Coac.* 582.

In febribus longis, parvis, vagis, tenuium urinarum ejectiones lienis [e] affectionem denunciant. *Coac.* 594.

Quibus urinæ perspicuæ & albæ, [f] malæ; præsertim si in phreniticis appareant. *Aph.* 74. *sect.* 4.

Urinæ multæ tenues, neque quicquam judicatorii, neque boni habebant in statu pestilenti. *Lib.* 3. *Epid.*

NOTÆ.

b Præsertim laxa articulorum spatia. *Ex Aph.* 44. *sect.* 4.

c d Est siquidem facilis propagatio rheumatis à lumbis ad ischium. *Duretus.*

e Hujus Sententiæ hypothesis statuenda in liene duro & catarrhopo, à quo imminet hyderus. *Duretus.*

f Ob cruditatem & raptum bilis in cerebrum, ita ut nullum unquam ægrum servatum viderit *Galenus* cum hujusmodi urina.

Vrina tenuis, [a] sed cum laudabili colore.

a Quæ est altera differentia urinæ tenuis.

Plurimis urinæ bene coloratę, tenues autem, & pauca habentes subsidentia cum dejectionibus tenuibus, biliosis, &c.

Urinæ etiam quibusdam dilutæ, multę, liquidæ, tenues post judicationem fuere, in quibus cum reliqua etiam probè judicata forent, multa subsidere. *Lib.* 1. *Epid. Stat.* 3. *pag.* 962.

Clasomenius vehementissima febre correptus, statimque surdus factus cum insomnia, & circa quartum delirio tentatus, parotidibus etiam ad utramque aurem decimo septimo subortis, ad quadragesimum diem evasit. Cum urinæ toto morbo, tenues quidem, boni tamen coloris [b] fuissent. Carptim ex Historia integra in *Paroditibus* adducta.

b Hujusmodi urinas passim observamus in morborum principiis, incremento & vigore, quæ in sola declinatione redduntur crassiores, quin imò nequę in declinatione incrassari si fiat crisis per copiosiorem earum fluxum, aut per alvi profluvium.

Melidia ex capite, cervice, & pectore vehementer dolens in febrem acutam incidit; menstruę purgationes paucę. Sexto die profundus sopor corripuit, stomachi fastidium, & ęstuatio, horror, malarum rubor, deliravit. Septimo profuso sudore febris intermisit. Urinæ per totum morbum laudabilis fuere coloris, cæterùm tenues. Alvi recrementa tenuia, biliosa, mordacia, admodum pauca, nigra, graveolentia prodierunt; in urinis subsederunt alba [c] & lævia; sudor dimanavit; die undecimo judicata est. Historia ultima. *Lib.* 1. *Epid.*

c Declinante tandem morbo & victrice natura.

Vrina crassa, alba, genituralis, qualis jumentorum, fermentata.

Quibus urinæ crassæ, [a] grumosæ, paucæ non sine febre [b] multitudo ex his veniens juvat. Præcipuè verò tales veniunt quibus ab initio vel brevi [c] sedimen inest. *Aph. 59. sect. 4. & Coac.* 597.

Quibus in urina crassa carunculæ parvæ, aut veluti capilli exeunt, his à renibus [d] excernitur. *Aph.* 57. *sect.* 4.

Quibuscumque febricitantibus in urinis fiunt sedimina veluti farina [e] crassior longitudinem [f] morbi significat. Quibus autem biliosa sedimina sursum [g] tenuia acutum [h] morbum significant. *Aph. 31. & 32. sect.* 7.

Quibus [i] speratur abscessum futurum ad Articulos liberat [k] urina multa crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si verò etiam ex naribus fluxerit sanguis, brevi [l] solutio fit. *Aph.* 74. *sect.* 4.

Urina crassa & alba qualis Archigenis puero aderat, interdum in febribus quæ sunt cum lassitudinis sensu, quarto [m] die prodit, & abscessu vindicat, idque si prætet sanguis è naribus abundè profluat. *Lib. de Humoribus, & Lib. 6. Epid. sect. 4. text.* 2.

Urina crassa in qua quod subsidet album est, [n] articulorum tumorem aut dolorem denunciat. *Lib. Prædict. pag.* 75.

Periculosa urina, quæ [o] grandinem refert, & [p] genituræ similis effunditur. *Ex Coac.* 580. In Perintho urina semini geniturali similis reddita est, eaque eorum qui circa abdomen [q] erant affectuum judicationem attulit, &c. *Lib. 6. Epid. sect. 2. text.* 28.

Quibus per febres urinæ [r] perturbantur quales jumentorum, his capitis dolor adest vel aderit. *Aph.* 70. *sect.* 4. Alba qualis in uterino genere redditur capitis dolorem significat. *Ex Coac.* 582.

Abderis Polyphantus capitis dolore in febre vehemen-

---

a Urinas crassas & grumosas explicant *Hollerius & Heurnius* comparatione cæli quod sæpe ex nubiloso illucescente Sole apparet grumosum, Gallis *pommelé*, quod in urinis significat initium coctionis.

b Aliquando enim sine febre talis exit urina, natura se hac ratione expurgante. *Galenus.*

c Indicatur enim mitigatio materiæ, viarum libertas, naturæ robur. *Heurnius.*

d Consule doctissimum *Galeni Commentarium.*

e Ab ardore febrili, exusto sanguine, vel à carnibus & pinguedine liquescente.

f Nisi ut sæpe præoccupet mors ex virium imbecillitate.

g Idest si sedimina initio tenuia & aquosa fiant deinde biliosa.

h Bilis enim acutos morbos facit. *Galenus.*

i In febribus scilicet à materia cruda & crassa lassitudinem & dolorem affere assueta.

k Ita ut non sit expectandus is abscessus revulsa per urinas hujusmodi materia.

l Ideo brevior solutio, quòd urinæ fluxui accedat hæmorrhagia. *Ex Interpretum consensu.*

m Dies quartus dicitur exempli causa, quod transferendum etiam ad alios criticos dies, indicesque.

n Sunt enim articuli ob laxam compagem excipiendis fluxionibus idonei. *Gal.*

o.p. Grandinosæ & genituralis urinæ hypostaseos

ti vexabatur : urinæ copiosæ, tenues, sedimenta crassa [s] returbidaque. Cum verò capitis dolor minimè quiesceret, sternutamenta sunt admota decimo die ; post hæc autem dolor vehemens cervicē invasit, urina rubra prodiit, returbida, qualis [t] uterini generis; velut phreniticus captus obiit, cum vehementibus convulsionibus. Ad eundem modum Evalcidæ famula, cum ei urinæ densæ prodirent, & capitis dolores adessent, phrenitide correpta & vehementibus convulsionibus mortua est. Ferè enim urinæ spissæ & crassæ, capitis doloris, convulsionis & mortis indubitatum [v] signum præ se ferunt. Halicarnaseus quidam per hyemem auris & capitis dolore non mediocri detentus, phreniticus mortuus est. Huic quoque urinæ spissæ erant. *Ex Lib.* 7. *Epid. pag.* 1113. 1114.

Dysodas cujus urinæ valde [x] fermentatæ & præruбræ erant, derepente mortuus est. *Lib.* 1. *Prædictorum. Sent.* 78.

NOTÆ.

cædem sunt causæ quæ liquoris concreti ac crassi ; insignis scilicet ardot. *Duretus.*

q Urinam genituralem interpretatur *Galenus* de pituita vitrea quæ cum urina excreta abdominis abscessum indicavit.

r Urinæ perturbantur à calore crassam & densam materiam agitante, unde flatuosus spiritus in caput facilè attollitur. *Galenus.*

s Hæc crassa veterinaque urina habet formidabile vitæ periculum, aut graviorum malorum accessionem ut cephalalgiæ & convulsionis. *Duretus ad Coac.* 582.

t *Galenus* solet tribus exemplis explicare urinas turbidas ; primò ut sint urinæ jumentorum similes. Secundò ut sint similes musto bullienti. Tertiò si sint perinde ac si sedimentum urinæ perturbaveris. *Hollerius. ad Aph.* 70. *sect.* 4.

v Ubi scilicet febris vehemens fuerit cum virium infirmitate, at si ea moderatior sit cum viribus constantibus morbus, protrahitur usque ad diem quadragesimum. *Hollerius. Ibidem.*

x Urinæ fermentatæ habent præter crassitiem effervescentiam quandam levem, siquidem pars spirituosa motionem nacta habeat tumorem majorem quam haberet dum excerneretur. *Ex Galeni Commentario.*

Vrina [a] *furfuracea*, [b] *laminea* [c] *pelliculosa*, [d] *membranosa.*

Quibus in urina crassa furfurea quædam simul exeunt, his vesica scabie laborat. *Aph.* 77. *sect.* 4.

a b c d Hæ omnes urinæ sunt ejusdem rationis *ex Dureto. in Coacam hic subjunctam* ; quæ vel de vesica scabiosa secernuntur, aut de totius corporis venis liquantur & separantur à febrili calore.

c Quòd generentur ex colliquatione partium solidarum. *Duretus.*

Vrina cinericia [a] *lixivio similis.*

Cinericiæ urinæ cum spirandi difficultate hydropem denunciant. *Ex fine dicta Coaca.* 582.

a Cinericiam urinam interpretatur *Duretus* lixivio similem, putatque pertinere ad veterinariam quæ diuturniore mora nō residat. Cur autem hydropem denotet, disces *ex ejus Commentario.*

Vrina araneosa, [a] pinguis, oleosa.

Pinguedines supra innatantes aranearum telas referentes damnare oportet, colliquationem namque significant. *Ex Lib. Prænotionum.* Celerem [b] liberationem denunciat urina, quæ ex diluta indiscretam quandam pinguedinem habet. *Ex Coac.* 575.

Mala urina quæ ante [c] rigorem oleosa prodit. *Ex fine Coac.* 579.

Dromeadeæ conjugi filiam enixæ sexto die à partu ex febre mortuæ urinæ apparuerunt oleosæ. *Histor.* 11. *Lib.* 1. *Epid.*

Parius quidam in Thaso, febre acuta detentus, die sexto oleosam [d] urinam reddidit, centesimo & vigesimo defunctus est. Urinæ per totum morbum malæ. *Ex Histor.* 1. *sect.* 3. *Lib.* 3. *Epid.*

Pythio ibidem æger tertius urinis primùm nigricantes, deinde nigras, tandem oleosas in septimo reddidit. Obiit decimo.

a Quale quid pinguioribus jusculis dum refrigerantur, supernatat. *Galenus.*

b Ironicam locutionem censet *Duretus*, siquidem oleosam urinam mortem potius quàm morbi liberationem significare constet.

c Rigor enim hic non potest esse criticus apparente oleosa urina ob adipis colliquationem *Duretus.*

d *Galenus* hic distinguit oleosam à pingui, seu adiposa & araneosa quæ soli superficiei innatat, affirmarque se vidisse urinam colore & crassamento oleosam, quæ denotet summam febris vehementiam.

Vrina nigra.

In viris quidem & mulieribus urinæ [a] nigræ, in pueris aquosæ deterrimæ. *Ex Lib. Prænot. pag.* 49.

Philiscus æger primus, *sect.* 3. *Lib.* 1. *Epid.* In febre acuta lotium nigrum reddidit, tertio die usque ad sextum quo obiit.

Silenus etiam æger secundus ibidem cum urinis nigris obiit die undecimo febris vehementissimæ. Erasinus ibidem æger octavus obiit quinto die cum urinis crudis & nigris. At Herephon [b] æger tertius ejusdem sectionis urinam nigram primis diebus reddidit, cumque melius colorata deinde apparuisset, noctu oborto sudore ad decimum septimum diem securè judicatus est.

a Omnium quidem urinarum deterrimæ urinæ nigræ, quas parit febrilis ardor. Sed tamen in pueris urina aquosa & tenuis pejor censenda in illis quàm in cæteris; quod multùm differ ab eorum conditione. *Galenus.*

b Herophontis liberationem non expectatam adscribit *Galenus* lienis tumori & tibiarum subortis doloribus ex humoris noxii decubitu, quò pertinet Historia relata *à Valesio ad cap.* 40. *Praxis Hollerii.*

De Monacho qui ter aut quater in anno liberabatur à lienis tumore nigricantibus urinis, quod nos etiam non semel observavimus.

Vrina viridis, porracea.

Laterum dolore affectis in propinquo mortem esse significat urina quæ viridis nigrum habet sedimentum, aut furfuribus simile. *Ex Coac.* 581.

Vrina Sabulosa, arenosa.

Quibus in urinis arenosa subsistunt, his vesica [a] laborat calculo. *Aph.* 74. *sect.* 4.

a Mancum existimat *Galenus* Aphorismum, quòd urina arenosa significet calculum non minus in renibus quàm in vesica stabulantem.

Vrina usus in Medicamentis.

Fomentum [a] ex urina humana admoveto. *Lib. de Nat. mul. pag.* 597. in oris ventris perversione. Tauri urinam ad tres heminas sumito, deinde Artemisiam, aut Parthenium, aut Adianthum, & laurum viridem misceto pro uteri fotu. *In Lib. de Morb. mul.* Ubi urinæ usus frequens.

a Urina omnis calida, at humana temperatior, uti etiam suilla. *Ex Galeno*, qui tamen ejus intus sumptæ usum improbat, quòd quæ efficit, præstari possint ab aliis remediis minus ingratis. At *Dioscorides* urinam cuique suam commendat contra venena incipientemque hydropem.

Vrtica.

Scolopendrium, mentha, seseli, caucalides, hypericum & urtica [a] alvum movent & expurgant. *Lib.* 2. *de Vict. rat. pag.* 330.

Urticæ semen & malvæ cum anseris adipe tritum subter apponito ad expurgandum uterum. *Lib. de Nat. mul. pag.* 628.

a Urtica utilis tum ut alimentum, tum ut medicamentum eccoprocticum. *Ex Galeno.* Mirè hæmorrhagiam narium sistit, venerem extimulat, menses cict, orthopnoicis prodest. Carptim *ex Dioscoride.*

Vstio, [a] *Cauterium, fontanella.*

Quæ medicamenta non sanant, ea ferrum sanat. Quæ ferrum non sanat, ea ignis sanat, quæ ignis non sanat, ea insanabilia. *Aph.* 1. *Spuriorum.*

Scythas plerosque ac præcipuè Nomadas, humeris, brachiis, primis manuum juncturis, pectoribus, coxendicibus, & lumbis exustos esse comperias; nullam a-

a Nota tres intentiones seu scopos adhibendi cauterii. *Ex Hippocrate*; quorum primus est articulorum roboratio, Scytharum exemplo, admoto scilicet coxæ cauterio. *Aph.* 59. *& Sexagesimo, sect.* 6. Quod remediam à se feliciter usurpatum affirmat *Fabritius ab aqua pendente* ad restituendos roborandosq;

que alios etiam articulos nimis laxos.

liam ob causam quàm naturæ humiditatem & mollitiem; nam neque arcus intendere, neque humero arcum intorquere ob humiditatem ac impotentiam possunt. Cum verò urantur ex articulis humoris copia resiccatur, eorumque corpora validiora, habitiora & firmioribus articulis redduntur. Fluida verò fiunt & laxa quòd à puero fasciis non involvantur. Quemadmodum in Ægypto fieri solet, neque id pro more habent ob equitationem, quò firmiùs equis insideant, deinde ob vitam sedentariam, &c. *Lib. de Aere, Locis & Aquis. pag.* 268.

b Attingitur hic secundus scopus admovendi cauterii revulsio scilicet serosi humoris in rheumaticis affectibus, nunc nobis frequentissimi modò retrò collum, modò utrique brachio & tibiis.

Ubi lacte crassiorem ægrum reddideris, scapulam dextram inferiorem quatuor [b] crustis inurito, coxendicis acetabulum tribus. [Et cætera adducta in *Venarum affectibus. Ex Lib. de Intern. Affect.*]

Caput octo crustis inurito, duabus ad aures, duabus ad posteriorem capitis partem hinc atque hinc ad cervicis initium; duabus in naribus juxta angulos oculorum, &c. *Lib.* 2. *de Morb. pag.* 455. *In Capitis repletione.*

c Attingitur hic tertius cauterii usus etiam frequentissimus non modò in suppuratis & hydropicis, sed passim etiam in quovis profundiore abscessu.

Quicunque suppurati aut aquam intercutem patientes [c] uruntur aut secantur, si pus aut aqua universim effluxerit, moriuntur omnes. *Aph.* 27. *sect.* 6.

Ignis nervis est [d] noxius. *Lib. de Articulis. pag.* 825.

d Sanis quidem noxius, at laborantes aliquo affectu ut punctura, leniter igne tangi possunt. *Matthæus.*

Usus, supra *Experientia*.

Usus, vulgò *praxis*, *exercitatio*.

a b Etenim de Medicina Chirurgica locum maximè habet Aristotelis Sententia non fieri Medicum ex libris.

c Siquidem solitaria meditatio probabilisque ratio multa suadeat quæ usus & experientia co arguunt. *Fernelius Lib.* 4. *Meth. cap.* 4.

Quæcunque [a] manuum tractationem postulant, ea in usum producere oportet. Est enim manuum usus optimus docendi [b] magister. *Lib. de Flatibus. pag.* 823.

Non satis est artem [c] ratione nosse, sed & in usum & exercitationem est traducenda. *Lib. de Articulis. pag.* 823.

Vterus, uteri situs, conformatio, affectus.

Uterus infantium mater, gravis calamitas, [a] sexcentarum ærumnarum mulieribus auctor, cujus osculo caro præficitur, quæ ex imis coxarum recessibus erumpens nervis adstringitur, ex plenitudine naturæ ventris effundens ex partus providentia, inquit *Democritus*, *Epistola de Nat. humana. pag.* 1174.

Morborum omnium muliebrium causam esse uterum constabit, infra Articulo *de Vteri aberratione*.

Sinus [b] plures in utero, unde gemellorum generatio. *Lib. de Natura pueri, circa finem.*

Uteri affectus magna ex parte à flatibus [c] ducunt originem; indicio sunt eructationes, ventris strepitus, & lumborum tumores, renum coxendicumque dolores, ad quæ confert vinum quod mustum esse desiit, &c. *Lib.* 7. *Epid. pag.* 1104.

Si mammarum papillæ & rubra circa eas circunferentia pallida fuerit, morbosum esse uteri conceptaculum [d] significatur. *Lib.* 6. *Epid. sect.* 5. *text.* 17.

[a] Ob maximum quem habet cum cæteris partibus consensum, per venas, arterias & nervos: habet prætereà suos peculiares affectus frequentissimos, quod ratione secus fit totius muliebris corporis veluti sentina & cloaca.

[b] Id verum in brutis; at in vacua muliere uteri cavitas vix fabam majusculam capiens sola linea simplici vel sutura per longitudinem porrecta dividitur hinc inde admodum linguæ vel scroti. *Riolanus.*

[c] Uterus flatuum feracissimus, quòd sit frigidus, nervosus, dissitusque à caloris fonte. *Zacutus Lusitanus.*

[d] Propter sympathiam uteri cum mammis positam Articulo de *Sympathia*.

Vteri pruritus.

Si uteri extra naturam processerint, pudendum imumque ventrem igneus calor detinet. Urina crebrò sensimque stillat; pudendum vehementer mordetur. Hoc autem accidit ubi recenter [a] à partu cum viro dormierit. *Lib.* 2. *de Morb. mul. pag.* 727.

Ubi uteri cum dolore morsum sentiunt, & cum pruritu pungitur mulier, bilem flavam cum urina reddit, uterus dehiscit, & oculi quales regio morbo affectis sunt, bilem uteris inesse scito: totum igitur corpus tum ipsos uteros etiam subdititiis medicamentis quæ bilem educant, expurgare oportet. *Ibidem. pag.* 742.

[a] Præter hujusmodi pruritum qui videtur pertinere ad uteri inflammationem, is ex alia longè caussa non rarò supervenit verulis ex congestione humoris salsi, acris, mordacis cum scalpendi indesinenti necessitate, quam *Pareus* testatur à se feliciter curatam injecto Ægyptiaco unguento.

Uteri dolor & inflammatio.

Uteros affectos indicabunt tormina circa [a] umbilicum, & dolores qui interdum à porro, [b] interdum ab allio [c] his postea contingebant. *Lib. 6. Epid. sect. 8. text. 38.*

Uterinæ ventris duritates cum dolore celerem [d] perniciem denunciant. *Coac.* 528.

Si uteri inflammatione laborarint, menses [e] occultantur, & cervix tenuibus veluti [f] aranearum telis implicatur; febris acuta est, & mentem tentans. Menses & pravi & pauci comparent. Jejunæ vomitus advenit; cum autem comederit, ea vomit, dolor summum ventrem & lumbos detinet, animo deficit, & tóto corpore perfrigeratur. Venter autem partim quidem durus est, partim verò mollis & inflatur, ac attollitur, [g] uterosque se gestare existimant, &c. *Lib. de Morb. mul. pag.* 736.

Si inflammationem senserit uterus, contrahitur, febris acuta [h] & magna, horrorque detinet, partes circa pudendum duræ sunt, stupendum in modum afficitur, mordetur & impetu fertur. Ac siquis immisso digito contractet rursus pejus habet & mordetur, caput & synciput [i] dolore afficitur, caligo & frontis sudor adest. Extrema perfrigerantur & tremunt; interdum sopor occupat, audire non solet, neque uterus [k] aliquid efficit, multum est cibi fastidium, neque stomachus, neque ventriculus cibum attrahit, vociferatur, cum impetu prosilit; dolor est ad pubem, inguina, lumbos, & occulta pudenda, celeriterque [l] moriuntur. Quòd si dolores summam [m] imbecillitatem producant, spongiis calidis ex aqua & oleo expressis fotus exhibendi & mollia subdititia imponenda ex medulla cervi, adipe anserino, cera alba & ovi luteo, &c. Vino autem [n] aut lacte caprino purgandum, aut jure gallinaceo. Vinum [o] non bibat, & ptisanæ cremorem sorbeat. *Ibid. pag.* 737. 736. [De inflammatione

[a] Umbilico enim respondet & è directo substernitur uteri fundus.

[b] [c] Constat *ex Dioscor.* tum porrum tum allium flatum parere & perturbationem afferre stomacho, ut minus mirum sit ex utriusque usu etiam infestari uterum.

[d] Violentia tum febris tum doloris.

[e] Supprimuntur scilicet consumpto & exusto propter inflammationem sanguine.

[f] Venulis undequaque instar telæ aranearum sanguine turgentibus.

[g] Si pars antica inflammatur, protenditur dolor versus pubem cum ischuria vel dysenteria; at si posterior afficitur, dolor magis lumbos vexat, & alvus adstringitur. *Senertus.*

[h] Lipyria sæpius qua externis algentibus æstuant interiora, dolorque non modò ad inguina & coxas descendit versus diaphragma, pleuram & claviculas, ementita pleuritide. *Ex eodem Senerto.*

[i] Vertex præcipuè ut notatum in *capitis dolore per consensum uteri.*

[k] Seu in concipiendo semine, seu in menstruis expurgandis.

[l] Mortem prænunciant oculorum caligo, frontis sudor, extremorum refrigeratio tremula; quorum omnium fit mentio hic.

[m] Summa hæc imbecillitas, causa est forsan obmissi hic præcipui remedii, venæ sectionis, scilicet communi calculo cele-

tione uteri à partu actum in *puerper. Symptom.*]

brandæ; primùm è brachio, deinde è pede.

n Detergendum pus ex succedaneo ulcere, injecto vino, quo pars etiam roboratur, addito lacte ad doloris sedationem.

o Quod sit inflammationi contrarium.

Uteri erysipelas.

Si erysipelas uteros occupet, pedes, mammæ & corpus [a] intumescunt, dolor detinet, erectæ [b] cervicis spiratio contingit ad laterum mollitudinem, dolor est ad ventris partem inferiorem, pectus & caput: tremor [c] & torpor manus detinet; inguina & poplites tremunt, quandoque in inguinibus lividæ [d] evadunt, & pauco tempore allevat dolor; præcipuè verò mammæ cognatione [e] quadam attolluntur. Verùm tamen non admodum dolet, febris & rigor invadit, vultus [f] rubet, sitis vehemens urget, & [g] hepar persiccatur. Hæc si in prægnantem incidant, perit, [h] neque liberari potest. Si erysipelas in uteris oriatur, tumores maximè lividi à pedibus exoriuntur & ad crura tota & ad lumbos perveniunt. Procedente autem tempore etiam thorax [i] afficitur & [k] intumescit; tota perfrigeratur, febris magna detinet, &c. Affectio ex inferiore ventre sursum fertur ad lumbos, dorsum, præcordia, pectus, cervicem, caput, stomachum, & mori videtur; cum verò dolor solutus fuerit, torpor lumbos, inguina, & crura occupat. Livores in poplitibus contingunt. Corpus pustulis impletur, &c. Ex. Lib. 2. *De morbo mul. pag.* 738. 739.

a Ob dissipationem caloris naturalis quæ primùm apparet in pedibus, ut remotioribus ab ipso fonte.

b Affectis temporis tractu partibus pectoralibus.

c Manus, & inguina & poplites tremunt. *Ex versione Marinelli.*

d Ob prædictam caloris nativi dissipationem.

e De qua abundè supra in *Sympathia.*

f Propter anathymiasim fervidi sanguinis spiritusque è pulmonibus in vultum.

g Ex vehementia febris lipyriæ.

h Nec in vacuis mulieribus periculo caret.

i k Indeque sæpe oritur pectoris hydrus, aut pulmonis.

Uteri tum [a] callositas, tum [b] scirrhus.

Si uteri in callum indurescant, tum menses occultantur, tum eorum os connivet, neque quid [c] concipit, & aliud quid esse videtur. Quòd si attigeris tanquam saxum illic esse videtur, os asperum est, & multas habet [d] radices, non læve aspectu, neque digitum admittit, febris cum perfrictione invadit, & dentium

a b Est si quidem differentia inter scirrhosim sclerosim-ve, duretiem scilicet callositatemque, & verum scirrhum; illa si quidem frequentiùs in sola cervice subsistit, scirrhus in ipso uteri corpore. *Ex Mercur. Lib. 4. de morb. mul.*

c Impedit si quidem durities quominus constringatur uterus ad amplecten-

fremitus, dolorque uteros, imum ventrem, laterum inanitates & lumbos detinet. Hæc autem ei contingunt, si corrupti menses computrescant. Interdum verò ex partu, frigore, aut prava victus ratione, & alio modo: medicamentum igitur propinandum, multaque calida lavandum, & oleo utendum, fomentumque admovendum. Post recens balneum aut fomentum immisso specillo os diducendum, &c. At si uteri [e] tumore duro obduruerint, eorũ os durum redditur & conclusum est, neque menses exeunt, sed pauciores & deteriores sunt. Febris & rigor invadit, dolor ad imum ventrem, lumbos, & lateris inanitates irruit. Cum sic habuerit copiosa calida lavato, & tepefactoria apponito, &c. *Lib. 2. De morb. pag.* 732.

dum, suoque quasi gremio fovendum semen.

[d] Imminente cancro in quem vergit ferè hujusmodi callositas.

[e] Vero scilicet scirrho qui generatur aliquando sine prævia inflammatione, sæpe post inflammationem dum materia crassior relinquitur dissipata tenuiori. *Ex communi Doctrina.*

Uteri cancer.

Mulieri cum uteri duri extiterint, & ad pudendum processerint, inguina indurantur; in pudendum ardor est, omniaque ad cancrum vergunt; ubi sic habuerit, cucumeris agrestis interiorem partem & favum terere oportet, & affusa aquæ hemina in sedem immittere, & donec purgetur sinere. *Lib. de nat. mul. pag.* 604. *Ex Lib. 2. de morb. mul. pag.* 733.

[a] Cancer sæpius uteri cervicem, rariùs fundum obsidet ea ratione ab inflammatione distinguendus, quod diuturnus sit dolor, minus lancinet, febris mitior sit. A scirrho vero quod calore, doloreque fatiget. Exulceratus verò sanie manat graveolenti, tenui, nigra, vel etiam fulva. *Fernelius.*

Uteri [a] *hydrops.*

Aqua intercus si in uteris oriatur menses cum anxietate aquosi neque admodum cruenti prodeunt; uterus etiam intumescit, & venæ & maximè vicinæ partes, [b] prægnans evadit, deinde suffocatur, mammæ diffluunt, imus venter durus est, cumque eo totus circumambiens locus intumescit, doletque, si quis enim attigerit febris & dentium stridor detinet, dolorque vehemens lateris inanitates & lumbos occupat. In somnis semen effundit, & pejus habet. Hanc calida lavare & tepefactoria apponere oportet; medicamentum autem potui exhibere & lenibus fovere. Cyclamis

[a] Tumet uterus nonnunquam aquarum copia, inflammationis signa sunt, sed gravitas major & sonus quasi fluctuantis aquæ. *Ex Fernel.* afferente historiam mulieris quæ hujusmodi hydero detenta quoties appetebant menstrua omnem aquarũ colluviem, ex utero per cervicem profundebat, pelvesque plures implebat dum venter subsideret.

[b] In hac aquarum colluvie prægnantem evadere mulierem ideò mirum est; & ut id prorsus impossibile censeat *Avicenna*. At sæ-

ni obolos tres in linteo deligatos in subdititio apponat, & cupressi aqua macerati succum & cantharidas tritas modico tempore supponat ; id per multum tempus efficax est, &c. Quod si fœtum [c] maturum perferat tota expurgatur & sana redditur. Est & alia similis uterorũ aqua intercus in qua sanies quædam subcruenta defluit & purgatur, pudendaque ac circumambientes partes vehementer mordet, & tanquam muria exulcerat, quamcumque in partem distillarit, & est calor qualis in morbo regio. In reliquis autem magna copia sicut in aliis profluviis expurgatur & sana redditur. *Lib. 2. de morb. mul. pag. 739. 740.*

pe post conceptum uteri hydrops graviditati conjungitur, unde sæpiùs succedat abortio, aliquando tamen servatum fœtum observavit *Mercurialis*. Nosque vidimus in muliere quadam dolenti feliciter fœtu & hydrope liberata.

Vteri empyemata.

Est ubi sanguis quinque vel sex mensibus in utero immoratus, ibique putrescens in [a] pus vertitur, quod quibusdam extra per pudendum fertur, nonnullis etiam in inguine velut tuberculum oritur, ibique in pus conversum foras prodit, & pleraque alia hujusmodi mala mulieribus contingunt, quæ per purgationes menstruas non repurgantur. *Lib. de nat. pueri. pag.* 190.

a Est & alia empyematis uterini species, dum scilicet ejus inflammationi succedit apostema à putri sanguine in pus transeũte, unde febrium horrores sæpe adoriuntur nullo servato ordine quæ mitescunt confecto pure. *Fernel. Lib. 6. de part. morb. cap. 5.*

Vteri [a] inflatio, & ventositas.

Si uteri inflati fuerint, venter attollitur, & flatu distenditur, pedes & cavæ faciei partes intumescunt, color deformis existit, menses per hoc tempus non eunt, debilis est & anxietate premitur. Cumque surrexerit, aut progressa fuerit, erectæ cervicis spiratio eam detinet. Quicquid comederit aut biberit eam molestia afficit, gemit & animum magis despondet quam ante cibum ; plerumque etiam præfocatur ; cumque sic habuerit, medicamentum deorsum purgans propinato, calida lavato, & fomentum exhibeto, &c. morbus [b] diuturnus non est. *Lib. de nat. mul. pag. 616. & Lib. 2. de morb. mul. pag.* 731.

a Uterus distenditur copia flatuum, qui aut edito partu in vacuam capacitatem irrepserunt, aut alia ratione geniti illic coarctantur, inquit *Fernelius*. At hujusmodi inflatio imponit sæpe pro graviditate, ut pluribus exemplis confirmat *Senertus*. Solet verò mola ventosa vocari hæc affectio.

b Neque diuturnus, neque lethalis, *Mercurialis*.

e Seu in uteri corpore intra ejus tunicas, seu quod frequentius in ipsa cavitate, ubi perculsus venter tympani sonum aliquando edit. *Ex Fernelio.*

Si ventus in uteris [e] fuerit, & mordeat & qua penetrat calorem igneum excitet, & ardore intumescit, dolet, viri congressum respuit, & coitu gravatur, imus venter attollitur, ac intumescit, & neque stare rectà, neque erigi potest. Cum ita laborantem deprehenderis, ventum & genituram in uteris esse scito; eamque ob causam nunc ęgrotare. *ibidem pag.* 741.

Vteri [a] *vermes.*

a Non modò ascarides sed etiam lumbricos rotundos imò & fera animalia horrendaque monstra utero innasci fidem faciunt plures historiæ à *Scankio* relatæ.

Vbi in mulieris pudendo aut recto intestino tenues lumbrici ascadides dicti suboriuntur, viticis semen aut folia cum fellis bubuli obolo misceantur, &c. *Lib.* 2. *de morb. mul. pag.* 742.

Vteri lapis.

Larissæ Dyseridis ancillæ expressus ex uteri ora calculus fusi verticillum æquans. *Lib.* 5. *Epid. pag.* 1044.

Vteri ulcera.

a Hæc frequentiora in cervice & collo, quod sint carnosiora, aliquando sed rariùs in ipso uteri corpore notat *Galenus Lib.* 6. *de loc. affect.*

b Frequentiùs post fluxum muliebrem aut gonorrhœam. *Mercurialis.*

c Ob relictam cicatricem quæ ita lubricum uterum reddit, ut non retineat admissum semen.

Quibus ulcus in utero [a] ortum est, sive ex partu, sive ex tuberculo, aut alia [b] quavis causa, iis febres & inguinum tumores obveniunt; illorumque locorum dolores. Quòd si purgamenta simul quoque restiterint, tum omnia ea mala sunt immoderata & diuturna, acceduntque & præcordiorum & capitis dolores. At ubi ulcus sanatum est, locus ille [c] lævior & durior efficitur, & conceptui minus idoneus. *Lib.* 2. *Prædictorum. pag.* 106.

d Trahuntur aliæ partes in consensum, præsertim sinciput, dolorque ad radices oculorum, imo in manus, digitos & in lumbos se extendit, & si ulcus

Si uteri ulcerati fuerint unà cum pure sanguis expurgatur, gravis odor contingit, & dolor acutus lumbos, inguina & infimum ventrem invadit. Isque sursum ad laterum [d] inanitatem, costas & scapulas pervenit, interdumque ad jugulum pertinet, morbumque percipit, & vehementem capitis dolorem, mensque alienatur, temporis autem progressu tota mulier

intumescit, [e] eamque debilitas, animi deliquium, febris lenis & perfrigeratio occupat, præcipuè verò & crura intumescunt: morbus hic ex aborsu prehendit; Si qua corrupto & intus putrescente puero non expurgata fuerit, totumque corpus incendium occupat. Invadit etiã ex fluoribus muliebribus, si quæ [f] ad eos acria & biliosa confluxerint, mordent, &c. ad curationem pertinentia. *Lib. 1. de morb. mul. pag. 666.*

Quæ in uteris exulcerationes ex abortione, aut alia de causa oriuntur, eæ omnes, quocumque curationis genere opus esse videatur, habita [g] totius corporis ratione curandæ sunt sive ex toto corpore petendam curationem existimes, sive ex ipsis uteris. Quod hoc pacto discernes. Quæ ab ipsis uteris ulcerationes fiunt purulentam [h] & consistentem purgationem reddunt. Quæ verò non ab ipsis tenuem & sanie permixtam. In quibus igitur fluxiones sunt tenues, eas quidem medicamento curare oportet, & exhibere quod sursum ac deorsum purget. In primis verò sursum. Post medicationem autem [i] eam victus rationem præscribito ex qua maximè sicca mulier evadat, &c. *Ibidem. pag. 669.*

Ad curationem citò attendere oportet, si ulcera in utero fuerint, cum enim in loco tenello existant, celeriter increscunt, brevique [k] putrescunt. Ea verò curato non secus ac ea quæ in reliquo corpore oriuntur, studendo ut inflammatio arceatur, repurgentur, impleantur, & ad cicatricem adducantur. *Ibidem. pag. 771.*

Si [l] pudenda ulceribus superficiariis laborarint, carnem bubulam [m] longitudinis ferè duorum palmorum & crassitudinis manubrii ad vesperam usque in pesso subdito, sub noctem tollito; postera verò die rursus ad meridiem usque subdito; mel, butyrum, medullam & ceram intromittito & illinito. *Ibidem.*

NOTÆ.

versus vesicæ orificium serpat, mictio frequens & ardens accedit. *Ex Senerto.*

e Tractis in consensum visceribus, eorumque calore attrito.

f Quorum expurgatio ab Hippocrate præscripta hic tanti est momenti, ut referat *Forestus* nobilem Matronã ea ratione curatam, cui de quarto in quartum exhibuisset unc. 5. decocti senæ, epithymi, rosarum rubrarum, myrobalanorum Indorum sacchato dulcorati.

g Foventur ferè totius corporis cacochymia & impuritate, aut vitio partis alicujus officialis præsertim frigidioris ventriculi aut lienis malè affecti.

h Quando scilicet ulcera succedunt inflammationi uteri, quæ abierit in abscessum.

i Adhibet etiam Hippocrates ad ulcerum uterinorum curationem *dicto Lib. 1. de morb* lactis asinini & seri lactis usum,

k Tandemque nomæ evadunt, seu depascentia ulcera, aut efferantur in carcinomata quæ cæteris omnibus fœtidiora, sordidiora & acerbiora sunt. *Fernelius.*

l Labia scilicet & cervix.

m Frequentior usus vitulinæ & gallinaceæ, uti catuli pulli pipionis, ranæ etiam, quæ omnia lupacitatem ulcerum mitigant. *Ex Guidone.*

Uteri clausura, [a] *seu Uterini oris obturatio.*

Si uterorum os geniruram minimè suscipiat, sed sterile fuerit & clausum, post calidæ balneum per tres dies glandulam plumbeam [b] subdat, emollientibus utatur, supina recumbat, in aquam calidam insideat, & lanam unguento imbutam in subdititio apponat, &c. Duo parentur subdititia ex quibus unum per diem post balneum lotæ apponatur; alterum per noctem quod emollitum sit, quod ubi subduxerit, aqua odorata circumabluatur, &c. *Lib. 2. de morb. mul. pag.* 732. 733.

a Hic morbus vel congenitus ut in imperforatis seu atretis, vel ascititiis succedens laborioso partui, dum dilaceratæ partes genitales postea coalescunt tam arctè ut obturetur ductus muliebris, de quo consule clarissimi *Riolani* Anatomiam & mitaberis Historiã mulieris obturatæ, quæ nihilominus concepit.

b Chirurgi nostri clausuram novacula dividunt.

Uterini oris [a] *conniventia.*

Si uterorum os conniveat, durum velut [b] caprificus evadit, & si digito contrectaris durum aut convolutum deprehendes. Digitum non intromittit, delitescunt menses, neque hoc tempore geniturain recipit, dolor imum ventrem, lumborum & laterum inanitates detinet; interdum verò sursum instat, & suffocat; cum sic habuerit medicamentum deorsum purgans propinare oportet, copiosa calida lavare, quæ uteri os emolliunt in subdititio apponere, & immisso penicillo linitorio aperire, digitoque similiter læve reddere. *Lib. 2. de morb. mul. pag.* 738.

a Adstrictio scilicet quæ aliquando comparatur adstringentibus fotibus balneis-ve, tum à scortis, tum à defloratis puellis, quò se suis sponsis incorruptas vendicent.

b Velut grossus *Marinello* ficus scilicet nunquam maturescens.

Uterini oris [a] *dehiscentia*

Si præter naturam uteri dehiscant, menses copiosi, glutinosi & crebri feruntur, genitura intus non manet, os dehiscit, neque geniturarn [b] attrahit, &c. Morbus ex profluvio sanguinis prehendit. Contingit etiam ubi menses suppressi derepente affatim irrupe-rint. *Lib. 2. de morb. pag.* 735.

a Accidit potissimum ex frequenti fœtus crassioris corpulentiorisque partione.

b Indeque sterilitas inducitur, mulierque minus grata marito.

Vterini oris[a] *perversio.*

Attendendum ad uteros ut semper omni tempore benè se habeant, & osculum rectum apertumque sit. *Lib. 2. de morb. mul. pag.* 722.

Si uterorum os complicatum[b] fuerit, menses non suboriuntur aut saltem pauci & vitiosi, & ubi cum viro congreditur dolet, dolorque imum ventrem & lumbos detinet; quòd si digito contrectet & perquirat osculum non comparet. *Lib. de Nat. mul. pag.* 597.

Si uteri transversi & obliquati fuerint, eorumque osculum, huic menses partim quidem delitescunt, partim etiam antea comparentes discedunt, nec similes inter se eunt, sed pravi & pauciores quàm antea; neque hoc tempore intus genitura manet, dolorque imum ventrem, lumbos & coxam detinet, eaque detrahitur, &c. *Lib. 2. de morb. mul. pag.* 726.

a Est morbus in situ vasis de accedens conversioni uteri in varias partes, de qua infra.

b Dislocatum uterum dicunt nostræ mulieres, quod non rarò accidit post laboriosos partus; Medici verò convulsum uterum, quoad in alterutrum inguen contorquetur: tunc inguinis, aliquando etiam coxæ vehemens dolor exercet, eius totum maximéque femur torpescit ac friget. *Fernelius.*

Vteri lævitas[a] *ac lubricitas.*

Si uteri læves ac lubrici fuerint, menses copiosiores, deteriores, liquidiores & crebriores decurrunt. Genitura intus non manet, sed discedit, & si digito os attrectaris læve deprehendes. Imbecillitas eam propter menses invadit & febris & rigor detinet. Dolor imum ventrem, lumbos, & laterum inanitates occupat. Idque præsertim si quid in ea corruptum computruerit, & ex partu & alio modo. *Lib. 2. de morb. mul. pag.* 736

a Hic morbus frequentiùs succedit uterino fluori, sterilemque reddit mulierem.

Vteri[a] *descensus, &*[b] *prolapsus.*

Quando uteri non demisso sunt osculo, neque muliebris pudendi labra attingentes foras emoti fuerint, levissimus est morbus, &c. *Lib. de Locis in homine. pag.* 421.

Si uteri prociderint & foras prodierint; ignis pudenda præcipuè & sedem occupat. Urina paulatim mor-

a b Uteri descensus appellatur cum in infernas partes is prolabitur; percipit obstetrix hunc pudendo obvium: laborans verò si stet erecta gravitatis pondus in pudendum incumbere. Sin verò sedeat vel supina jaceat, vel alvum exoneret, quasi rectum intestinum premi; Sin prona jaceat, urinæ

det. Hæc contingunt si recens à partu cum viro concubuerit; cum sic habuerit myrti baccis & loti ravi mentis in aqua decoctis perfundito, &c. Deinde ubi aquam biberit, lenticulam, mel, & acetum, vomat quoad uteri sublevati fuerint, lecto à pedibus strato jaceat, pudendisque suffitum [c] ex graveolentibus admoveat, naribus verò ex odoratis. Non lavet. Neque cum viro dormiat, &c. At si prorsus extra pudendum prociderint velut scrotum propendent, dolor imum ventrem & lumbos prehendit, progressuque temporis ad locum suum redire nolunt. Morbus autem invadit cum partui à vicina uteris laborarit, aut puerperii purgamentis euntibus viro condormierit. Cum sic habuerit refrigerantibus pudendo admotis, quod foras est vino nigro in quo malum Punicum coxerit; repurgatum & ablutum intrò retrudito. Deinde mel admixta resina infundito, supinaque sursum sublatis & extentis pedibus jaceat. Postea appositas spongias ex lumbis religato, cibis abstineat, paucissimo potu utatur, quoad septimum diem præterierit, & si quidem sic intrò redierit satis est. Sin minus summis uteris derasis & calefactis ablutis & illotis, alligataque ad scalam muliere [e] scalam ad caput concutito; & manu uteros intrò retrudito. Postea ejus cruribus alternatim simul colligatis sic per diem & noctem finito, & ptisanæ paucum succum frigidum, nilque aliud exhibeto. Postero die reclinatæ coxendici cucurbitulam quam maximam adhibeto, diuque trahere finito. *Lib. de nat. mul. & Lib. 2. de morb. mul. pag.* 727. 728. 729.

Alvum [f] ne solveris, cibis [g] paucissimis utatur, neque acribus, neque salsis, & pudendis suffitum ex graveolentibus admoveat, & obambulans subligaculum gestet. *Ibidem. pag.* 728.

Morbus progressu temporis incurabilis redditur; & foras pendentibus uteris ad [h] senectutem perveniunt.

Si uteri sive à labore, sive ex partu foras prodierint, si quidem juvenculæ [i] fuerint, aggressionem suscipere

NOTÆ.

difficultatem sentit, ut etiam viri congressum pertimescat. At prolapsus gravior est, quod eversus uterus foras procidat, ejus fundus promineat, & manu attractetur anseris ovi magnitudine. *Fernelius.*

c Quâ ratione uterus ab odoribus afficiatur vide apud *Senertum Lib. 4. Pract.* Ubi concludit ab odoratis rebus affici non quatenus sunt odoratæ, sed per quandam occultam qualitatem ita odoribus inhærentem, ut ab iis separari nequeat.

d Cum recens ex partu laborarit. *Marinellus.*

e Scalam juxta caput pulsato. *Marinellus.* At hujus machinæ in reponendo utero, ut & multorum similium instrumentorum usus nunc antiquatus & derelictus omnino.

f Ne ob egerendi frequentiorem conatum conjunctumque sæpe tenesmum relabatur uterus.

g Quò citius exsiccetur uterus.

h At interdum ex ambientis aeris alteratione aut violenta repulsione abit uterus in gangrænam resectione sanandam, ut constat ex pluribus observa-

suscipere æquum est, alioquin sinere. *Lib. de fœtus mortui extractione.*

Uteri [a] *aberrationes.*

Quicumque ab uteris morbi contingunt, hoc est cum uteri loco moti fuerint, ii aliàs aliò irruunt. Quocũque autem irruerint eò vehementes dolores feruntur. Quòd si quis vesicam contingat, dolorem excitant, neque urinam recipiunt, neque ad genituram trahunt, utraque dolent, ac nisi celeres solutiones contingant, tandem uteri in locis ad quæ decubuerint, suppurant. Quod contingit in laterum inanitatibus, in inguinibus, & supra pectinem, &c. *Lib. 2. de morb. pag.* 724. 725.

Quælibet occasio [b] ad commovendos uteros satis est, si quid vitii habeant; id enim vel ex pedum & lumborum frigore contingit & ex saltatione, & ex animi consternatione, lignorum sectione, cursu ad locum acclivem vel declivem, & ex aliis plurimis. *Iiidem.*

Cum uteri ad [c] caput conversi fuerint, eaque in parte suffocatio desinit, caput gravatur &c. Narium venas & quæ sub oculis sunt sibi dolere conqueruntur, sopor detinet, & spumescit cum melius habet. *Ibidem. pag.* 711. 712.

Si uteri ad cor procedentes strangulatum inducant, & sursum impulsus aer violenter feratur, anxietate vexatur, & vomit, &c. Prodest aceti [d] albi cyathus exhibitus in potu, aut juniperi semen, & saliva aceto aut vino his commixto. Calefieri autem simul oportet Anserinum adipem, ceratum resinatum & picem simul calefacere, & glandes subdititias conficere. *Ibidem.*

Cum ad præcordia illapsi fuerint, [e] strangulatum inducunt, tunc cum morbus in summo fuerit, & vomi-

NOTÆ.

tionibus à *Schenkio & Senerto* relatis.

i Solæ verò juuenculæ & robustæ hanc præcisionem, uti etiam castrationem admittunt apud eundem *Schenkium*.

a Nulla celebrior disputatio quàm de uteri aberratione. Hanc affirmat *Hippocrates*, *Plato* etiam uterum animal concupiscentiæ capax vocans. *Aretæus* verò animal in animali; Quos *Fernelius*, *Martianus* & alii sequuntur. At *Galenus* impossibilem hujusmodi aberrationem demonstrat ob uteri per valida ligamenta in sua sede nexum, licet iis nimium humectatis laxatisque non rarò præ pondere concidat. Quam controversiam sic æquiores Medici conciliant, ut motus hujusmodi, sæpe admota manu etiam à Medico agnoscendus attribuatur, tum testibus semine turgentibus, tum præcipuè uteri tubæ. Ut pluribus explicat *Senertus*.

b Maximè paroxysmum cient res odoratæ naribus admotæ, dulcia alimenta, terror, ita.

c Converti uterum in aliquam partem intelligit Hippocrates, quando malignos vapores ad illam transmittit per venas, arteriales, aut nervos, unde variant symptomata; etenim si per nervos, aderunt convulsiones alicujus membri, si per arterias, syncoptici præsertim affectus, si per venas alii etiam, inquit *Martianus*.

d Acetum scylliticum præsertim, aut in quo pulegium, calamenthum, thymum, origanum, conyza coxerint, naribus admotum, vel etiam pos

tus ferinus acrisque prehendit, & pauco tempore melius habet, dolorque caput & collum in totum occupat. *Ibidem.*

Si uteri ad præcordia institerint, strangalatur velut sumpto veratro, & non nisi recta cervice, spirat & vehementes ventriculi morsus fiunt. Quædam etiam salivam acidam interdum vomunt. Os aqua impletur, cruraque perfrigescunt, & nisi brevi uteri à præcordiis discesserint voce deficiunt, partesque circa caput & linguam torpor detinet. *Ibidem.*

Cum uteri ad stomachum qui nervosus est irruerint, & in ventrem prociderint, spinæ & totius dorsi dolore vexatur, lingua frenatur, eamque [f] obscuram habet, & animo linquitur. Nonnullis vox deficit; stomachus mordetur, bilis flava foras prodit, spiritus offensans est, anxietate premitur, se ipsam jactat, & incenditur. Postea verò quam transmoti fuerint, & vesica tenuem ex [g] uteris sanguinem trahet, tunc urina rubra effunditur, & reliquum corpus dolore afficitur; potissimum cervix, spina, lumbi & inguina: cumque eò devenerit, tum venter attollitur, crura, tibiæ ac pedes plus æquo intumescunt, & mors instat. *Lib. 1. de morb. mul. pag. 632.*

Si uteri ad hepar vertantur, derepente mulier voce deficit, ac dentes consertos habet, & color lividus evadit, derepente autem sic attollitur. Contingit verò maximè [h] vetulis virginibus & viduis, quæ etiam partum expertæ, viduæ permanent, maximè infœcundis, iisque quæ ex partu steriles fiunt, &c. Cum sic habuerit tumorem ab hepate manu leniter ad inferiora repellito, fascia præcordia deligato, & uteri osculum aperito. Vinum autem odoratissimum dilutum infundito. Naribus etiam fœtida suffitu admoveto. Ad uteros verò odorata. At ubi [i] sanaveris medicamentum infra purgans exhibeto, quod bilem purget, si biliosa fuerit; si verò pituitosa, quod pituitam. Deinde lac asinæ propinandum, uterus odoratis fovendus, &c. Virgini autem ut viro [k] conjungatur,

NOTÆ.

tum juvat, *ex Hollerij Praxi.*

e Etenim præsuffocationis sensum imaginemque quandam habent mulieres, ita ut fauces sibi arctari respirationemque tolli credant.

f Aliquando miræ voces ex imis visceribus attolluntur, quæ nunc velut ranarum coaxatus, nunc serpentum sibillos, corvorum crocitus, gallorum cucurricus, canum latratus effingant pro viarum & spiritus erumpentis proportione, ita ut Dæmoniacum quiddam subesse suspicetur credulum vulgus. *Ex Cornelio Gemma.*

g Subtiliorem minusque crassum, qualis est biliosus, qui facilius attrahitur, transmittiturque.

h Vetulis quidem ex Synathrysmo malignæ cacochymiæ in utero his præsertim quibus menses non fuerunt quondam benè constituti, aut quæ fluore uterino diu fuere vexatæ. Virginibus verò & viduis ex corruptione seminis vel sanguinis menstrui.

i Post discussum scilicet paroxysmum.

k Etenim partes uterinæ

perſuadeto, &c. *Lib.* 2. *de morb. mul. pag.* 713. 714.

Si uteri in [l] latera incumbant, tuſſis & ad latus dolor detinet, duruſque tanquam pila inſiſtit & contactus dolet, velut ulceratus contabeſcit, videturque affectus [m] ſimilis pulmonum inflammationi. In gibbum contrahitur, menſes non comparent, quibuſdam etiam ubi comparuerint, diſperduntur. Tunc autem prodeunt imbecilli, pravi & pauci, neque per hoc tempus fit generatio; & cætera ad curationem pertinentia. Eſt autem morbus [n] lethalis. *Ibidem. pag.* 715.

Si uteri ad medios lumbos ſeſe convolverint, imum ventrem dolor detinet, contrahuntur crura, coxendicum juncturæ ad ſedem dolent. Cumque uentris onus deponit, dolores acuti detinent, præ violentia exiguum ſtercus prodit, urina ſtridet, & animi abjectio invadit. Cum ſic habuerit, alligata ad veſicam fiſtula oleum calidum in uteros infundere oportet, fomentum admovere, aut multa calida lavare, in oleum & aquam deſidere, & ſuffitum ex graveolentibus pudendis adhibere, naribus verò ex odoratis. Poſtquam autem dolor quieverit, medicamentum [o] ſurſum purgans exhibendum; inferiorem verò alvum agitare non oportet. Cum autem uteri ad ſuum locum redierint, medicamentum [p] deorſum bibendum dato, & lac aſininum ſi minimè lienoſa fuerit, &c. *Ibidem.*

NOTÆ.

incaleſcunt à venere, viæque aperiuntur & laxantur, ſicque omnis circa uterum congeſta impuritas attrahitur & expurgatur. Attamen ſi magna adſit in toto corpore cacochymia, illa prius tollenda purgationibus, aliàs ſi dum morbus in ſummo vigore eſt, viteſque infirmæ, nubat virgo ex intempeſtiva venere aut impregnationis labore de vita periclitabatur. *Senertus.*

l Dum ſcilicet partes pectore concluſæ oppreſſo primùm ſepto pulſantur in latera.

m Ob æſtum pulmonum & ſpirationis difficultatem.

n Quòd tandem ſuccedat vera inflammatio in pulmonibus aut pleura.

o Ideo ſurſum purgandum quòd imum ventrem dolor detineat à quo revocabitur materia ſurſum per vomitorium.

p Quòd ſedatus tunc fuerit imi ventris dolor.

Vteri in coxam, in ſedem, in veſicam, inguina [a] *converſio.*

Quibus uteri in coxam incidunt, niſi celeriter decidant, rurſusque ſuo loco reſtituantur, coxæ adhæreſcentes reſiccantur, os autem obverſum eſſe & in ſuperioribus detineri neceſſe eſt. Cũque obverſũ fuerit, connivere. Ex averſione autem & concluſione durum effici, uterique os connivere, & [b] læſum eſſe. *Lib.* 2. *de morb. mul. pag.* 716.

Si uteri coxam contingant, in eamque procumbant, dura ad lateris inanitatem evadit, imi ventris

a Tres generaliores differentias mutati ſitus uteri colligimus ex Hippocrate; aut enim ſurſum aſcendit & aberrat ut Articulo præcedenti, aut deorſum prolabitur, de quo actum paulo ante, aut in vicinas pauloque inferiores inclinatur, de quo afferuntur hic varii textus quorum explicatio requirenda *ex Martiano.*

b In utraque ſua actione concipiendi ſcilicet & menſtrua excernendi.

dolor [e] eſt, & ad ipſam lateris inanitatem lumbos & crura ingruit ac extenditur, pus colligunt & per concerpta linamenta curatione indigent, pereuntque niſi quid ſeces aut uras. *Ibid. pag.* 723. Ubi plura. Si uterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt [d] immotum ulcus fieri. *Aph.* 47. *Sect.* 5.

Interdum ubi mulier vaſorum inanitionem paſſa fuerit, vehementerque laborarit, uteri ad veſicam [e] converſi in ejus oſculum impingunt & ſtranguriam inducunt. Nullum autem aliud malum habet, & ſi curatio adhibeatur brevi convaleſcit, nonnunquam etiam ſponte. *Lib.* 1. *de morb. mul. pag.* 637.

Si ad [f] ſedem uteri vergunt, alvi dejectiones prohibentur & dolores lumbos & imum ventrem, ac rectum inteſtinum detinent, &c. At ſi ad inguina & urinæ vias decumbant, dolores vehementes contingunt, crura torpeſcunt, & urinæ viæ obſtruuntur, neque urinam emittit. Sic autem curanda eſt. Naribus quidem bene olentia, & unguenta adhibenda. Ad uteros autem graveolentia. *Lib.* 2. *de morb. mul. pag.* 725.

c Ob inflammationem quam concipit diſtortus uterus

d Seu per linamenta curari. *Galenus* autem interpretatur Aphoriſmum cui conformis eſt textus hic præpoſitus de ſuppuratione extrorſùm vergente, quam concerptis linteolis curari neceſſe ſit.

e f Cum uterus ſitum habeat inter rectum inteſtinum & veſicam, ſi inclinetur in poſteriora illud dolore afficit, & ejus ſphyncterem in fæcum rejectione moratur, eique impedimentum adfert. At ſi convertatur antrorſum infert eaſdem noxas veſicæ.

Si quidem ad inguina, pectinem & veſicam uterus impegerit, ex medicamento [g] ſuperius purgante indigent. Si verò ad lateris inanitatem & præcordia medicamento per [h] inferiora purgante. *Ibidem. continua ſerie.*

g h Ut ſic revellatur humoris contenti motus ab inferioribus ſedibus in ventriculum, aut à præcordiis in alvum.

Uteri [a] *præfocatio, ſtrangulatus* vulgò.

Si repente ſuffocatio urgeat, id iis potiſſimùm contingit, quæ viri conſuetudine non fruuntur, & ſenioribus potius quam juvenibus, cum earum uteri læviores exiſtant. Id verò maximè contingit ubi vaſorum magna inanitio aut ſolito vehementior labor acceſſerit, vehementi labore reſiccati uteri convertuntur, cum ſint vacui & leves. Amplum enim locum quò connectantur nacti ſunt, vacuo nimirum ventre. Converſi verò jecur appetunt, ei adhæreſcunt, & ad præcordia impetum faciunt. Vehementiore enim labore reſiccati

a Uteri præfocatio differt ab aſcenſu, quòd hic aliquid deprehendatur manifeſtè verſus præcordia attolli ab uteri regione, ejus ſcilicet tuba. At in præfocatione ſæpius ſoli vapores pravi & venenati efferuntur per venas arteriales & nervos, à quibus partes principes graviter opprimuntur. Non rarò autem concurrunt ambo affectus. Notant præterea Medici non tam gravia ſymptomata inſequi aberrationem ac præfocationem à

resiccati ad humorem qui sursum est feruntur. Jecur autem [b] humidum est. Ubi autem jecur appetiverint, strangulatum afferunt, per spirationem quæ circa ventrem est [c] intercipientes, &c. Ubi verò circa hepar & præcordia uteri fuerint, strangulatum inducunt, oculorum alba sursum [d] convertit mulier & [e] frigida redditur. Nonnullæ etiam livescunt. Quædam etiam dentibus strident; saliva etiam in os [f] influit, & similes iis fiunt qui [g] Herculeo morbo detinentur. Quod si uteri circa hepar & præcordia diutius immorentur, mulier suffocatur. *Lib. 1. de morb. mul. pag. 636. 637.*

Cum uterus strangulatum intulerit, spiritus coacervatus sursum proruperit, & gravitas detinuerit, mens attonita fuerit, sermo defecerit, [h] totius corporis perfrictio & spiratio offensans adest. Oculi hebescunt; caput quam citissimè radito, fascia supa umbilicum si opus fuerit imposita retrudito. Castoreum aut conizam, rutæ decoctum, & cuminum Æthiopicum, raphani semen, sulphur, myrrham exhibeto. Ad nares quidem graveolentia, ad uteros verò suaveolentia admoveto. *Lib. 2. de morb. mul. pag.* 747. Præstat ructum ciere, erectam sedere, aut veratro naribus admoto sternutamentum excitare. *Ibidem. pag.* 748.

Quod si uteri strangulent, & strangulatus ad cor pertingat, osque occlusum fuerit, acetum [i] calidum sorbendum dato, osque paxillo, aut radio diducito, & vinum [k] inodorum eodem modo infundito, & cum aceto mulso. Si verò valde strangularint, & voce mulier defecta fuerit, cepa ex vino tepido trita in nares instillata eam excitato. Quod si ad hepar usque ascenderint, strangulatur, vox deficit, nihil videt, dentes inter se illidit, dura [l] redditur, nihil sentit, crebrò spirat, neque audit. Hanc manibus sub præcordiis apprehensâ crebrò illinito, & dentibus paxillo [m] diductis, vinum meracum tepidum nisi quid impediat infundito, & plerumque confestim allevatur. *Ibidem. pag.* 749.

In uteri strangulatu graveolentiâ omnia suffitu admovenda, bitumen scilicet, sulphur, lucernæ funicu-

maligna illa & venenata aura non rarò vitam opprimente.

[b] ἰκμάλεον fons gratiosi saporis.

[c] Unde ἄπνοια illa hysterica. *Apud Galenum. Lib. de Loc. affect.*

[d] Convulsis oculorum musculis.

[e] Extincto vel oppresso calore naturali.

[f g] Ex convulsionum violentia, ut in epilepsia, à qua differunt convulsiones hujusmodi hystericæ, quòd non sint ita universales, sed unum alterumve tantum membrum exagitent.

[h] Quoties hæc graviora symptomata, aphonia, spiratio offensans vel deficiens occurrunt, dignoscitur facilè uterinus strangulatus. At si leviora tantum appareant non facilè discernuntur à melancholicis aut cardiacis. *Fernelius.*

[i] Nota seu vinum seu acetum cardialgicis, animo delinquentibus, aut hystericis conveniat, propinari semper *ab Hippocrate*, tum etiam *à Galeno* calidum, aut tepidum, quod citius vires suas exerat in ventriculo.

[k] Vinum noxium quidem hystericis. *Ex Avicenna*, quod sit nervis inimicum. At hic conceditur in paroxysmo dum viribus & vitæ metuitur.

[l] Dura, idest rigida ex nervorum distentione.

[m] Tum ad spirationis libertatem, tum ad remediorum deglutitionem, &

ne denique præscindatur lingua.

lus, cornu, castoreum; pudendis verò odorata. *Lib. de Nat. mul. pag.* 613.

In uteri strangulatu non antea expertæ convulsiones [n] faciles. *Coac.* 349.

In mulieribus quæ uteri suffocationibus tentantur; idque [o] sine febre faciles sunt convulsiones uti, Dorcadi contigit. *Coac.* 554.

n o Nulla ratio reddi potest, cur non expertis convulsiones sint faciliores, imò sunt graviores non assuetis mulieribus: at manifestum est si sine febre accidant esse leniores, cum hinc constet uterum non malè affectum fore neque universo corpori inesse cacochymiam quæ febrem foveat. *Duretus.*

Vteri, columella [a] *Clitoris.*

Si columella in pudendis orta sit, dolor detinet; dolori medetur apii semen, hedera, aut mali Punici dulcis triti ex vino veteri decoctum, cum recentis carnis frustulo foliis obducto in subditítio supposito. Quæ per totam noctem subdita habeat. Deinde ubi detraxerit, vino colluatur. *Ex fine. Lib.* 2. *de morb. mul.*

a In apice Nympharum juxta pudendi labra particula quædam inspicitur, Clitoris vulgò dicta, cauda etiam, pudendum muliebre, mentula, virga, & symptoma turpitudinis; in demortuis mulieribus vix apparens; at in viventibus, cum omnia spiritibus turgent, manifesta præsertim in libidinosis: Hæc aliquando ad penis magnitudinem excrevisse visa est, eaque inter se abutebantur Tribades illæ *Martialis. Ex clariss. Riolano.*

Vvæ [a] *tum recentes, tum passæ, Vvarum succus, Omphacium.*

Vvarum racemi calidi & humidi alvum dejiciunt, præcipuè quidem albi. Dulces igitur potenter calefaciunt, quod multum calidi jam obtineant, immaturi minus [b] calefaciunt, potu autem magis purgant. *Lib.* 2. *de vict. rat. pag.* 330.

Plerique ex copioso racemorum usu in hydropem inciderunt. *Lib. de intern. affect. pag.* 569.

Ficus & Vvæ passo æstuosæ [c] sunt; alvum tamen dejiciunt dicto loco. *Lib.* 2. *de vict. rat. pag.* 330.

a Ficus & vuæ principatū tenent inter fructus autumnales; horæis enim omnibus magis, meliusque nutriunt, maximè si exactè maturuerint *Galenus Lib.* 2. *de alimentorum facultate.*

b Invehitur hic *Marttianus* in eos qui Dioscoridis auctoritate decepti omphacium seu racemorum immaturorum succum præscribunt ad sistenda alvi profluvia, cum Hippocrates hic doceat hujusmodi succum purgare, quod experientia confirmat in pueris qui ex edacitate racemorum immaturorum diarrhœam dysenteriamque non rarò contrahunt.

c Ob dulcedinem pinguedini junctam.

d Alvum dejiciunt demptis acinis, feces adstringunt, ut notat *Mathiolus.*

Vva, vvula ſupra *in Gurgulione.*

Vulnus.

In his quę circum articulos contingunt in[a] magnum diſcrimē præcipitant pollices ac præcipuè pedum, &c. Vulnera autem ferè quidem mortem adferunt, quæ magnas venas[b] quæ ſunt in collo & inguinibus læſerint. Deinde quæ cerebrum & hepar, deinceps quæ in inteſtina & veſicam pertingunt. Quæ ſanè omnia magnam perniciem afferunt, non eam tamen ut nemo ex iis ſervari poſſit; nam & his nominibus præditi loci, multùm inter ſe differunt atque ipſi modi. Nec parum[c] cujuſque corporis conſtitutio refert. Incidit enim interdum ut neque febre, neque inflammatione tentetur ſauciatus. Interdum etiam nulla ex cauſa febricitat, nec aliquam corporis partem inflammatio prorſus occupat, &c. *Lib. 2. Prædictorum. pag. 99.*

Ex cujuſvis generis vulneribus[d] mori homines contingit, multæ namque in corporibus venæ tum tenues, tum craſſæ, ſi eò ſponte ſua ferri contingat, ſanguinis profuſione interimant, quæ ſi alio tempore pertundantur utilitatem afferunt. *Ibidem paucis interjectis.*

Ex tenuibus inteſtinis ſi quod diſcindatur, [e] non coaleſcit. *Coac. 503. & Aph. 24. Sect. 6.*

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto, aut aliquo ex tenuibus inteſtinis, aut ventriculo, aut jecore[f] lethale eſt. *Ibidem. Aph. 28.*

Ex vulneribus ferè mori contingit, ſi cui vulneratum fuerit cerebrum, aut ſpinalis medulla, aut jecur, aut ſeptum tranſverſum, vel cor,[g] aut veſica, aut grandis quædam vena: mors quoque ſubit ſi in arteriam & pulmonem inſignes valdè plagæ inflictæ ſint, ita ut perculſo pulmone, minor ſit qui per os prodit ſpiritus quam qui per vulnus excidit. Intereunt verò quibus nervi interiores ſive tenuis aliquis, ſive craſſus vulnus acceperit, ſi plaga tranſverſa fuerit & magna;

[a] Periculoſa etiam vulnera quæ in muſculi capite aut fine ſunt accepta, quòd in principium & originem ipſorum inferantur nervi, ex fine verò tendones naſcuntur. *Galenus. Ad Aph. 66. Sect. 5.*

[b] Hinc enim confertim effluit ſanguis, unde æger ſæpe vitam cum ſanguine fundit.

[c d] Quod ex cujuſvis generis vulneribus mors aliquando ſuccedat duplicem cauſam aſſignat Hippocrates, aut ſcilicet ſupervenientem hæmorrhagiam ob peculiarem quandam venarum diſpoſitionem non omnibus communem, aut vehementiorem dolorem à quo alii reſpiratione intercepta, alii delirio & febre ſuperveniente moriuntur, pro varia in hunc vel illum affectum propenſione, ut hic notat *Martianus.*

[e] Aſſignata ratio Articulo *de Inteſtinis.*

[f] Intelligenda hæc vox de iis quæ ut plurimùm non tamen ſemper ſic accidant.

[g] Cum ſcilicet capulo tenus pugio in pectus adigitur, tunc enim mors ſuccedit ob incurabilem ex diviſo aliquo magno vaſe hæmorrhagiam, tum ob rationem hic expreſſam, quod non minor ſpiritus inſpirandi per vulnus portio evaneſcat quàm alliinc

quòd si parva & recta, nonnulli periculo eximuntur, &c. *Coac.* 509.

In vulneribus quæ in [h] supercilium, aut paulò altius infliguntur, [i] visûs aciei obtunditur, & quò vulnus recentius est, eò magis vident. Inveterascente autem aut tardante cicatrice, magis obtundi solent. *Coac.* 510.

Cum discissum fuerit os aut cartilago, vel nervus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque [k] augetur, neque coalescit. *Aph.* 19. *Sect.* 6.

Quibus tumores in ulceribus apparent, non [l] convelluntur maximè, neque insaniunt. Verùm his repente evanescentibus quibusdam à tergo convulsiones & distensiones fiunt. Quibusdam autem insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel difficultas intestinorum. Si tumores sint rubicundi. *Aph.* 65. *Sect.* 5.

Si in vulneribus fortibus & pravis tumor non appareat, ingens [m] malum. *Ibidem. Aph.* 66.

Lethalium vulnerum hæc signa sunt, si quis quavis ex causa malè affectus bilem [n] atram vomitione refuderit, moritur qui vulnus habet. Quicumque evacuatione detentus, imbecillus ac extenuatus derepentè siccus consîdet, moritur. Ubi caliditate detento ulcuscula in ambitu [o] livida, imbecillo existenti eruperint, moritur. *Lib. de Loc. in homine. pag.* 415.

Qui ex vulneribus cum tenui sudore, sanguinem fundunt, ii malignè habent, & inter loquendum derepente [p] moriuntur. *Ex Lib.* 1. *Prædictorum, pag.* 128. & *Coac.* 328.

Ulcera magna in capite & reliquo corpore quarto die inflammatione tentari incipiunt. Septimo verò sedatur inflammatio, aut decimo quarto, aut vigesimo secundo. *Lib. de Carnibus in fine.*

Vulnerum curatio.

Ad vulnera sanguis concurrit, succurrendum [a] igitur ut vacuatio expleatur. *Lib.* 6. *Epid. Sect.* 5. *Text.* 2.

Tertio

NOTÆ.

... excidat vaporis fumidi per os naturaliter expirandi. *Duretus.*

h Quod supereminet oculo & ipsi loco est projecturæ cujusdam ad tutelam.

i Ob triplicem sympathiam cum oculo; est enim ὁμογενές, vicinum & socium, inquit *Duretus.*

k Etenim spermaticæ partes non possunt redintegrari, sed renascitur aliquid loco ablatæ partis forma & materia dispari, quod in ossibus porus, in cute cicatrix vocatur. *Ex Galeno.*

l Tunc enim materia non fertur in nervos, nec ulla fit illius in cerebrum metastasis. At dum disparet tumor pro vario ejusdē in varias partes recursu fiunt abscessus hic notati. *Galenus.*

m Nam suspicio est humores, à quibus solent excitari vulnerum tumores, ad partes principes esse translatos. *Galenus.*

n Materia enim his in casibus adeò infirma est, ut neque coquere, neque secernere, quæ tam prava sunt, possit. *Galenus ad Aph.* 13. *Sect.* 4.

o Vide Articulum de *Lividitate.*

p Hæc sudatiuncula post copiosam hæmorrhagiam, tantam inducit virium imbecillitatem, ut ægri sæpè simpliciter colloquendo moriantur celerius opinione assistentium omnium, etiamque Medicorum. *Duretus.*

a Quidam, inquit *Galenus*, Sententiam sic interpretantur, ut vulnera san-

Tertio & quarto die vulnera duriter & asperè non debent tractari, iisque diebus omni specilli immissione, aliisque quibus vulnera irritantur, abstinendum. In totum enim plerumque vulnera tertio aut quarto die recrudescere consueverunt. Tum quæ ad inflammationem & sordes tendunt, tum quæ ad febres deveniunt. Atque hoc præceptum si quod aliud magni momenti est. *Lib. de fractis. pag.* 808.

Eos qui vulnera acceperunt fame conficito, & quæ insunt ex alvo, vel per infusum, vel per medicamentum deorsum purgans exhibitum subducito, aquã vel acetum potui exhibeto. *Lib. de affect. pag.* 540.

NOTÆ.

guine manantia implenda censeant idoneis medicamentis, linamentisque impositis. Idem verò *Lib.* 6. *simplicium* docet vulnus securi inflictum, cum nullum aliud esset in promptu medicamentum, curatum à se quernis foliis lævi petra tritis, quibus tum vulnus, tum vulnerati loci vicinia contegebatur, quod etiam salicis foliis præstari potuisse tradit.

Vulpes. Vulpina caro.

Leporina siccat & urinam ciet. Vulpina [a] humidior. *Lib.* 2. *de vict. rat. pag.* 326.

a Vulpium carnibus Autumno *Galeni* tempore utebantur Venatores, quod nunc uvarum usu pinguescebant, *Lib.* 3. *de Alimentorum facultatibus*.

Zea, [a] *spelta.*

Zeæ contusæ semisextarium aceto subigito, ut ne penitus uteros humectes, etiam sulphuris semiobolum ad Zeas contritas admixtum, & aceto subactum per noctem ponito [in suffitu ad uteri hæmorrhagiam sistendam.] *Lib.* 2. *de morb. mul. pag.* 704.

a Zeam inter ea quæ sunt hordeo & tritico similia præfert *Galenus* olyræ & tipho, seu ex quorumdam sententia, secali nostro. Ex Zeæ autem granis aqua aspersis siccatisque fiebat *Alica* Veterum De qua supra.

Soli Deo Laus & Gloria.

Emendanda.

IN Epistola pag. 3. lin. 25. lege *Antistites*. In Approbatione pag. 1. lin. 3. adde *insudant*. pag. 2. lin. 3 lege. *alvi*. lin. 4. lege *humectata*. lin. 8. lege *temerarii*. pag. 6. lin. 23. lege *artem*. pag. 10. lin. 22. lege *vocant*. pag. 24. lin. 11. lege *subtrahete*. pag. 25. lin. 29. in not. lege *empyremate*; pag. 43. lin. 12. lege *insuppurabilem*. pag. 47. lin. 25. in not. lege *Synoviam*. pag. 50. lin. 4. lege *naribus*. pag. 52. lin. 1. lege *quantitatem*. pag. 53. lin. 1. & 2. lege *Astragalus*. pag. 60. lin. 35. in not. lege *facultatis*. pag. 63. lin. 6. lege *quam*. lege *Phaetusæ*. pag. 67. lin. 10. lege *thus*. pag. 71. lin. 23. in not. lege *Latinis*. pag. 81. lin. 21. lege *rimam*. pag. 87. lin. 33. lege *Cnicus*. lin. 35. lege *caseus*. pag. 38. lin. 22. lege *deficiebat*. pag. 99. lin. 4. lege *cneoro*. pag. 100. lin. 29. in not. lege *sint*. p g. 111. lin. 25. lege *extitit*. pag. 112. lin. 26. in not. lege *hæmorrhagia*. pag. 114. lin. 15. in not. lege *Veneris*. pag. 116 lin. 21. lege *hypophaë*. pag. 119. lin. 19. in not. lege *peristaltici* pag. 134. lin. 25. lege *jam*. pag 138. in ult. lin. in not. lege *Delrio*. pag. 144. lin. 43. in not. lege *parotides*. pag. 145. lin. 3. in not. lege *nimis*. pag 182. lin. 9. in not. lege *pleuriticos*. pag. 191. lin. 8. in not. lege *freto*, pag. 218. lin. 3. lege *anasarca*. pag. 247. lin. penult. lege *Gellia*. pag. 273. lin. 10. lege *sal*. pag 277. in not. lin. 25. lege *Zygoma*. pag. 284. in not. lin. 33. lege *suturarum*. pag. 292. lin. 10. lege *opum*. pag. 300. lin. 33. lege *vertigines*. pag. 5. in not. lin. 17. lege *evocavi*. pag. 311. in not. lin. 4 lege *graviditate*. pag. 312. in not. lin. 1. lege *expressimus*. lin. 40. lege *coctio*. pag. 318 lin. 1. lege *perversionis*. pag. 338. lin. 16. lege *obscuratio*. pag. 354. in not. lin. 1. lege *parotides*. pag. 364. in not. lin. 40. lege *gargalismo*. pag. 366. lin. ult. lege *rigore* pag. 374. lin. 9. lege *ervilia & phaseoli*. pag. 393. lin. 31. lege *præter*. pag. 395. in not. lin. 30. lege *affectionem*. & lin. 31. lege *gravius*. pag. 413 lin. 11. lege *careat*. pag. 428. in not. lin. 48. lege *convulsis*. pag. 433. lin. 33. lege *radix*. pag. 446. lin. 16. lege *citius*. pag. 453. in not. lin. 16 lege *Sumac*. pag. 477. in not. lin. 7. lege *nomea*. pag. 482. lin. 1. lege *differunt*. pag. 485 in not. lin. 42. lege *facile somnus*. pag. 489. lin. 1. lege *urgens*. pag 490. in not. lin. 3 lege *aut ejus serum*. pag. 491. in not. lin. 5. lege *carioph*. pag 493. lin. 29 lege *puella*. pag. 498. lin. 13. lege *febre*. pag. 512. in not. lin 51. lege *cavitates*. pag. 513. lin. 7. lege *ad extremum*. pag. 524. in not. lin. 30. lege *vocant*. pag. 528. lin. 1. lege *dissolvuntur*. pag. 531. lin. 25. lege *secus*. pag. 536. lin. 34. lege *anxietate*. pag. 556. lin. 36. lege *corpora*. pag. 561 lin. 4. lege *impura*. pag. 577. lin. penult. lege *magis*. pag. 585. lin. 3. lege *sternutatoria*. lin. 5. *veterini*. pag. 585. lin. 10. lege *ascarides*. ubi *Lomeo*, lege *lomento*. *axario morbo*, lege *coxario*.